iacob in regno celorum. Ueniant ueniant. tribus tribus domini: teſti monium iſrael ad confitendum nomini domini. Ueniant ⁊ recumbant. epulentur ⁊ delectentur in letitia ⁊ unus ubiqꝫ reſonet in uoce exultati onis ⁊ confeſſionis ſonus epulantis: oleum effuſum nomen tuum. Unū ſcio. ſi Andream ⁊ Philippum habuerimus oſtiarios. repulſam omni no non patimur. quicunque oleum petimus: quicunque uolumus ihe ſum uidere. Incunctanter dicet philippus andree: andreas autem ⁊ philippus dicent ihesu. Ihesus autem quid. Profecto quod ihesus. Niſi granū frumēti cadēs in terrā mortuū fuerit: ipm ſolū manꝫ. Si aūt mortuū fuerit multū fructū affert. Moriat̄ igit̄ granū: ⁊ ſurgat gentium ſeges. Oportet pati xpm ⁊ reſurgere a mortuis. ⁊ predicare in nomine eius penitentiā. ⁊ remiſſionē peccatoꝝ. nō ſolū in iudeā ſed etiā i oīs gentes: quatinus ab uno nomine quod eſt chriſtus. milia milium credē tiuꝫ chriſtiani dicantur: ⁊ dicant. oleum effuſum nomen tuuꝫ. Agnoſco enim nomen. quod in yſaia legi. Seruos ſuos inquit uocabit nomine alio. in quo qui bene dicendus eſt ſuper terrā. benedicetur i dn̄o Amē. O nomē benedictum. o oleum. uſqꝫ quaqꝫ effuſum. Quouſqꝫ? De celo in iudeam. ⁊ inde in omnem terram excurrit. ⁊ de toto orbe clamat ec cleſia. oleum effuſum nomen tuum. Effuſum plane. quod non ſolum ce los terraſque perfudit. ſed aſperſit et inferos adeo. ut in nomine ihesu omne genu flectatur. celeſtium terreſtrium ⁊ infernorum. ⁊ omnis lin gua confiteatur ⁊ dicat: oleum effuſum nomen tuum. Ecce chriſtus ec ce ihesus. utrumqꝫ infuſum angelis. iterumqꝫ effuſum in homines. ⁊ il los homines qui computruerant tanquam iumenta in ſtercore ſuo. ho mines ⁊ iumenta ſaluans: quēadmodum multiplicauit miſericordiam ſu am deus. Quā earum. quā uile. Uile. ſed ſalubre. Si uile non eſſet nō mihi effunderetur. Si ſalubre non eſſet non me lucraretur. Particeps nominis ſum: ſum ⁊ hereditatis. Xp̄anus ſum. frater chriſti ſum. Si ſum qđ dicor. heres ſum dei. coheres xpi. Et quid mirum ſi ſponſi effuſum ē nomen: cū ipſe quoque effuſus ſit? Nam ſemetipſuꝫ exinaniuit formā ſerui accipiēs. Denique ait. Sicut aqua effuſus ſum. Effuſa ē plenitu do diuinitatis. habitans ſuper terram corporaliter. ut de illa plenitudine omnes qui corpus mortis geſtamus caperemus. ac uitali odore repleti. dicemus: oleum effuſum nomen tuum: En quod nomen effuſuꝫ. ⁊ qua liter. ⁊ quatenus. Cur uero oleū? Nam hoc nondum dixi. In ſermone ſuperiori dicere ceperam. ſed interuenit ſubito aliud quod predicendū uidebatur: quāquā intermiſerim ultra quam credidi. Quod nō aliud eē reor. niſi qđ fortis mulier ſapientia. miſit manuꝫ ad colum: ⁊ digiti eius apprehenderunt fuſum. Nouit enim modicā lanā uel linū in longum producere filuꝫ. atque i dele extendere latitudinē. ⁊ ſic oēs domeſticos ſuos ueſtiꝫ duplicibꝰ. Eſt ꝓculdubio iter oleū ⁊ nom̄ ſpōſi ſimilitudo. nec ocioſe ſpiritꝰ ſcs̄ alterutrū cōparauit. Ego āt dico i triplici quadam quali

ate olei.qđ lucet.qđ.pascit.⁊ ungit.si nos melius nõ hẽtis.fouet ignez
nutrit carnẽ.lenit dolorem. lux.cibus.medicina.uide idẽ nũc ⁊ de spõsi
nomine.Lucet predicatũ.pascere recogitatũ:inuocatũ lenit.⁊ ungit.Et
ꝑcurramus singula.Unde putas in toto orbe tanta ⁊ tam subdita fidei
lux:nisi de predicato ihesu? Nonne i huius nomis luce deus nos uoca
uit in ammirabile lumen suũ.quibꝰ illuminatis ⁊ in lumine isto uidenti
bus lumẽ.dicat mitto paulus.fuistis aliquando tenebre.nunc autẽ lux in
dño? Hoc deniqꝫ nomẽ corã regibꝰ ⁊ gentibꝰ ⁊ filijs isrl' portare iussus
est idem apostolus.⁊ portabat nomen tanquã lumen. ⁊ illuminabat pa
triam.⁊ clamabat ubiqꝫ.nox precessit dies autẽ appropinquauit.abicia
mus ergo opera tenebrarum ⁊ induamur arma lucis.sic ut in die hone
ste ambulemus.Et monstrabat omnibꝰ lucernaꝫ suꝑ candelabꝝ.annun
tiant in omni loco ihesũ.⁊ hunc crucifixuꝫ.Quomõ lux ista insplenduit.
⁊ perstrinxit cunctoꝝ intuentiũ oculos.qñ de ore petri tanquam fulgur
egrediẽs claudi unius corporales plãtas solidauit ⁊ bases multosqꝫ spi
ritaliter cecos illuminauit? Nunquid nõ ignẽ sparsit tum ait.in nomine
iesu xp̃i nazareni surge ⁊ ambula? Nec tm̃ lux ẽ nomẽ iesu.sꝫ ⁊ cibꝰ ẽ.
An nõ totiẽs ꝯfortaris:quotiẽs recordaris. Quid eque mẽtẽ cogitãtis
ĩpiguat? Quid ita exercitatos reꝑat sẽsus.ṽtutes roborat uegetat mores
bonos atqꝫ honestos.castas fouet affectiones. Aridus ẽ ois aie cibꝰ:
si nõ oleo isto ĩfũdit᷑.Insipidꝰ ẽ.si nõ hoc sale ꝯdit᷑.Si scribas.nõ sapit
mihi.nisi legero ibi iesũ.Si disputes aut feras.nõ sapit mihi. nisi sonu
erit ibi iesus.Jesus mel ĩ ore.ĩ aure melos:ĩ cor iubilus. Sꝫ est ⁊ me
dicina.Tristat᷑ aliquis nr̃m.uẽiat ĩ cor iesus.⁊ inde saliat ĩ os:⁊ ecce ad
exortũ nominis lumẽ.nubilũ oẽ diffugit:reddit serenũ.Labit᷑ quis in cri
mẽ.currit insuꝑ ad laqueũ mortis desꝑando.nõne si ĩuocat nomẽ uite cõ
festim respirabit ad uitã? Cui aliqñ stetit añ faciẽ salutaris nois duricia
ut assolet cordis.ignauie torpor.rancor animi:langor.accidie? Cui fons
forte siccatus lacrimaꝝ.ĩuocato iesu nõ ꝯtinuo erupit uberior.fluxit sua
uior? Cui in ꝑiculis palpitãti.⁊ trepidãti ĩuocatũ uirtutis nomẽ nõ statiꝫ
fiduciã prestitit:depulit metũ? Cui queso ĩ dubijs estuãti ⁊ fluctuãti.nõ
subito ad ĩuocatõem clari nois emicuit certitudo? Cui ĩ aduersis diffidẽ
ti iannãqꝫ ꝺficiẽti.si nomẽ adiutorij sonuit defuit fortitudo? Nimiꝝ mor
bi ⁊ languores aie isti sũt:illud medicia.Deniqꝫ ⁊ ꝓbare licet.Jnuoca
me inquit.ĩ die tribulatõis.eruã te.⁊ honorficabis me.Nihil ita ut im
petũ cohibet:suꝑbie tumorẽ sedat.sanat.liuoris uulnꝰ.restringit luxurie
fluxũ.extinguit libidinis flãmã.sitim tẽꝑat auaritie.ac totiꝰ indecoris fu
gat pruriginem.Siquidem cum nomino ihesum.hominem mihi propo
no mitem ⁊ humilem corde.benignum.sobrium.castum.misericordem.
⁊ omni deniqꝫ honestate ac sanctitate conspicuum.eandemqꝫ ipsuꝫ de
um omnipotentem.qui suo me ⁊ exẽplo sanet.⁊ roboret adiutorio.Hec
omnia simul mihi sonant:cum insonuerit ihesus . Sumo itaqꝫ mihi ex

empla de homine et auxiliū a potente illa tanquā pigmētarias species: hoc tanquaȝ unde acuam eas. ⁊ facio confectionē: cui similem medicoꝝ nemo facere possit. Hoc tibi electuariū habes o anima mea reconditū in uasculo nocabuli huius quod est iesus. salutiferꝝ certe. quodque nulli unquā pesti tue inueniatˀ inefficax. Semp̄ tibi i sinu sit: semp̄ i manu: quo tui oēs ihesū ⁊ sensus dirigantˀ ⁊ actus. Deniqȝ ⁊ mutaris. Pone me iquit signaculū i corde tuo: signaclȝ i brachio tuo. Sȝ hoc alias. Nūc vo habes: unde ⁊ brachio medearis ⁊ cordi. Habes inquaȝ i noīe ihesu. inde actus tuos uel prauos corrigas. ul' minus p̄fectos adimpleas. itēqȝ vñ tuos sēsus aut serues ne corrūpantˀ. aut si corrūpantˀ sanes. Habuit ⁊ iudea quosdā ihesus. quoruȝ uacuis gl'iatˀ nocabulis. Illa enim nec lucēt. nec pascūt: nec medentˀ. Idcirco sinagoga i tenebris ē usqȝ adhuc: fame ⁊ infirmitate laborans. Et ñ sanabitˀ nec satiabitˀ quousque sciat meum ihesū dominari iacob et finiū terre. et conuertatˀ ad uespaȝ et famē patiatˀ ut canes ⁊ circueat ciuitatē. Et illi quidē p̄missi sunt tāquā baculus ad mortuū ꝓphetā p̄ueniēs: et sua interpretari nomina nequiuerūt. Uacua quippe erant. Suppositus mortuo baculus est. ⁊ ñ erat uox neqȝ sensus: baculus enim erat. Descēdit qui baculū misit. ⁊ mox saluū fecit ppl'm suum a peccatis eoꝝ: ꝓbans se esse quod dicebatˀ. Quis est hic qui etiā peccata dimittit? Nimirū qui dicit. salus ppl'i ego sum. Iaȝ uox iam sēsus est. ⁊ patet eū non inane portare nomen instar priorum. Sentitur infusa salus: ⁊ beneficiū ñ tacetˀ. Intus sensus. foris uox. Compungor ⁊ confiteor: ⁊ ꝯfessio uitā indicat. A mortuo enim tanquā qui ñ est. perit confessio. Ecce uita. ecce sensus. Suscitatus p̄fecte sum: itegra ē resurrectio. An aliud mors corp̄is ē: nisi cuȝ sensuˀ priuatˀ ⁊ uita? Peccatum qđ mors anime ē. nec compunctionis mihi sensuȝ. nec confessionis reliquerat uocē: ⁊ erā mortuus. Uenit is qui peccā dimittit. ⁊ utrūqȝ restituit. ⁊ dicit anime mee salus tua ego sū. Quid miruȝ si cedit mors: ubi uita descendit? Iam corde creditur ad iustitiam: ⁊ ore ꝯfessio fit ad salutem. Iam oscitat puer: ⁊ oscitat septies ⁊ dicit. Septies in die laudē dixi tibi dñe. Uidete hunc septenarium. Sacer numerus ē. ñ uacat. Sȝ melius hoc alij seruamus sermoni. quo famelici ⁊ ñ fastidiosi ad tam bonas epulas accedamus. inuitante nos sponso eccl'ie dño nostro iesu christo qui est super omnia deus benedictus in secula. Amen.

Sermo. xvj. De cordis cōtritione. Et de tribꝰ speciebꝰ uere cōfessionis.

q Uid sibi ergo uult septenarius iste? Nescio eniȝ an ita simplex quispiam in nobis sit qui ociosas esse has uices. ⁊ numerū hūc putet fortuitum. Ego nec illud uacare reor. qđ propheta incumbens super mortuum ad mēsuram puerilis corporis sese contraxit. ⁊ os suum ori illius coniunxit: oculisqȝ oculos. ⁊ manibus manus. Spiritus sanctus sic omnia fieri. ⁊ sic scribi fecit. ad eruditionē proculdubio illorū spirituum quos corrupti corporis circumuenit infida societas: ac stulta

mūdi sapientia desipere docuit. Corpus quippe qđ corrumpitur aggra
uat animam. ⁊ deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem.
Propterea nemo miretur aut moleste accipiat. si in hijs scrutandis
tanquam quibusdam spiritus sancti apothecis curiosus existo: cū sciētia
quia sic uiuitur ⁊ in talibus uita spiritus me. Dico tñ hijs qui preuolan
tes ingenio in omni sermone ante pene flagitant finem quā principiū
teneant. debitorem me etiam tardioribꝰ esse: ⁊ maxime. Sꝫ nec studiuꝫ
tam esse mihi ut exponam uerba: quā ut imbuam corda. Et haurire et
propinare me oportet: qđ nō fit celeriter percurrendo. sꝫ tractando dili
genter: ⁊ exhortando frequenter. Quāquā ⁊ preter speꝫ quoqꝫ meam:
diu nos discussio detinuit sacramentorum. Putaui fateor unuꝫ ad hoc
sermonem sufficere. siluamqꝫ istam umbrosam latebrosamqꝫ allegoria
rum pertransite nos cito. ⁊ ad planiciem moralium sensuuꝫ itinere diei
quasi unus peruenire. Sed secus contigit. Biduum quippe iam in eo
expendimus: ⁊ adhuc restat uia. Ictus oculi eminus sūmitates ramorū
⁊ montium cacumina peruolabat. sed uallīū subteriacens uastitas ⁊ dē
sitas dumetoꝝ frustrabatur obtutus. Nunquid uerbi gr̃a helisei miracu
lum preuidere ualebam. quia nobis uidelicet de gentium uocatione. et
repulsione iudeorum differentibus: ira de subito in medium ꝓsiliret.
Et nunc q̃nquidem incidimus. nō pigeat nos paululum immorari. cōse
quenter ad id qđ intermittimus postea reuersuros. Siquidem animaꝝ
cibus nihilominus ē iste. Canibus quoqꝫ ac uenatoribus plerumqꝫ con
tingit a bestia quā aggressi erant desistere: ⁊ sequi aliam que inopinan
tibus forte occurrerit. Non parum fiducie robur p̄stat mihi. qđ magnꝰ
ille uir propheta potens in opere et sermone. de excelso monte celoruꝫ
descendens uisitare dignatus est me. cum sim cinis et puluis. misereri
mortuo. inclinare se iacenti. contrahi ⁊ cohequari paruo. ceco partiri
lumen oculorum suorum. et os mutum oris proprij osculo soluere: debi
lesqꝫ manus suarum roborare contractu. Suauiter rumino ista. ⁊ re
plentur uiscera mea. et interiora mea saginantur: ⁊ omnia ossa mea
germinant laudem. Hoc semel contulit uniuersitati. hoc cotidie singu
li in nobis actitari sentimus. ⁊ cordi scilicet tribui intelligentie lumen.
⁊ ori edificationis uerbum. ⁊ manibus opus iustitie. Dat sentire. fideli
ter: dat proferre utiliter: dat efficaciter adimplere. Et est funiculus tri
plex qui difficile rumpitur ad extrahendas animas de carcere diaboli
⁊ trahendas post se ad regna celestia. si recte sentias. si digne prolo
quaris: si uiuendo confirmes. Oculis suis tetigit meos. interioris homi
nis frontem claris luminaribus ornans: fide ⁊ intellectu. Ori meo iun
xit suum. ⁊ mortuo signum pacis impressit. quoniā cum adhuc peccato
res essemus: reconciliauit nos deo iustitie mortuos. Os ori applicuit
iterato inspirans in faciem meam spiraculum uite. sed sanctioris quaꝫ.

primo. Nam primo quidem in animam uiuentem creauit me secundo in spiritum uiuificantem reformauit me. Manus suas meis superposuit. exemplum prebēs bonorum operum: formam obediētie. Aut certe manus suas misit ad fortia. ut doceret man⁹ meas ad prelium. ⁊ digitos meos ad bellū. Et oscitauit inquit puer species. Sufficiebat ad gloriam manifestādi miraculi oscitasse semel. sed mltiplicitas ⁊ insignis numer⁹ misterij ammonēt. Sed si illud ingēs uniuersi humani generis primuz quidē exanime corpus attendas. uides ubiqz ecclesiā ex quo uitam propheta incūbente recepit. quasi septies oscitare: qꝛ septies in die laudē dicere ꝯsueuit. Si te ipsū aduertas. in hoc te noueris uita uiuere spiritali. at misticum hunc implere numerū. si sensualitatis tue quinariuz caritatis binario subicis: exhibesqz iuxta aplm mēbra tua seruire iustitie in sāctificationē. que prius exhibuisti seruire iniquitati ad iniquitatē. Aut certe si eundē quinariū primoꝝ saluti imptiēs. ad pficiēdū septenariuz duo hec adicias. misericordiā scilicet ⁊ iudiciuz cantare dño. Habeo ⁊ alias septē oscitationes. septē uidelicet expimēta. sine quib⁹ uera ⁊ certa salus rediuiui spirit⁹ minime ꝯstat. quattuor ad sensum ꝯpunctionis. tria ad ꝯfessionis sonū ptinētia. Si uiuis. si uox. si sensus ē: tu quoqz eadē i te recognoscis. Porro sensū ex itegro recupasse te scias. si tuā ꝯsciētiā quadruplici sentis compunctiōe morderi. pudore gemino ⁊ gemino metu. Nam uitā ad pficiēdum septenariū triplex ꝯfessionis spēs attestatur: de quib⁹ postea uidebitur. Nonne ⁊ sanctus iheremias in suo planctu obseruat hunc numerum: Et tu igitur in tua pro te lamentatione formam habens propheticam deum cogita factorē tuum. cogita ⁊ benefactorem: cogita patrem. cogita dominum. Ad omnia reus. es. plange per singula. Ad primum ⁊ ultimum respondeat timor tuus: ad duo media pudor. Pater sane non metuitur cum pater sit. Patris est misereri semper ⁊ parcere. Et si percutit uirga non baculo percutit: ⁊ cum percusserit sanat. Paterna uox est. Percutiam ⁊ ego sanabo. Non ē proinde quod a patre formides: qui ⁊ si quando feriat ut emendet. nunquā tamen ut uindicet. At uero cogitantem quod patrem offenderim est certe quod pudeat: ⁊ si non est quod terreat. Voluntarie genuit me uerbo ueritatis. non stimulo carnalis cupiditatis excussit quemadmodum genitor carnis mee. Deinde etiam non pepercit unigenito pro sic genito. Ita ipse quidem patrem se exhibuit mihi: sed non ego me illi uicissim filium. Quanam fronte attollo iam oculos ad uultum patris tam boni: tam malus filius: Pudet indigna gessisse genere meo: pudet tanto patre uixisse degenerem. Exitus aquarum deducite oculi mei. operiat confusio faciem meam. uultum meum pudor suffundat. occupetqz caligo. dficiat in dolore uita mea: ⁊ anni mei i gemitib⁹. Propudor quē fructum habui: in quibus nunc erubesco: Si in carne seminaui; de carne non metam nisi corruptionem. Si in mundo; ⁊

ipse transit ⁊ concupiscentia eius. Quid? Caduca. uana. ⁊ ꝓpe nulla. et quoꝝ finis mors ē. infelix ⁊ insanus preferre non erubui eterni patris amori et honori. Confundor: cōfundor audire. Si ego pater: ubi est ho nor meus? Sꝫ ⁊ si pater nō esset. obrueret me beneficijs. Instaurat ad uersum me testes ut alia innumera taceam. huiꝰ corporis uictum. ⁊ usuꝫ temporis huius. ⁊ suꝑ omnia sanguinem dilecti filij clamantem ꝺ terra. Pudet ingratitudinis. Quāquā ad confusionis cumulum arguat etiaꝫ reddidisse mala ꝓ bonis: ⁊ odium ꝓ dilectiōe. Minime quideꝫ mihi a benefactore. sicut nec a patre timendum. uerus quidē beneficus ē. dās affluenter ⁊ nō improperans. Non improperat dona sunt. ⁊ beneficia sua mihi dedit: nō uendidit. Deniqꝫ sine penitentia sunt dona eius. At quanto de illo benignus: tanto de me indignus sentire cogor. Erubesce ⁊ dole nihilominus anima mea. quā ⁊ si illum nō repetere ⁊ non impro perare decet. nos tamen omnino dedecet ingratos immemoresqꝫ exti tisse. Heu quid uel nūc tandem retribuam: pro omnibus que retribuit mihi? Quod si segnior forte minus suas partes exequit̄ pudor. timor sa ne excitetur in adiutorium. Excitetur. ut excitet. Sepone paruꝫ pia uo cabula bn̄factoris ⁊ patris: atqꝫ ad austeriora conuertere. Nēpe qui le gitur pater misericordiaꝝ. ⁊ deus totius consolationis. legit̄ nihilominꝰ deus ultionuꝫ dn̄s. legitur deus iudex iustus fortis. legitur terribilis in consilijs suꝑ filios hominum. legit̄ deus zelans. Qꝺ pater est. qꝺ bn̄ficꝰ est: tibi ē. qꝺ dn̄s ac creator: sibi. Et enim ꝓpter semetipm̄ fecit omnia: scriptura teste. Qui ergo qꝺ tuum est tibi defensat, ⁊ seruat. putas ⁊ ꝓ se aliquādo non zel̄abit. putas sui non requiret principatus honorem? Propter hoc irritauit impius deum: quia dixit in corde suo non requi ret. Et quid ē i corde suo dicere nō requiret: nisi n̄ metuere qꝺ requirat. Sꝫ requiret usqꝫ ad nouissimū quadrantē. requiret ⁊ retribuet abundā ter facientibꝰ suꝑbiā. Requiret a redempto seruitium: honorem ⁊ gl̄am ab eo quem plasmauit. Esto qꝺ dissimulet pater: ignoscat beneficus sꝫ nō dn̄s ⁊ creator. Et qui parcit filio n̄ parcet figmento: nō parcet seruo nequā. Pensa cuiꝰ sit formidinis ⁊ horroris: tuuꝫ atqꝫ oīum contēpsisse factorem. offendisse dn̄m maiestatis. Maiestatis ē timeri. dn̄i ē timeri: ⁊ maxime maiestatis huiꝰ. huiusqꝫ domini. Nam si reuꝫ regie maiesta tis quāuis hūane. hūanꝰ legibꝰ plecti capite sancitū ē: quis finis contēp nentiū diuinam omnipotentiā erit? Tangit montes ⁊ fumigant. ⁊ tā tre mendam maiestatē audet irritare uilis puluiculus. uno leui flatu disꝑgē dus: ⁊ minime recoligēdus? Ille. ille timendus ē: qui postquaꝫ occiderit corpus potestatem habet mittere in gehennā. Paueo gehēnā. paueo iudicis uultum. ipis quoqꝫ tremendū angl̄icis potestatibꝰ. Contremisco ab ira potētis. a facie furoris eius. a fragore ruentis mundi. a conflagra tione elementorum. a potestate ualida. a uoce archangeli et a uerbo aspero. Contremisco a dētibꝰ bestie īfernalis. a uētre īferi a rugētibꝰ ꝑpa

ratis ad escā. Horreo uermez rodentē. ⁊ ignē torrētem. fumū ⁊ uaporē.
panorē ⁊ ſulphurem: ⁊ ſpiritum procellarum. Horreo tenebras exterio
res. Quis dabit capiti meo aquam. ⁊ oculis meis fontem lacrimarum.
ut preueniam fletibus fletū. ⁊ ſtridorem dentiū. ⁊ manuū pedūq; dura
uincula. ⁊ pōduſ cathenarū premētiū. ſtringentiū. urētiū: nec cōſumētiū?
Heu me mater mea. ut quid me genuiſti filiū doloris. filiū amaritudiniſ
⁊ indignationis: ⁊ plorationis eterne? Cur exceptus ingenibus. cur la
ctatus uberibus: natus ī cōbuſtionē. ⁊ cibus ignis. Qui ſic afficit̄ ſenſū
proculdubio recuperauit. ⁊ ī duplici metu iſto itēq; pudore ille eque du
plici hēt oſcitationes quattuor. Tres que reſtāt ex uoce cōfeſſionis adi
ciet. ⁊ nequaquā dicetur iam de eo quod non ſit uox neque ſenſus. ſi tñ
de corde humili. ſimplici fidelique proceſſerit illa cōfeſſio. Omne ergo
quod remordet conſcientiam confitere humiliter: pure. fideliter. ⁊ has
uices impleſti. Sunt qui gloriantur cū malefecerint ⁊ exultant in rebꝰ
peſſimis. quos notans propheta. peccata inquit ſua predicauerunt ut ſo
doma. Uerū hos ab hac diſputatione tāquam ſeculares amoueo. Naz
quid ad nos de hijs qui foris ſunt? Quāquam ⁊ de hijs qui religioſe ue
ſtiti ⁊ religionem profeſſi ſunt nō nūquam audiuimus aliquos remini
ſci ⁊ iactitare impudētiſſime mala ſua preterita que uerbi gratia aliquā
do uel fortiter gladiatorio. uel argute litteratorio geſſere cōflictu. ſeu ali
ud quid ſecundum mundi quidem uanitatem fauorabile. ſecundū anie
uero ſalutem nociuū perniciosum. dāmpnoſum. Secularis animi indici
um ē hoc. ⁊ humilis habitus qui geſtatur a talibus. non ſcē nouitatis ē
meritum: ſed priſce uetuſtatis operculum. Nōnulli talia quaſi dolendo
⁊ penitendo rememorāt. ſed gloriam intentione captantes cōmiſſa ſua
nō diluunt. ſed ſeipſos illudunt. Nam deus nō irridetur. Ueterem ho
minem non exuerūt: ſed nouo palliant. Non proditur aut proicitur uetꝰ
fermentuz. illa confeſſione. ſed ſtatuitur. ſecundū illud. inueterauerūt oſ
ſa mea: dū clamarem tota die. Pudet reminiſci quorūdam tantam pro
teruiā. ut nō pudeat eos cū exultatiōe lugenda iactitare quod ⁊ poſt ſu
ſceptum ſanctū habitum callide quēpiam ſupplātauerint. ⁊ circunuene
rint in negocio fratrē. aut quod talionem pro ꝯuicio uel maledicto ideſt
malum pro malo. aut maledictum pro maledicto audacter reddiderint.
Sed ē confeſſio eo periculoſius noxia. quo ſubtilius uana. cū ipſa etiam
inhoneſta ⁊ turpia de nobis detegere non meremur. nō quia humiles
ſumus: ſed ut eſſe putemur. Appetere aūt de humilitate laudem. humi
litatis ē nō uirtus. ſed ſubuerſio. Uerus humilis uilis uult reputari. nō
humilis predicari. Gaudet cōtemptu ſui: hoc ſolo ſane ſuperbus quod
laudes contempnit. Quid peruerſius quidue indignius. ut humilitatis
cuſtos confeſſio. ſuperbie militet: ⁊ inde uelis uideri melior. unde uide
ris deterior? Mirabile iactantie genus ut nō poſſis putari ſanctus: ſi ñ
apparēas ſceleratus. At talis confeſſio ſpeciem habens humilitatis nō

uirtutē: nō solū ueniam non meretur. sed ⁊ prouocat iram. Nunquid ꝑ
fuit saul quod se ad increpationem samuhelis peccasse confessus est?
Culpabilis proculdubio fuit illa cōfessio que culpam non diluit. Quādo
enim humilē contempneret cōfessionē humilitatis magister: ⁊ cui humi
libus dare gratiam certe igenitum ē? Omnino nō poterat non placari:
si que in ore sonauit. in corde radiasset humilitas. Ecce cur humilē esse
debere confessionē dixi. Oportet autem esse ⁊ simplicem. Non intenti
onē forte quia latet homies excusare delectet si sit rea. nec leuigare cul
pā que grauis est. nec alieno adumbrare suasu. cum inuitū nemo coege
rit. Primū illud non confessio est. sed defensio: nec placat. sed prouo
cat. Sequens monstrat igratitudinem. ⁊ quo minor reputatur culpa: eo
minuitur ⁊ gloria indultoris. Sed eni minus libenter beneficiū dat: qđ
minus grate minusue necessarie prouenire sentitur. Ueniā sibi proide
abiudicat. qui mun⁹ largitoris attenuat. quod quidē ois qui reatū suum
uerbis alleuiare conatur: facit. Jam a postremo primi hominis dehorte
tur exemplū. nec culpam siquidē diffidētis. nec tamē consequētis ueniā:
ñ dubiū quin ob reatus mulieris admixtionē. Genus excusationis ē: cū
argueris tu. aliū incusare. Porro excusare te uelle qñ corriperis quam
sit non modo minime fructuosum sed ⁊ perniciosum: sanctum dauid in
terroga. Uerba nāque malicie excusationes in peccatis appellat. ne in
ea declinet cor suum rogans ⁊ supplicans. Merito quidem. In animā
etenim peccat suam qui se excusat. repellens perinde a se indulgentie
medicinam: ⁊ sic uitam sibi ore proprio intercludens. Et que naꝫ maior
malicia. quam propriam armari i salutem: ⁊ lingue tue temetipsum mu
crone confodere? Denique qui sibi nequam est: cui est bonus? Sit antē
⁊ fidelis confessio ut confitearis in spe. de indulgentia penitus non diffi
dens ne tuo te ore non tam iustifices. quam condēpnes. Judas certe ꝓ
ditor domini ⁊ caī fratricida. confessi sunt ⁊ diffisi sunt. Alter peccaui in
quit tradens sanguinē iustum. alter: maior ē iniquitas mea quam ut ue
niam merear. ⁊ uerax licet. nil eis profuit infidelis confessio. Hec itaqꝫ
tres confessionis obseruantie iuncte quattuor superioribus cōpunctiōis
septenariū implēt. Jam uero sic cōpunctus. ⁊ sic confessus. ac propria ꝑ
inde certus de uita. certus quoqꝫ nihilominus es ut arbitror uacuo ne
quaquam noīe appellari ihesum. eū qui in te talia ualuit ⁊ uoluit opera
ri. nec uacue subsecutum fuisse baculū quem premiserat. Non uenit ua
cue: q: non uenit uacuus. Nam quomodo uacuus: in quo habitauit ple
nitudo? Neque enim ad mensuram ei datus est spiritus. Denique ⁊ ue
nit in plenitudine temporis: plenum perinde uenire se indicans. Be
ne plenum: quem unxit pater oleo leticie pre consortibus suis. Unxit ⁊
misit plenum gratie ⁊ ueritatis. Unxit: ut ungeret. Omnes ab eo uncti
sunt: qui de plenitudine eius meruerūt accipere. Ideo ait. Spiritus do
mini super me eo quod unxerit me. ad ānuntiandum māsuetis misit me

ut mederer cōtritis corde ut predicarem captiuis indulgentiā ꝛ clausis apertionē: ut predicarē annū placabilē dn̄o. Ueniebat ut audis ungere contritiones uestras ac lenire dolores: ideoqꝫ uenit unctus uenit man suetus. ꝛ mitis: ꝛ multe mie omnibus inuocantibus se. Sciebat se ad in firmos descendere: exhibuitqꝫ qualē oportuit. Et qm̄ multe erant infir mitates. multa quoqꝫ prouidus medicus medicamina curauit afferre. Attulit spiritum sapientie ꝛ intellectus. spiritum consilij ꝛ fortitudinis. spiritum scientie ꝛ pietatis: ꝛ spirituꝫ timoris domini. Uides quod phia las plenas odoramentis celestis medicus preparauit ad sananda uulne ra illius miseri qui incidit in latrones? Septem sunt numero septem for tasse prefatis excitandi oscitationibus accommodate. Spiritus enim ui te erat in phialis. Ex hijs profecto infudit oleum meis uulneribus. In fudit ꝛ uinum. sed minus quā olei. Sic nēpe congruebat infirmitatibus meis. ut misericordiam superexaltaret iudicio: quēadmodum uino oleuꝫ superfertur infusum. Attulit proinde quinque cados olei. uini: nō nisi du os. Uinum siquidem timor tm̄ ꝛ fortitudo fuere. reliqua quinque oleuꝫ propria suauitate designant. In spiritu deniqꝫ fortitudinis tāquam po tens crapulatus a uino d̄scendit ad inferos. contriuit portas ereas. ꝛ ue ctes ferreos confregit. alligauit fortem. ꝛ uasa captiuitatis eripuit. De scendit nihilominus in spiritu timoris. sed timendus: nō timidus. O sapientia quāta arte medendi in uino ꝛ oleo anime mee sanitatem re stauras. fortiter suauis. ꝛ suauiter fortis. fortis pro me. suauis mihi. De niqꝫ attingis a fine usqꝫ ad finem fortiter: ꝛ disponis omnia suauiter: propellens inimicum ꝛ infirmum fouens. Sana me domine ꝛ sana bor: psallam ꝛ confitebor nomini tuo: ꝛ dicam. Oleum effusum no men tuum. Non uinum effusum. nolo enim ut intres in iudicium cum seruo tuo: sed oleum. quia coronas me in misericordia ꝛ miserationib⁹. Oleum plane. qd̄ dum superenatat cunctis quibus immiscetur liquori bus. liquido illud designat nomen qd̄ est super omne nomen. O no men p̄suaue. ꝛ p̄dulce. O nomē preclarꝫ. p̄electū ꝛ preexcelsum. ꝛ su perexaltatum in secula. Hoc uere oleum qd̄ exhilarat faciem hominis qd̄ caput ieiunantis impinguat: ut oleum peccatoris non sentiat. Hoc nomen nouum. quod os domini nominauit. qd̄ ꝛ uocatum est ab ange lo prius quam in utero conciperetur. Hoc non soluꝫ iudeus. sꝫ quicūqꝫ uocauerit saluus erit. in tantum usqꝫquaqꝫ effusum ē. Hoc pater dona uit filio. sponso ecclesie domino nostro iesu christo: qui est benedictus in secula.

Sermo. xvij. In quo tractatur de luciferi deiectione.

p Utamus ne satis processum est in sanctuario dei dum scruta mur mirabile sacramētū: an ad perscrutādū adhuc si quid restat: audiem⁹ spiritū ad interiōa sequi? Spirit⁹ nēpe iste scrutat̄ n̄ solū q̄oīuꝫ corda ꝛ rēes. sꝫ ēt p̄fūda d̄i. ꝛ siue ad nr̄a siue ad alta. secur⁹ sequō

eum quocunqȝ ierit. Tantū ut custodiat corda nostra ⁊ intelligentias no
stras. ne forte cum nō adheret adesse putemus. nostrūqȝ pro ipo sequa
mur sensū deuiantes. Uenit nāqȝ ⁊ uadit ꝓut uult. ⁊ nemo facile scit vñ
ueniat aut quo uadat. At istud sine dāpno fortasse salutis nescire licet.
Ceterꝝ qñ ueniat uel qñ uadat: id plane ꝑiculosissime ignorat̃. Cuȝ eniȝ
hee spiritꝰ sancti circa nos dispensatorie quidē uicissitudines uigilantis
sime non obseruant̃. fit ut nec absentē desideres: nec p̃ntem glorifices.
Nempe qui idcirco recedit ut auidius requirat̃ : quonā modo si abesse
nescit̃ requirit̃. Et rursum qui dignāter ad hoc redit ut ꝯsolet̃ : qualiter
digne pro sua maiestate suscipit̃. si nec adesse sentit̃? Mens ergo que
ignorat abcessū patet seductiōi: ⁊ que reditū nō obseruat. erit igrata uisi
tationi. Petijt quondā aliquid heliseus a magistro cum discessum eius
imminere ꝑsensit. nec obtinuit sicut scitis. nisi ea quidē ꝯditione si uide
ret qñ tolleret̃ a se. In figura ꝯtingit hoc illis: scriptū est aūt ꝓpter nos.
Uigiles esse ⁊ solliciti circa opꝰ nostre salutis. qđ mira subtilitate ac sua
uitate diuine sue artis incessanter actitat spiritꝰ in intimo nostri: ꝓphheti
co docemur ⁊ monemur exemplo. Nunq̃ȝ sane sine uestra ꝯsciētia. ma
gistra unctio que docet de omnibus tollat̃ a nobis: si duplicato uolumꝰ
munere nō fraudari. Nunq̃ȝ cuȝ uenerit inueniat imparatos. sed semꝑ
uultus suspensos expāsosqȝ habētes sinus: ad largā deū benedictionē.
Quales deniqȝ querit similes hominibus expectantibus dominū suuȝ.
quando reuertatur a nuptijs. qui utiqȝ ab illis superne mense copiosis
delicijs uacua nunquā reuertitur manu. Uigilandum proinde ⁊ uigilā
dum omni hora. quia nescimus qua hora spiritus uenturus sit. seu ite
rum abiturus. It. ⁊ redit spiritus. ⁊ qui stat eo tenente deserente cadat
necesse est. sed non colliditur: quia dominus rursum supponit manuȝ su
am. Et has alternare uices non cessat in hijs qui spirituales sunt. uel
quos potius spirituales perinde ipse creare intendit: uisitans diluculo.
⁊ subito probans. Denique septies cadit iustus. ⁊ septies resurgit. si ta
men cadat in die. ut se cadere uideat. ⁊ cecidisse sciat. ⁊ resurgere cupi
at. ⁊ requirat manum adiuuantis: ⁊ dicat. Domine in uoluntate tua pre
stitisti decori meo uirtutem. Auertisti faciem tuam a me : ⁊ factus sum
cōturbatus. Aliud est dubitare đ v̇itate. qđ patiaris necesse ē. cū spiritꝰ
minime spirat. ⁊ aliud sapere falsitatē. qđ facile caues. si eandē tuā igno
rātiā ñ ignoras: quatinus dicas ⁊ tu. Et si quid ignoraui: ignorātia mea
mecū ē. Sc̄i iob sententia ē. Agnoscite. Pessime matris ignorātie. pes
sime itidē filie due sūt. falsitas ⁊ dubietas. Illa miserior: ista miserabilior.
Pernitiosior illa: ista molestior. Cū loquit̃ spiritꝰ. cedit utraqȝ. ⁊ ē ñ solū
ueritas: sȝ ⁊ certa v̇itas. Est quippe v̇itatis ille spiritꝰ: cui ꝯ̄ria falsitas ē.
Est ⁊ sapiētie. q̄ cū sit cādor uite eterne ⁊ ubiqȝ attigat ꝑꝑ mūdiciā suā:
obscurꝝ ābigui ñ admittit. Cauēda sane. cū spiritꝰ iste ñ loquit̃ ⁊ si ñ mo
lesta dubietas: certe falsitas execrāda. Aliud est enī sub incerto hoc uel

illud opinando sentire: aliud temere affirmare qd̄ nescias. Aut ergo lo
quatur semper spiritus quod nr̄i quidē minime arbitrij est. aut qn̄ silere
placet: hoc ipm̄ indicet. ⁊ loquatur saltim suum silentium. ne ipm̄ nobis
falso preire putantes. nr̄m pro ipso male securi sequamur errorē. Et si
suspēdit ambiguo: n̄ relinquat mendatio. Est qui dubie ꝓfert mēdaciū
nec mittitur. ⁊ est qui ueritatē quā nescit affirmat: ⁊ mentit̄. Nam ⁊ ille
nō quidem quod nō ē. ēe. sʒ se qd̄ credit credere dicit. ⁊ uerū dicit. etiā
si hoc uerum nō sit qd̄ credit: ⁊ is cū se certū unde certus n̄ est dicit. ue
rum nō dicit ēt si uerum sit de quo asserit. His premissis ad cautelam
talia inexpertorū sequar iam spiritū sicut cōfido preeuntē eadē tamen
cautela si potero quā premisi. ⁊ temptabo facere ipe quod doceo. ne di
catur ⁊ mihi. Tu qui alium doces. teipm non doces? Distinguendū sa
ne inter manifesta ⁊ dubia. nec illa scilicet adduci in dubium: nec ista te
mere affirmari. Qd̄ quidem ipm̄ de magisterio sperandum est spiritus:
nec enim nr̄a ad illud omnino industria sufficit. Quis nouit dominū an
id qd̄ inter homines iudicatum a deo sermo supior patefecit: in supnis
quoqʒ iudicium iam factum pcesserit. utrum nam uidelicet lucifer qui
mane oriebatur: sʒ prepropere eleuabatur. antequā uerteretur in tene
bras generi nr̄o inuiderit ⁊ ipe olei infusionem. ut p seipsū iā tunc indi
gnabundus inusitaret dicens intra se quodāmodo ut quid pditio hec?
Hoc ego n̄ assero dicere spiritum: sʒ nec cōtradicere dico. Nescio eni.
Potuit ante cōtingere si tn̄ incredibile nō putetur plenū sapia ⁊ perfe
ctum decore hoies prescire potuisse futuros etiam ⁊ ꝓfecturos in pari
gl'a. Sʒ si presciuit in dei uerbo absqʒ dubio uidit: ⁊ in liuore suo inuidit
⁊ molitꝰ ē habere subiectos socios dedignatus. Infirmiores sunt inquit
inferioresqʒ natura: nō decet ēe concives nec equales in gl'a. An forte
pdit impiam hanc eius machinationē illa presumpta ascensio sessioqʒ:
significās magisteriū? Ascendam, inquit sup montem excelsum. sedebo
in lateribꝰ aquilonis. quo altissimꝰ quādā peride similitudinē obtineret
si quemadmodum ille sup cherubyn sedens gubernat omnē angelicā
creaturam. ita ⁊ ipse altus sederet: regeretqʒ genus humanum. Absit.
Iniquitatem meditatus est incubili suo: mentiatur iniquitas sibi. Nos
alium non agnoscimus iudicem quam auctorem. Non diabolus. sʒ dn̄s
iudicabit orbem terre. ipe deus nr̄ i seculū ⁊ i scl'ʒ seculi. ipe reget nos.
in scl'a. Ergo in celo concepit dolorem. ⁊ in padiso peperit iniquitatem
ꝓlem malitie. matrē mortis. ⁊ erumpnaꝝ omniumqʒ prima parens su
perbia. Nā ⁊ si inuidia diaboli intrauit mors in orbem terrarū: initiū tn̄
omnis peccati supbiā. Uerū quid illi ꝓfuit? Nihilominus tu in nobis es
domine. ⁊ nomen tuum inuocatū est super nos. ⁊ dicit populus acquisi
tionis: dicit ecclesia redemptorum. Oleum effusum nomen tuum.
Cum eicior ego tu illud effundis post me. ⁊ in me: quoniam cum iratus
ueris mie recordaberis. Accepit tamen sathan regnum super omnes

filios supbie. factus pñceps tenebrarum harum. ut regno humilitatis ét su
pbia militet. dum in uno suo, pñcipatu tẽporali ꝛ tali. multos humiles ex
celsos eternosq̃ʒ reges ꝯstituit. Jocũdũ iudiciũ. ut supbus ille humiliuʒ
malleator eisdẽ ipsis nesciens fabricet coronas ppetuas ĩpugnãdo oẽs:
ꝛ oĩbus succũbendo. Si quidẽ ubiq̃ʒ ꝛ sẽp iudicabit dñs pplos ꝛ saluos
faciet filios pauperum, ꝛ humiliabit calũpniatorẽ. Ubiq̃ʒ ꝛ semp defensa
bit suos, ppulsabit nocẽtes. ꝛ tollet uirgam peccatorũ desup sortẽ iustorum:
ut nõ extẽdant iusti ad iniquitatẽ manus suas. Eritq̃ʒ tandẽ cum ex toto
arcum ꝯteret. ꝛ ꝯfringet arma ꝛ scuta ꝯburet igni. Tu tibi miser sedem
collocas in aquilone. plaga nebulosa. ꝛ frigida. ꝛ ecce suscitãtur de pul
uere inopes. ꝛ de stercore paupes. ut sedeãt cum principib⁹ ꝛ solũ glẽ
teneant doleasq̃ʒ ĩpleri illud. paup ꝛ inops laudabũt nomẽ tuum. Grãs
tibi pater orphanorum ꝛ iudex pupillorum. incaluit sup nos mons coagulat⁹
mons pinguis. celi distillauerũt a facie dei synai. effusũ ẽ oleuʒ. dilatatũ
est nomen qđ nobis. ꝛ cui nos inuidebat iniquus. Dilatatuʒ inquã usq̃ʒ
ad corda et ora puulorũ: ꝛ in ore ĩfantium ꝛ lactẽtiuʒ pficitur laus. Por
ro peccator uidebit ꝛ irascet̃. ꝛ erit sicut ira implacabilis. sic flamma
ĩextinguibilis. que iã parata est ei ꝛ angelis eius. zelus dñi exercitiũ fa
ciet hoc. Quomodo me amas de⁹ meus, amor meus quomõ me amas.
ubiq̃ʒ recordãs mei. ubiq̃ʒ zelans salutẽ egeni ꝛ paupis nõ solum aduer
sus homines superbos: sed etiã aduersus sublimes angelos. In celo ꝛ
in terra iudicas dñe nocẽtes me: expugnas ĩpugnãtes me. Ubiq̃ʒ sub
uenis ubiq̃ʒ assistis: ubiq̃ʒ a dextris es mihi ne ꝯmouear. Hec cantabo
dño in uita mea: psallam deo meo quã diu sũ. Hee uirtutes ei⁹: hec mi
rabilia eius que fecit. Hoc primũ ꝛ maximũ iudiciũ: qđ mihi illa cõscia
secretorũ apuit uirgo Maria. deposuit ĩquiens potẽtes de sede. ꝛ exal
tauit humiles. esurientes ĩpleuit bonis: ꝛ diuites dimisit inanes. Scđʒ
aũt simile est huic quod iã audistis. ut qui nõ uident uideãt. ꝛ qui uidẽt
ceci fiant. In his duob⁹ iudicijs ꝯsolet̃ se paup ꝛ dicat. Memor fui iu
diciorũ tuorũ a sclo dñe: ꝛ ꝯsolat⁹ sũ. Sʒ reũtamur ad nos ipsos scrute
murq̃ʒ uias nr̃as. ꝛ ut in ueritate id possimus ĩuocem⁹ spiritũ ueritatis
ꝛ reuocem⁹ ab alto quo nos eduxerat. quaten⁹ añcedat nos ét ad nos
qm̃ sine ĩpo possum⁹ nihil. Nec uerẽdũ qđ đdignet̃ ꝯdescẽdere nobis.
qui poti⁹ si ul' exiguũ quid absq̃ʒ ipso conamur ĩdignat̃. Non ẽ eĩm ille
uadẽs ꝛ ñ rediẽs. sʒ ducit de claritate ĩ claritatẽ tãquaʒ dñi spũs. quãdo
que rapiens ad se ĩ lumine suo quãdoq̃ʒ contempans ꝛ illuminãs tene
bras nostras. ut siue supra nos siue apud nos: sẽper ĩ luce sẽper ut filij lu
cis ambulem⁹. Transiuimus allegoriaruʒ umbras: uentum est ad inda
ganda moralia. Edificata est fides: instruatur uita. Exercitatus est intel
lectus: ditetur actus. Siquidem intellectus bonus omnibus facientibus
eum: si tamen ꝛ actus ꝛ intelligentia dirigantur in laudem ꝛ gloriaʒ do
mini nostri iesu xp̃i: qui est deus benedictus in secula.

Sermo.xviij. De duab⁹ opatōib⁹ spiritus sancti. quarū una uocat̄ effu
sio. ⁊ alia infusio.

Oleū effusum nomen tuū. Quod certum demonstrat spiritus sā
ctus nobis in nobis: occasione huius capituli: Profecto qd̄ ite
riꝫ occurrit: gēme cuiusdā sue operationis experimētū. Unius
quidē qua nos p̄io intus uirtutibus solidat ad salutē. alterius uero qua
foris quoqꝫ muneribus ornat ad lucruꝫ. Illa nobis: hec nostris accipi
m⁹. Uerbi grā. fides. spes. caritas nobis propter nos dant̄. Absqꝫ hijs
quippe: salui esse non possumus. Porro scientie seu sapientie sermo.
gratia curationis. prophetia similiaqꝫ quib⁹ carere. cū integritate ēt sa
lutis proprie possum⁹. ꝓriorꝫ proculdubio in salutē expēdēda donant̄.
Et has spiritus scī operat. ōes quas uel i nobis uel i alijs expimur. ut ex
re nomina accipiāt: infusionē si placet atque effusionem nominemus.
Cui nam ergo horum conuenit oleū effusum nomen tuū: Nonne effu
sioni: Nā de infusione infusū potius quam effusum dixisset. Denique
ob bonū odorem uberū extrinsecus perfusoꝝ ait sponsa. oleū effusū no
men tuū asscribēs ipsum odorē nomini spōsi: tāquā oleo effuso sup ube
ra. Et quicūque munere gratie exterioris perfusū se sentit. quo ⁊ ipse
alijs refundere possit: ēt huic dicere ē oleū effusum nomen tuū. Sed sa
ne cauendū i hijs. aut dare qd̄ nobis accepim⁹ aut qd̄ erogandū acce
pimus retinere. Rē profecto proximi retines tibi. si uerbi cā pleni⁹ uir
tutibus cū sis. forisque nihilominus donis scientie ⁊ eloquētie adornat⁹:
metu forte aut segnicie aut minus discreta humilitate uerbū bonū quod
posset prodesse multis inutili immo ⁊ dāpnabili ligas silētio: certe male
dictus qd̄ frumenta abscondis in populis. Rursum qd̄ tuū ē spargis ⁊ ꝑ
dis. si prius quam infundaris tu totus semiplenus festines effundere.
contra legem arans in primo genito bouis: ⁊ ouis primogenitum tōdēs
Nimirum uita atqꝫ salute quā alteri das te fraudas. dū sana uacuus in
tentiōe glīe inanis uento īflaris. aut terrene cupiditatis ueneno īficeris.
⁊ letali apostemate turgens interis. Quāobrē si sapis concham te exhi
bebis ⁊ ñ canalem. Hic si quidem pene simul ⁊ recipit. ⁊ refundit. Illa
uero donec impleatur expectat. ⁊ sic qd̄ supabundat sine suo dampno
cōmunicat. sciens maledictum qui partem suam fecit deteriorem. Et ne
meum consilium contemptibile ducas: audi sapientiorem me. Stultus
ait salomon ꝓfert totū spiritum suū simul: sapiens reseruat in posteruꝫ.
Uerum canales hodie in ecclesia multos habemus: conchas uero per
paucas. Tante caritatis sunt per quos nobis fluenta celestia manant:
ut ante effundere quā infūdi uelint. loqui quā audires patiores. ⁊ ꝓmp
ti docere quod nō didicerunt. ⁊ alijs preesse gestientes: qui se ipsos re
gere nesciunt. Ego nullum ad salutem pietatis gradum illi gradui an
teponendum existimo: quem sapiens posuit dicens. Miserere anime
tue placēs deo. Qd̄ si ñ habeo nisi paruꝑer olei quo ungar. putas tibi de

beo dare. ⁊ remanere inanis? Seruo illud mihi ⁊ omino nisi ad ꝓphete iussioné ñ ꝓfero. Si institerit rogitátes aliqui ex hijs qui forte existimát de me supra id qđ uidét i me. aut audiũt aliquid ex me. respõdebiť eis Ne forte ñ sufficiat nobis ⁊ uobis: ite potius ad uédétes ⁊ emite uobis. Sz caritas inquis ñ querit que sua sunt. Et tu, scis quáobré? Non querit que sua sunt profecto quia non desunt. Qui suam querat quod hét? Caritas que sua sunt id est proprie saluti necessaria nunquam non hét. Nec modo habet. sed ét abundat. Uult abundare sibi. ut possit ⁊ omnibus. Seruat sibi quantum sufficiat: ut nulli deficiat. Alioquin si plena ñ est. perfecta non est. Certum tu frater cui firma satis propria salus nondum ẽ. cui caritas adhuc aut nulla est. aut adeo tenera atque arundinea. quatinus omni flatui cedat. omni credat spiritu z. omni circumferať doctrine uento. immo cui tanta est caritas ut ultra mandatum quidem diligas proximum tuum plusquam teipsum. ⁊ rursum cantilla. ut contra mandatum fauore liquescat. pauore deficiat. perturbetur tristitia. auaritia contrahatur. protrahatur ambitione. suspitionibus inquietetur. conuicijs exagitetur. curis euisceretur. honoribus tumeat. liuore tabescat. tu inquam ita in proprijs teipsum sentiens. quanam dementia queso aliena curare aut ambis. aut acquiescis. Sed enim audi quid consulat: cauta uigilque caritas. Non quod alijs inquit sit remissio. uobis auté tribulatio. sed ex equalitate. Noli nimium eẽ iustus. Sufficit ut diligas proximum tuum tanquam teipsum. Hoc quippe est ex equalitate. Dicit dauid. Sicut adipe ⁊ pinguedine repleatur anima mea. ⁊ labijs exultationis laudabit os meum. infundi nimirum prius uolens. ⁊ sic effundere. Nec solum infundi prius. sed ⁊ impleri. quatinus de plenitudie eructaret non oscitaret de inanitate. Caute quidem. ne quod alijs remissio. sibi tribulatio esset. Et nihilominus caste: imitans illum de cuius plenitudine omnes accepimus. Disce ⁊ tu non nisi de pleno effundere: nec deo largior esse uelis. Concha mutetur fontem. Non manat ille i riuũ: nec in lacum extenditur: donec suis satietur aquis. Non pudeat conchá non esse suo fonte profusiorem. Denique ipse fons uite plenus in seipso. ⁊ plenus seipso. nonne primum quidem ebulliens ⁊ saliens in proxima secreta celorum omnia impleuit bonitate. ⁊ tunc demuz impletis superioribus secretioribusque partibus erupit ad terrenas. ac ď superfluo homines ⁊ iumenta saluauit. quéadmodum multiplicauit misericordiam suam? Prius interna repleuit. ⁊ sic exundans in multis miserationibus suis uisitauit terram ⁊ inebriauit eá: multiplicauit locupletare eá. Ergo ⁊ tu fac similiter. Implete prius. ⁊ sic curato effundere. Benigna prudensque caritas affluere consueuit. non effluere. Fili. ne pereffluas ait salomon. Et apostolus. Propterea inquit debemus intendere hijs que dicuntur: ne forte pereffluamus. Quid enim. Tu ne paulo sanctior: sapientior salomone? Alioquin nec mihi sedet ditari ex te exinanito. Si

eniꝫ tu tibi neqꝫ:cui bonis eris. De tumulo si uales adiuua me. sin aūt:
parcito tibi. Sed iaꝫ audite q̄ ⁊ quāta saluti ꝓprie necessaria sint. que ⁊
quā a infundi oporteat prius quā effundere presumamꝰ. que tñ i pñtia
rū breuiter colligere potero. Hora siquidē iam multū ascēdit: ⁊ sermonis
urget ad finē. Accedit medicus ad uulneratū: spiritꝰ ad animā. Quam
eni nō repiat gladio diaboli uulneratā. etiā post sanatū uulnus antiqui
delicti: medicamēto baptismatis? Ergo ad illā animā que dicit putruerūt
⁊ corrupte sūt cicatrices mee a facie insipiētie mee: cū accedit spiritus.
quid prio opus ē? Ut tumor uł ulcus qđ forte supcreuit in uulnere ⁊ pōt
impedire sanitatē: añ oia amputet̃. Abscidat̃ itaqꝫ ferro acute ꝯpūctōis:
ulcus inueterate ꝯsuetudinis. Sꝫ ē acerbus dolor. Leniat̃ ꝓinde unguē
to deuotiōis. qđ nō est aliud nisi ꝯcepta de spe idulgētie exultatis. Hāc
ꝯtinēdi parit facultas: ⁊ uictoria de peccato. Jam gr̃as agit: ⁊ dicit. Di
rupisti uincula mea tibi sacrificabo hostiaꝫ laudis. Deinde apponit̃ me
dicamentū penitētie. malagina ieiunioꝝ uigiliaꝝ. orationuꝫ: ⁊ si qua sūt
alia penitentiū exercitia. In labore cibādus ē. cibo boni opis ne d̄ficiat.
Qđ opus sit cibus inde doceris. Meus cibꝰ ē inquit ut faciā uolūtateꝫ
patris mei. Itaqꝫ comitent̃ penitētie labores pietatis opa que ꝯfortēt.
Magnā ait fiduciā prestat apud altissimū. elemosina. Cibꝰ sitim excitat
potandus ē. Accedat cibo boni opis oratiōis potus. ꝯponēs in stomaco
ꝯsciētie: qđ bñ gestū ē. ⁊ comendans deo. Orando bibit̃ uinū letificans
cor hominis. uinū spiritus qđ inebriat. ⁊ carnaliū uoluptatū infundit ob
liuionē. Humectat interiora arētis ꝯsciētie. escas bonoꝝ actuuꝫ digerit
⁊ deducit per q̄dam anime mēbra. fidē roborās. spem ꝯfortans. uegetās
ordināsqꝫ caritatē. ⁊ impinguās mores. Sumpto cibo potuqꝫ quid iam
restat. nisi ut pauset egrotus. ⁊ quieti ꝯtemplationis. post sudores actōis
incūbat? Dormiēs in ꝯtēplatione sompniat deū. per speculū siquidē ⁊ i
enigmate nō autē facie ad faciē interiꝫ intuetur. Tamen sic non taꝫ spe
ctati quaꝫ coniectati. idqꝫ raptim ⁊ quasi sub quodam coruscamine sin
tillule transeuntis tenuiter uix attacti inardescit amore. ⁊ ait. Aīa mea
desiderauit te in nocte: sꝫ ⁊ spiritus meus i precordijs meis. Talis amor
zelat. Hic decet amicū spōsi. Hoc necesse ē ardeat fidelis seruus ⁊ pru
dens: quē constituit dominus super familiam suam. Hic replet. hic fer
uet. hic ebullit hic iam securus effundit. exundans ⁊ erumpēs: ⁊ dicēs.
Quis infirmatur ⁊ ego nō infirmor? Quis scandalizatur. ⁊ egō ñ uror?
Predicet. fructificet. innouet signa ⁊ immutet mirabilia non est quo se
immisceat uanitas. ubi totū occupat caritas. Siquidē plenitudo legis et
cordis est caritas: si tamē plena. Deus deniqꝫ caritas est. ⁊ nihil est in
rebus quod possit replere creaturam factam ad imaginem dei nisi cari
tas deus. qui solus maiorē illa. Eam nonduꝫ adeptus periculosissime ꝓ
mouetur quātislibet alijs uideatur pollere uirtutibus. Si habuerit omnē
scientiam. si dederit omnē substantiam pauperibus. si tradiderit corpus

suum ita ut ardeat. absq; caritate uacuus ē. En quanta prius infundēda sunt ut effundere audeamus de plenitudine. non de penuria largiētes. Primo quidē compunctio. deinde deuotio. tertio penitētie labor. quarto pietatis opus. quito orationis studium. sexto contemplationis ocium. septio plenitudo dilectionis. Hec omnia operat unus atq; idē spiritus. secundū operationem que infusio appellatur. quatinus illa que effusio dicta ē pure: ⁊ ob hoc tute iā amministret. ad laudē ⁊ glām dñi nři iesu christi qui cū pře ⁊ spiritu sčo uiuit ⁊ regnat de⁹ p oia scl'a scl'oꝝ Amē.

Sermo. xix. De nouem ordinibus angelorum.

Adhuc amatori a sponsa loquitur. adhuc pergit amplius ꝓsequi laudes sponsi. ⁊ grām prouocat dum monstrat eam quam iam accepat in se uacuam nō fuisse. Audiet enim quid secuta adiūgit. Propterea inquit adoloscentule dilexerunt te nimis. Quasi dicat. Non frustra nec inaniter nomen tuū exinanitum est o sponse. atq; effusum in ubera mea: ꝑpterea enim adoloscentule dilexerunt te nimis Propter quid? Propter nomen effusum? ⁊ ꝑpter ubera ex eo ꝓfusa. Inde quippe excitate sunt in amorem sponsi: inde sumpserunt ut diligant. Sponsa infusum munus excipiente. ille mox sensere fraglantiam que longe a matre minime ēe poterāt: atq; illa suauitate repler e dicūt. Caritas diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. Ergo ipsarum deuotionem sponsa commendans. hic inquit fructus o sponse effusi nominis tui: qđ propterea adoloscentule dilexerunt te. Effusum siquidem sentiuit qđ integrum capere non ualebant: propterea dilexerunt te. Effusio quippe nomen facit capabile: captus amabile: sed adolescentulis dumtaxat. Qui capaciores facit integro gaudent: effuso non indigent. Angelica creatura irrepercussa mentis acie intuetur diuinorum iudiciorum abissum multam quoꝝ summe equitatis ineffabili delectatione beata gloriatur. insup effectui ea per suum ministerium mancipari. ac palam fieri: ⁊ propterea diligit merito dominum christum. Nonne ait omnes amministratorij⁹ spiritus sunt missi in ministerium propter eos qui hereditatem capiunt salutis? Porro archangelos ut eis aliquid differentius ab hijs qui simpliciter angeli sunt tribuamus. mirabiliter credo delectat. qđ ipsis quoq; eterne sapientie cōsilijs familiarius admittuntur. eademq; per ipsos locis queq; suis atq; temporibus summo moderamine dispensantur. ⁊ hec causa qđ diligūt deum christum ⁊ ipsi. Ille quoq; beatitudines que uirtutes ex eo forsitam appellate sunt. qđ uirtutum ac prodigiorum ocultas perpetuasq; causas felici curiositate rimari ac mirari diuinitus ordinate. signaq; ⁊ quando uolunt ex omnibus elementis. terris potenter exhibeant. ⁊ ipe ergo exinde nō immerito inardescunt. diligere dominuȝ uirtutum: ⁊ dei uirtutem christum. Plenum quippe est suauitatis ⁊ grē. incerta et occulta sapiētie in ipsa sapientia intueri. plenū nihilominus honoris ⁊ glo

rie causarum in dei uerbo absconditarūꝫ: mundo spectandas mirandas
que in manu ipsorum dirigi efficientias. Sed ⁊ illi spiritus qui potesta
tes nominantur dū crucifixi nostri diuinam omnipotentiam ubique forti
ter attingentem intueri ac magnificare delectantur. exturbare ⁊ debel
lare demonū hominūque contrarias potestates pro hijs qui hereditatē
capiūt salutis. accipiunt potestatem. Et hij nonne iustissimā habēt causā
ut diligant dominum ihesum? Sunt ⁊ super istos principatus qui ipsuꝫ
altius speculantes ⁊ liquido peruidētes uniuersitatis eē principiū ⁊ pri
mogenitum omnis creature tanta perinde pricipatus dignitate donant
ut ubiqꝫ terraꝝ habeant potestatē quasi de summo quodam rerum car
dine regna ⁊ principatus ⁊ quaslibet pro arbitrio mutare ⁊ ordinare di
gnitates. pro quorūqꝫ meritis facere primos nouissimos. ⁊ nouissimos
primos. deponere potētes de sede ⁊ exaltare humiles. Et hec istis quo
qꝫ ratio diligendi. Sed diligunt ⁊ dominationes. Cur? Nescio quid sub
tilius sublimiusqꝫ indagare de christi īterminabili atqꝫ irrefragabili do
minatu laudabili quadam presumptione feruntur. quod scilicet ubique
uniuersitatis non solum potens sed ⁊ presens. supra infraqꝫ obsequi re
ctissime uoluntati sue cursus temporum. motus corporum. nutus mētiū
ordine utique pulcherrimo cogat. idque curatam uigili ut ne puncto qui
dem aut iote uni ut dicitur horum omnium debitum subtrahere famula
tum ullatenus liceat. opera tamē tā facili ut turbationem seu anxietatē
ullam omnino gubernator non sentiat. Intuentes ergo dominum saba
oth. tanta cum tranquillitate omnia iudicantem intentissime suauissime
que contemplationis stupore nimio. sed sensato rapti in illud diuine cla
ritatis tam ingens pelagus. recipiunt se se in secretiori quodam mirē
tranquillitatis recessu. ubi tanta pace ac securitate fruuntur ut quiescen
tibus ipsis pro reuerentia prerogatiue. tāquam uere dominationibꝰ mi
nistrare ⁊ militare uideatur cetera multitudo. In thronis sedet deus. ⁊
puto qđ hijs spiritibꝰ supra oēs qui memorati sūt. ⁊ iustior cā ⁊ copiosiō
sit materia diligēdi. Etenī si itres hoīs regis cuiuscūqꝫ palatiū. nōne cū
plenū sit sellis. scamnis. cathedrisqꝫ: regia sedes ī eminēti posita cernit?
Et non ē necesse querere ubi rex sedere solitus sit: nimirū mox manife
sta occurrit sedes eius. ceteris altior ornatiorqꝫ sedilibus. Sic quoqꝫ om
ni decoris ornatu cūctis alijs preminere spiritubus istos intellige. in qui
bus speciali quodam stupende dignationis munere diuina elegit resi
dere maiestas. Quod si sessio significat magisteriū. puto illū qui unus ē
nobis magister in celo ⁊ in terra dei sapientiam xp̄m. cum alias quidē
ubique attingat propter munditiam suam. specialius tamen istos atque
principalius tanquam propriam sedem sua illustrare presentia. ⁊ inde
tāquam de sollempni auditorio docere angelum. docere hoīem sciētiā.
poſitionis modum. uel numerū ſpecierum quibus cōfecta ſunt nolite re linquere. Non enim facile in ſponſi unguentis hec preſto ēe poſſūt no bis: queadmodum in ſuperiorib⁹ illis ſponſe fuerunt. In chriſto nempe rerum plenitudo ē. ſine numero ⁊ ſine modo. Nam ⁊ ſapientie eius nō eſt numerus. ⁊ iuſtitia ipſius ſicut montes dei ſicut montes eterni: ⁊ ſan ctitas ſingularis. ⁊ redemptio inexplicabilis. Dicendū ⁊ hoc quia fru ſtra huius ſeculi ſapientes de quattuor uirtutib⁹ tā multa diſputauerūt: quas tamen apprehendere omnino nequiuerūt. cū illum neſcierūt qui factus ē nobis a deo ſapientia docēs prudentiā. ⁊ iuſtitia delicta donās ⁊ ſāctificatio in exemplum tēpantie continenter uiuens: ⁊ redemptio in exemplū patientie fortiter moriens. forſitan dicit aliquis. Bene ce tera conueniunt: ſʒ ſāctificatio ad tēpantiam minus ꝓprie referri uide tur. Ad qđ reſpondetur primū: id ēe continentiā, qđ tēpantiā. Dein de uſitatum in ſcripturis ſāctificationē pro cōtinētia: ſeu mūdicia poni. Deniqʒ quid ille apud moyſen tam crebre ſanctificationes aliud erant. quā quedam purificationes hominū ſe tēpantium a cibo. a potu. a cō cubitu: hiiſqʒ ſimilib⁹? Sʒ audi ipſum precipue apl̄m. quā familiare ha beat: uel uti ul' uſurpare ſanctificationē in hoc ſēſu. Hoc ē iquit uolūtas dei ſāctificatio ur̄a. ut ſciat unuſquiſqʒ ur̄m ſuū uas poſſidet in ſāctifica tione: ⁊ ñ in paſſione deſiderii. Item. Non enī uocauit nos deus i imū diciam: ſʒ in ſāctificationē. Liquet qđ ſāctificationē ꝓ temperantia ponit. Educto itaqʒ in lucem quod ſubobſcurum uidebatur: redeo ad id uñ di greſſus eram. Quid uobis cum uirtutib⁹: qui dei uirtutem chriſtū igno ratis? Ubi nam queſo uera prudentia niſi de chriſti doctrina: unde uera iuſticia niſi de chriſti mia. ubi uera tēpantia niſi in chriſti uita: ubi ue ra fortitudo niſi in chriſti paſſione? Soli igitur qui eius doctrina imbuti ſunt: prudentes dicendi ſunt. ſoli iuſti: qui de eius miſericordia ueniam peccatoꝝ ſunt conſecuti. ſoli tēpantes qui eius uitā mutari ſtudent. ſo li fortes: qui eius patientie documenta fortiter in aduerſis tenent. In caſum ꝑinde quis laborat in acquiſitione uirtutū. ſi aliunde eas ſpādas putat quā a dño uirtutū. cuius doctrina feminaꝝ prudentie. cuius miſe ricordia opus iuſticie. cuius uita ſpeculū temperantie: cui⁹ mors inſigne ei fortitudinis. ipſi honor ⁊ gloria in ſecula ſeculorum Amen.

Sermo. xxiiij. De trib⁹ mōis ꝯtēplatiōis circa deū ſub figura triū cellaꝝ.

i

Ntroduxit me rex in cellaria ſua. Ecce uide odor: ecce quo cur ritur. Dixerat qua currendum. ⁊ in quo currendum: ſʒ quo cur rendū eſſet non dixerat. Ergo ad cellaria curritur: ⁊ curritur in odore qui ex ipis ꝓcedit. ſponſa illum ſolita ſagacitate p̄ſētiēte. ⁊ cupien te in ipſius plenitudinē introduci. Uerum de cellariis hiis quid ſētiē dum putamus? Cogitemus ea interim loca quedam redolentia penes ſponſum. plena odoramentis. referta deliciis. In iſtiuſmodi nempe offi cina potiora queqʒ ex orto ſiue ex agro ſeruanda reponunt. Illuc ergo

pariter currũt. Qui? Spiritu feruẽtes anime. currit sponsa. currũt adole
scentulde. sed que amat ardentius: currit uelocius ⁊ citius ꝑuenit. Per
ueniens non dico repulsionẽ: sed nec cunctationẽ patiť. Sine mora apiť
ei. tanquã domestice. tanquã carissime. tanquã specialiť dilecte: ⁊ singu
lariter grate. Adolescentule autẽ quid? Secunť a longe. nec enim cum
adhuc infirme sint pari possunt deuotione cũ sponsa currere nec ipsius
omnino imitari desiderium ⁊ feruorem: ideoque tardius ꝑueniẽtes foris
remanent. At caritas spõse nõ quiescit. neq; ĩsolescit ut assolet successi
bus suis ut eas obliuiscať. consolans magis ⁊ hortans ad patientiã. qua
tinus equanimiter. ⁊ sui ferant repulsam. ⁊ illius absentiam. Denique
et nuntiat eis. gaudium quod ꝑcepit. non ob aliud sane nisi ut sibi con
gaudeant. dum ꝯfidant minime alienu; fore a se quicquid gratie matri
accesserit. Nam nec ille ita proficere curat. quo ipsarum negligat curã:
nec inuãdos suos profectus putat illarũ dampno. Quocũq; proinde me
ritorũ prerogatiua tollatur ab illis. caritate absque dubio et pia sollicitu
dine necesse ẽ eam semper esse cum illis. Oportet denique eam spon
sum suũ imittari. ⁊ petentẽ nimirum celos ⁊ nihilominus ĩ terris cum su
is se fore usq; ad consumationẽ seculi pollicẽtem. Sic ⁊ ista quantũuis
proficiat. quantũlibet promoueatur cura ꝓuidentia atque affectu: quas
in euãgelio genuit nunquã amouet: nũquã sua uiscera obliuiscitur. Di
cat itaque eis. gaudete. cõfidite. introduxit me rex ĩ cubiculum suum. pu
tate ⁊ uos pariter ĩtroductas. Sola introducta uideor. sed soli non prod
rit. Uestrum omnium ẽ mens omnis prouectus. uobis proficio. uobiscũ
partibor quicquid plus forte uobis meruero. Uis ĩdubitanter scire quia
in hoc sẽsu ⁊ hoc affectu loquuta sit? Audi quid ille respondeãt. Exulta
bimus ⁊ letabimur in te. In te inquiũt exultabimus ⁊ letabimur. nam ĩ
nobis necdũ meremur. ⁊ addũt. memores uberum tuorũ. Hoc ẽ. Equa
nimiter sustinem⁹ dum uenias. sciẽtes te plenis ad nos reuersura; ube
ribus. Tunc nos cõfidimus exultare ⁊ letari: memores interim uberum
tuorum. Quod adiungunt super uinum. significant se adhuc quidem ꝓ
sui impfectiõe carnaliũ desiderioꝝ que uino designanť recordatiõe pul
sari. uici tñ eadẽ desideria memoria abũdãtie suauitatis. quã iã ex uberi
bus fluẽtẽ expte sũt. Dicerẽ de uberib⁹ si ñ me satis dixisse supi⁹ memi
nissẽ. Nũc uero uides quomõ ð matre ꝓsumũt. quomõ ei⁹ lucra ⁊ gau
dia sua deputãt. ꝓprie repulse iniuriã illi⁹ introductiõe ꝯsolantes. Mini
me ita ꝯsiderẽt. nisi matrẽ agnoscerẽt. Audiãt hoc plati. qui sibi ꝯmissis
uolũt ẽe sẽmp formidini: utilitati raro. Erudimini qui iudicatis terrã. Di
scite matres subditoꝝ uos ẽe debeř ñ dños. Studete magis amari quã
metui. Et si ĩterdũ seueritate op⁹ ẽ: paterna sit: ñ tyrannica. Matres fo
uẽdo: patres uos corripiẽdo exhibeatis. Mãsuescite: ponite feritatem.
Suspẽdite uerbera: ꝓducite ubera pectora lacte pĩguescãt: ñ typo turge
ant: Quid iugũ urũ sup eos aggrauatis: quoꝝ poti⁹ onera portare debe

tis? Cur morſus a ſerpente paruulus fugit conſciam ſacerdotis. ad quez
cū magis oportuerat tāquā ad ſuū recurrere matris. Si ſpirituales eſtis
inſtruite huiuſmō i ſpiritu lenitatis: ꝯſiderās quiſqꝫ ſeipm ne ⁊ ipe tem
ptetur. Alioquin ille i peccato ſuo morieꝛ: ſāguinē aūt eius ait de manu
tua requirā. Sꝫ hec alias. Nūc qm̄ littere cōſequētia ex hijs que ꝑtara
uimus manifeſta ē: uideamꝰ iā de cellarijs quid ſpiritualiꝛ ſentire debea
mus. In ꝯſequētibus mētio fit etiā de orto: ⁊ ꝺ cubiculo. que ambo nūc
adiūgo iſtis cellarijs: ⁊ in preſentē diſputatiōez aſſumo. Nā ſimul tracta
ta melius ex inuicē inoteſcent. Et queramus ſi placet tria iſta in ſcriptu
ris: ortum cellarū. cubiculū. In eis nempe libenter deū ſitiēs aīa uerſaꝛ
⁊ moratur: ſciens ſe ibi abſqꝫ dubio inuenturā quem ſitit. Sitit itaqꝫ or
tus plana ⁊ ſimplex hyſtoria. ſit cellarium moralis ſenſus: ſit cubiculū ar
chanum theorice cōtēplationis. Et primū quidē hyſtoriam ad ortū puto
nō immerito deputari: qꝺ in ea iueniātur uiri uirtutū tanquam ligna fru
ctifera in orto ſponſi. ⁊ in ꝑadyſo dei. de quoꝝ bonis actibꝰ ac moribus
quot ſumus exempla: tot carpis poma. An forte quis ambigat dei eſſe
plantationē bonū hominē? Audi ſanctū dauid. de uiro bono quid canat.
Erit ait tanquā lignū qꝺ plātatū ē ſecus decurſus aquaꝝ. qꝺ fructū ſuū
dabit in tempꝛe ſuo. ⁊ folium eius ñ defluet. Audi ieremiā eodē ſpiritu
concinentē: ⁊ hiſdē pene uerbis. Erit tanquā lignū qꝺ plantatū ē inquit
ſecus aquas quod ad humorez mittit radices ſuas: ⁊ ñ timebit cuꝫ uene
rit eſtus. Item ꝓpheta. Iuſtus ſicut palma florebit: ſicut cedrus liba
ni multiplicabitur. Et de ſeipo. Ego aūt ſicut oliua fructifera i domo dei.
Eſt ergo hyſtoria ortus: ⁊ ipa triꝑtita. Continetur namqꝫ in ea celi ⁊ ter
re creatio: reconciliatio. reꝑatio. Creatio quidē tanquā orti ſatio. ſiue plā
tatio. Recōciliatio aūt. q̃ſi germinatio ſatoꝝ uꝉ plātatoꝝ. Tpe nēpe ſuo
rorātibus celis deſuꝑ ⁊ nubibus pluentibus iuſtum. apta eſt terra ⁊ ger
minauit ſaluatorem: per quem facta eſt celi terreqꝫ recōciliatio. Ipe eſt
enim pax noſtra. qui fecit utraqꝫ unum. pacificans in ſanguine ſuo que
in terris ſunt. ⁊ que in celis. Porro reꝑatio futura eſt in fine ſeculi. Erit
enim celum nouū ⁊ terra noua ⁊ colligentur boni de medio maloꝝ. tan
quā fructus de orto i dei promptuaria reponēdi. In die illa erit ut ſcrip
tuꝫ ē germen dñi i magnificētia ⁊ glꝛa: ⁊ fructꝰ terre ſublimis. Hēs igitur
tria tēpora i orto hyſtorici ſēſus. In morali quoqꝫ diſciplina. tria eque ad
uertere ē cellas q̃ſi tres i cellario uno. ⁊ idcirco forſā pl̄r cellaria dixit ⁊ ñ
cellariū. cellaꝝ vꝫ hūc numeꝝ cogitans. Infra deniqꝫ glꝛatur itroductā
ſe in cellā uinariā. Nos ergo quia legimus. da occaſionē ſapiēti ⁊ ſapiē
tior erit. habētes occaſionē ex uocabulo ꝙ ſpiritꝰ ſāctus celle hūc ceſſāt
iponendū: reliquis quoqꝫ duabus nomina iponamus. Aromaticā uni: ⁊
unguentariā alteri. Cauſas horū uocabulorū uidebimꝰ poſtea. Nūc aūt
auerte cūcta apud ſponſū ſalubria cuncta ſuauia reꝑiri. Uinū. unguēta.
aromata. Uinum ſcriptura teſte letificat cor hominis. Exhilarari uihilo

minus faciem i oleo legis.quo utique puluis pigmentorum mihi fundi tur:ut unguenta fiant.Aromata nõ modo grata suauitate odoris:sed in quoqz medendi utilia sunt.Merito se introductam illuc exultat sponsa: ubi tanta redundat ubertas gratie. Sed labeo ꝛ alia nomia:puto euidẽ tiorẽ sui gerentia ratione.Et ut suo ordie nominẽtur:primam nominaue rim discipline.secũdum nature:tertiam gratie. In priori discis iuxta e thice patris rationem inferior eẽ.in sequẽti par: in posteriori superior. hoc est sub alio.cũ alio.super aliũ.Uel sic.Subeẽ.cõe.preẽ.Primo igi tur discis eẽ discipulus:secũdo socius.tertio ꝛ magister.Et quidem oẽs natura equales genuit.At qm̃ bono nature in moribus superbia ꝺpra nato:facti sunt homines equalitatis impatientes.cõtendentes inuicem superiores constitui.atque alterutrum supergredi cupiẽtes.ꝛ inanis glo rie cupidi inuicem inuidentes:inuicem prouocantes.Prio omniũ cella priori iugo discipline insolentia morum domanda est.quousqz duris ac diutinis seniorum attrita legibus humilietur ꝛ sanetur ceruicosa uolun tas.bonũqz in se nature quod superbiẽdo amiserat obediendo recipiat. dum solo iam naturali affectu nõ metu discipline cum uniuersis nature sue socijs:id est cum omnibus hominibus socialiter quantum in se est quieteque sese habere didicerit:in cellam tandem nature trãsiens.expi ensque qꝺ scriptũ est.Ecce quam bonum ꝛ quam iocũdũ.hñtare fratres i unũ.sicut unguẽtũ i capite.Accedit nimirũ disciplinatis morib⁹tãquã tritis specieb⁹ oleo letitie bonũ nature.ꝛ fit unguẽtũ bonũ atqz iocũdũ: quo quasi unctus redditur hõ suauis ꝛ mitis.hõ sine querela neminez circũueniens neminẽ cõcutiẽs.neminez ledens.nemini se supextollẽs. aut preferẽs.insuper ꝛ libẽter cõicãs i ratiõe dati ꝛ accepti. Puto si bñ intellexisti utriusqz celle proprietates.ñ icõgrue me hãc unguentariaz illam arromaticã appellasse testaberis.In illa deniqz sicut pgmenntoꝝ uires atqz fraglãtiã pistilli extorquet ꝛ exigit uiolẽta cõtusio: sic rectorũ moꝝ elicit quodãmõ ꝛ exprimit naturalem ui uis magisterij:ꝛ districtio discipline.In hac uolũtarie.ꝛ tãquã inate affectiõis grata mansuetudo spõte officiosa currit instar plane ũguẽti qꝺ ẽ i capite ad leuẽ caloris ta ctũ ꝺscẽdẽtis ac diffluẽtis p totũ.Itaqz i cella discipline.tãquam sicce at qz simplices aromatũ species ꝯtinent.ꝛ ide aromaticã eã denominan daz putaui.In ea uo que nature dicta ẽ quã iã quasi ꝯfecta reponũtur. ꝛ fiant unguenta:nihilomin⁹ ex re nomẽ ꝛ ipsa accepit.ut unguetaria nũcuparet.Nã uinariaz quoqz cellã ñ aliã sãe sui nois arbitror ferre rõ nẽ.nisi qꝺ i ea uinũ zeli i caritate feruẽtis recõdit.nec dz oio pcẽ alijs q̃ i eã nec dũ meruit itroduci.Oportz,presus ut hoc uino estuet qui alijs p̃ sidet.quenadmodum ductor gentium estuabat:quando dicebat. Quis infirmatur ꝛ ego non infirmor? Quis scandeilzatur ꝛ ego non uror? Alioquin improbe satis preesse affectas quibus prodesse non curas: ꝛ quorum non zelas salutem subiectionem nim s ambitiose uendi

cas tibi. Hanc ego cellā quoqꝫ gratie nominaui: nō quod absqꝫ gr̄a uel
reliquas duas obtinere oīno quis possit: sꝫ ob plenitudinē q̄ singulariter
in ista percipiūt. Deniqꝫ plenitudo legis est caritas: ⁊ qui diligit fratrē.
legem impleuit. Uidisti rationem uocabulorum: uide ⁊ differentiam cel
larum. Nec enim paris facilitatis seu facultatis eiusdē est. peculantes
uagosque sensus atqꝫ intemperantem carnis appetitū magistri compri
mere metu. ⁊ rigida discipline cohibere censura ⁊ spontaneo affectu. be
ne cū socijs conuenire. castigatis sub ferula uiuere moribus ⁊ sola magi
stra uolūtate gratum paribus gerere morem. Nam neqꝫ unius rursum
quis dicat esse meriti uniusue uirtutis. socialiter uiuere. ⁊ utiliter preeē.
Quam multi denique sub preceptore quieti uiuunt. quos si iugo absol
uas uideas non posse quiescere: nec se ullo modo equalibus seruare in
noxios. Itēque innumeros cerneres simpliciter ac sine querela inter
fratres conuersari. super fratres non solum inutiliter sed ⁊ insipienter
⁊ nequiret. Quadam siquidem bona mediocritate contenti sunt qui hu
iusmōi sunt. sicut eis mensuram gratie partitus ē deus. minime quidem
egentes magistro: nec tamen idonei magisterio. Prioribus ergo sequē
tes quidem in moribus antecellunt. sed utrisque superiores existunt qui
superiores esse sciunt. Deniqꝫ ⁊ accipiunt in promissione qui bene pre
sunt constitui super omnia bona domini sui. At pauci profecto qui utili
ter: pauciores qui ⁊ humiliter presunt. Facile tamen utrūque adimplet:
qui matrē uirtutum discretionem perfecte adeptus. uino nihilominus ca
ritatis usque ad cōtemptum proprie glorie. usque ad sui ipsius obliuio
nem ⁊ ad non querenda que sua sunt debriatur. quod solo ac miro spi
ritus sancti magisterio intra cellam uinariam obtinetur. Uirtus siquidē
discretionis absque caritatis feruore iacet ⁊ feruor uehemens absque di
scretionis temperamento precipitat. Ideoqꝫ laudabilis cui neutrum de
est. quatinus ⁊ feruor discretionem erigat: ⁊ discretio feruorem regat. Er
go taliter oportet esse moratum eū qui preest. Optimū autem ī moribus
esse dixerim ⁊ summam discipline huius perfecte apprehendisse: cui to
tas has cellas absque offendiculo percurrere ⁊ circuire donatuꝫ est. qui
in nullo prorsus aut resistat prioribus. aut inuideat paribus. aut subiectis
uel desit in cura. uel in superbia presit. prelatis obediens. socijs congru
ens: subditis utiliter condescendens. Quod quidē perfectionis insigne:
haud dubius sponse annuerim. Innuit hoc etiam sermo quem dixit. qr
ītroduxit me rex ī cellaria sua. dū n̄ in uiam cellā aliquam. sed in cellaria
pluraliter se introductam ostēdit. Iam ad cubiculum ueniamꝰ. Quid ⁊
istud ē: Et id me presumo scire quid sit: Minīe mihi tāte rei arrogo ex
perientiaꝫ. nec glorior ī prerogatiua que soli seruaī beate spōse cautꝰ iu
xta illud grecoꝝ scire metipsū: ut sciam ēt cuꝫ ꝓpheta quid desit mihi.
Tamen si nihil oīo scirē: nihil dicerē. Qđ scio n̄ inuideo uobis. nec subtra
ho. Quod nescio. doceat uos qui docet hominē scientiam. Dixi ⁊ me

ministis in theorice contemplationis archano regis esse querendum cubiculum. Sed quomodo de unguentis dixisse me scio. multa uidelicet ⁊ diuersa penes sponsum ea ẽe. nec omnia ꝑsto omnibꝰ. sꝫ sua quibusqꝫ pro diuersitate indulta meritoꝝ: sic quoqꝫ nõ unuꝫ puto regi esse cubiculum: sed plura. Nã nec una ẽ regina ꝑfecto: sꝫ plures. ⁊ ꝯcubine multe sunt. ⁊ adoloscentularum nõ ẽ numerus. ⁊ unaqueqꝫ inuenit secretum sibi cum sponso ⁊ dicit. Secretuꝫ meũ mihi. secretũ meũ mihi. Nõ omnibus uno in loco fruiꝰ datur grata ⁊ secreta spõsi presẽtia: sꝫ ut cuiqꝫ patum ẽ a patre ipsius. Nõ enim nos euꝫ elegimus. sꝫ ipe elegit nos: ⁊ ubi ab eo quisqꝫ positus ẽ ubi est. Deniqꝫ mulier una compuncta secus pedes domini ihesu sortita ẽ locum. cum altera sue deuotionis fructũ ad caput inuenerit: si tñ altera. Porro thomas in latere. iohãnes ĩ pectore. petrus in sinu patris. paulus in tertio celo secreti huius grãm sunt assecuti. Quis nrm distinguere sufficiat has uarietates meritoꝝ uel potius premioꝝ: Ne omnino tñ preterisse qꝺ ipi nouimus uideamur: prior mulier strauit sibi in tuto humilitatis posterior in solio spei. thomas ĩ solido fidei. iohãnes in lato caritatis. paulus in intimo sapiẽtie: petrus in luce ueritatis. Sic ergo apud sponsum mansiones multe sunt. ⁊ siue regina siue cõcubina. siue etiã de numero sit adoloscentularuꝫ. congruũ queqꝫ pro meritis accipit. ibi locum terminũqꝫ quousqꝫ liceat sibi contẽplãdo ꝓcedere. ⁊ introire in gaudiũ dñi sui. ⁊ rimari dulcia secreta sponsi. qꝺ suo loco distinctius quãtuꝫ dignabitur ipe suggerere: demonstrare conabor. Nũc uero id nosse sufficiat: nulli adoloscentulaꝝ. nulli cõcubinarũ. nulli uel reginaꝝ pateꝛ omnino accessũ ad secretũ illud cubiculi: qꝺ sue illi colũbe formose atqꝫ ꝑfecte uni unicũ spõsus seruat. Uñ nec ego sane ĩdignor si ñ ad illud admittor. ꝑserti cũ ꝯstet mihi ne ipaꝫ quidẽ sponsaꝫ ĩteriꝫ adhuc ad omne qꝺ uult ꝑuenire secretũ. Deniqꝫ ⁊ flagitat indicari sibi ubi pascat ubi cubet ĩ meridie. Sꝫ audire quousqꝫ ꝑuenerĩ: aut me ꝑuenisse putauerĩ. Nec eiꝫ iactãtie deputãdũ ẽ: quod ĩ uros pando profectus. Est locus apud sponsũ de quo sua iura decernit. ⁊ disponit ꝯsilia ipe uniuersitatis gubernator. leges ꝯstituẽs oĩ creature: põdus. ⁊ mensuraꝫ. ⁊ numeꝝ. ⁊ locꝰ iste altus ⁊ secretꝰ: sꝫ minime quietꝰ. Nã ⁊ si ipe q̃ꝫtum in se ẽ disponit oĩa suauiꝛ. tñ ⁊ cõtẽplantẽ qui forte eo loci ꝑuenerit quiesceꝛ ñ ꝑmittit: sꝫ mirabiliꝛ q̃ꝫuis delectabiliꝛ rimãtem ⁊ animãtẽ fatigat. Additqꝫ ĩquietũ. Pulchre utrũqꝫ ĩ ꝯsequẽtibꝰ spõsa expmit: ⁊ dilectationem uidelicet istiusmodi contemplationis ⁊ inquietudinem. ubi ⁊ se dormire. ⁊ cor suum uigilare fateꝛ. Nam in somno quidem suauissimi stuporis placideqꝫ ammirationis sentire quietẽ. in uigilijs uero inquiete nihilominus curiositatis ac laboriose exercitationis pati se fatigationem significat. Hinc beatus iob. si dormiero ait. dico qñ consurgam: ⁊ rursuꝫ expectabo uesperam. Sentis ne in hijs uerbis sanctã aiam uelle interdum molestam quodammodo declinare suauitatem: candẽque rursum

suauem molestiam affectare: Nō enim dixisset quando cōsurgam: si ex
toto ei quies illa sue contemplationis placuisset. Sed ⁊ si ex toto displi
cuissꝫ.nō denuo expectasset horaꝫ quietis: idest uesperam. Non igitur
locus est iste cubiculi:ubi nequaquam per omnem modum quiescitur.
Est item locus de quo super rationalē reprobam quidē creaturaꝫimmo
bilis uigilat secretissima ⁊ seuerissima anima aduersio iusti iudicis dei.
terribilis in consilijs super filios hominum. Cernitur inquaꝫ a timorato
contemplatore.hoc loco deus.iusto sed occulto iudicio suo. reproborum
nec diluens mala.nec acceptans bona.insuper ⁊ corda indurans.ne for
te doleant.⁊ resipiscant.⁊ conuertantur ⁊ sanet eos.⁊ hoc nō absqꝫ cer
ta ⁊ eterna ratione.quod tanto formidolosius constat:quanto imobilius
fixum extat in eternitate. Pauendum ualde qđ in propheta de huius
modi legimus:ubi loquens ad angelos suos deus sic ait. Misercamur
impio. Quibus pauentibus atque querentibus: non ergo discet face
re iustitiam: Non inquit:subdensque causam.in terra inquit sanctoruꝫ
iniqua gessit.⁊ non uidebit gloriā domini. Timeant clerici.timeant mi
nistri ecclesie.qui in terris sanctorum quas possident taꝫ iniqua gerūt.
ut stipendijs que sufficere debeant minime contenti.superflua quibus
egeni sustentandi forent impie sacrilegeque sibi retineant.⁊ i usus sue
superbie atque luxurie uictum pauperū cōsumere nō uereantur. dupli
ci profecto iniquitate peccantes.qđ ⁊ aliena diripiūt ⁊ sacris i suis uani
tatibꝰ ⁊ turpitudinibꝰ abutunt̄. Talibꝰ ergo cū i presētiaꝝ parcere ac mi
sereri ne i eternū parcat.cuiꝰ iudicia abyssus mlta aduertit̄.quis hoc lo
co requiē querat: Habet hec uisio tremorē iudicij n̄ securitatē cubiculi.
Terribilis ē locus iste:⁊ totius expers quietis. Totus inhorrui si qn̄ i euꝫ
raptus sum.illam apud me replicans cum tremore sententiam. Quid
scit si ē dgniꝰ amor̄ an odio: Nec miꝝ si titubo ego ibi.foliū utiqꝫ qđ uē
to rapit̄ ⁊ stipula sicca.ubi ⁊ maximꝰ ille ꝯtēplator suos quoqꝫ fatet̄ pene
motos fuisse pedes.pene effusos gressus.⁊ dicebat.zelaui sup iniquos.
pacē peccatoꝝ uidēs. Quar̄: In labore iquit hoīuꝫ n̄ sūt.⁊ cū hoībꝰ n̄ fla
gellabūt̄ .iōqꝫ tenuit eos supbia ne hūiliēt̄ ad pn̄iā.sꝫ dāpnent̄ pp sup
biā:cū supbo diabolo ⁊ angelis eiꝰ. Nā qui in labore hominū non sunt
in labore demonū ꝓfcō erūt:dicente iudice. Ite maledicti i ignē et:qui
ꝑ.ē di.⁊ an.eiꝰ.ē tn̄ dei locus ⁊ iste.plane non aliud quā deō.dei.⁊ por.
ce. Hic nēpe timeri discit̄ deꝰ hic sēꝫ ⁊ t̄.no.eiꝰ.⁊ tāqꝫ igressus glē:ini
tiū plane sapie ti.do. Nec te moueat qđ initiū sapie huic demū loco de
deri:⁊ n̄ prior . Ibi quippe i quodā q̄si auditorio suo docentē de oībꝰ ma
gistrā audimus sapiaꝫ:hic ⁊ suscipimꝰ. Ibi istruimur quidē:sꝫ hic affici
mur. Instructio doctos reddit:affectō sapiētes. Sol n̄ oēs quibꝰ lucet :ēt
calefacit. Sic sapia mltos quos docet.quid sit faciēdū n̄ ꝯtinuo etiā accē
dit ad faciēdū. Aliud est multas diuitias scire.aliud ⁊ possidere: nec no

titia diuitē facit ꝫ possessio. Sic prorsus. sic aliud ē nosse deum. ⁊ aliō timere. nec cognitio sapiētē. ꝫ timor facit. qui ⁊ afficit. Tunc sapiētē dixeris: quē sua scia iflat? Quis illos sapiētes nisi īsipiētissim⁹ dicat. qui cū cognouissēt deū. nō tanq̄ꝫ deū glorificauerūt. aut grās egerūt? Ego magis cū aplō paulo sētio: qui insipiēs cor eoꝝ manifeste ꝓnūtiat. Et bn̄ initiū sapiētie timor dn̄i. qꝛ tūc primū deus anie sapit. cū eā afficit ad timēdū: nō cū īstruit ad sciēdū. Times dei iustitiā. times potentiā. ⁊ sapit tibi iustus ⁊ potēs deus: qꝛ timor sapor ē. Porro sapor sapientē facit. sicut scia scientē: sicut diuitie diuitē. Quid ergo prior locus? Tantū p̄pat ad sapientiā. Illic p̄paris: ut hic ītueris. Prepatio reꝝ cognitio ē. Ueꝝ hāc facillime sequit̄ elatiōis tumor. si nō reprimat timor. ut merito dicat̄ initium sapiētie: qui se pesti insipiētie prim⁹ opponit. Ibi itaqꝫ quidā accessus est ad sapiētiā: hic ⁊ igressus. Porro nec hic nec ibi speculāti perfecta est quies. qꝛ illic deus appet tanq̄ꝫ sollicit⁹: hic tanq̄ꝫ turbatus. Non ergo cubiculū quesieris i hijs locis. quoꝝ alter auditoriuꝫ q̄si docētis: alter pretoriū iudicis magis appeat. Sꝫ est locus ubi uere quiescēs ⁊ quietus cernit̄ deus. locus oīno nō iudicis. nō magistri: ꝫ spōsi. ⁊ qui mihi quidē nā ꝺ alijs nescio. plane cubiculū sit: si qn̄ i illū ꝯtigerit introduci. Sꝫ heu rara hora. ⁊ pua mora. Clare ibi agnoscit̄ misericordia dn̄i ab eterno. ⁊ usqꝫ i eternū sup timentes eū. ⁊ felix qui dicere pōt. Particeps ego suꝫ oium timentiū te: ⁊ custodientiū mādata tua. Stat ꝓpositū dei. stat sententia pacis sup timentes eū. ipoꝝ ⁊ dissimulās mala. ⁊ remunerans bona: ut miro mō eis nō mō bona. ꝫ ⁊ mala coopent̄ i bonum. O solus ūe beat⁹. cui nō iputabit dn̄s peccatū: nā qui n̄ habuerit peccatū. nemo. Omnes eniꝫ peccauerūt: ⁊ oēs egent gl̄a dei. Quis accusabit m̄ aduersus electos dei. Sufficit mihi ad omnē iustitiā solū hr̄e ꝓpriū: cui soli peccaui. Omne qꝺ mihi ipse nō iputare decreuerit: sic ē q̄si nō fuerit. Nō peccare: dei iustitia est. Hominis iustitia: indulgentia dei. Uidi hec ⁊ intellexi illius sententie ūitatē. oīs qui nat⁹ est ex deo nō peccat: qꝛ generatio celestis seruat eū. Generatio celestis eterna p̄destinatio est. qua electos suos deus dilexit. ⁊ gratificauit i dilecto filio suo an̄ mundi ꝯstitutionem. sic i sancto apparentes sibi ut uiderent uirtutem suaꝫ ⁊ gloriā suā: quo eius forent consortes hereditatis. cuius ⁊ apparerent ꝯformes ymaginis. Hos ergo aduerte quasi nunq̄ꝫ peccasse. qm̄ ⁊ si qua deliquisse uident̄ in tempie. non apparent in eternitate: qꝛ caritas pr̄is ipsoꝝ coopit multitudinem peccatoꝝ. ⁊ dixi beatos quoꝝ remisse sūt iniquitates. ⁊ quoꝝ tecta sunt peccata. cū subito tāta mihi quoqꝫ ꝺ me suborta fiducia. ⁊ infusa leticia est. quātus certe i loco horroris. id est in loco sancte uisionis non precesserat timor: ita ut mihi uisus sim tanquam unus ex illis beatis esse. O si durasset. Iteꝝ iterūqꝫ uisita me dn̄e i salutari tuo: ad uidēdū in bonitate electoꝝ tuoꝝ. ad letandū in leticia gētis

tue. O uere quietis locus. ⁊ quē nō imerito cubiculi appellatiōe censue rim: i quo d̄us nō q̄si turbatꝰ ira. nec uelut distētꝰ cura ꝑspicit̃. sed ꝓbat̃ uolūtas eiꝰ i eo bona ⁊ bn̄ placēs ⁊ ꝑfecta. Uisio ista nō terret sꝫ mlcet. inquietā curiositatē nō excitat. sꝫ sedat: nec fatigat sensus. sed trāquillat. Hic u͛e quiescit̃. Trāquillꝰ d̄us trāquillat oia: ⁊ quietū aspicere quiesce re ē. Cernere ē regē post diurnas forēsiū q̄si lites cāruꝫ. dimissis a se tur bis curaꝝ molestias declināte. petētē nocte diuersoꝝ. cubiculū itroeuntē cū paucis. quos hoc secreto ⁊ hac familiaritate dignat̃: eo certe securius quo secretiꝰ quiescētē. eo sereniꝰ se habētē: quo placidiꝰ solos intuentē: quos diligit. In hoc archanū ⁊ i hoc sāctuariū dei si quē forte uestꝝ sic rapi ⁊ sic abscōdi ꝯtigerit. ut minime auocet. aut ꝑturbꝫ ul' sēsus egēs. ul' cura pungēs. ul' cl'pa mordēs. ul' certe ea q̄ difficilius amouent̃. irruentia ymaginū corꝑeaꝝ fantasmata: poterit quidē hic cū ad nos redierit gl'ari ⁊ dicere. itroduxit me rex i cubiculū suū. qd̓ tn̄ an ip̄m sit de quo exultat sponsa. nō temere affirmaueriꝫ. Est tn̄ cubiculū. ⁊ cubiculuꝫ regis. qꝛ ni miꝝ d̓ tribꝰ quos triplici assignauimꝰ uisiōi: solus factꝰ ē i pace locꝰ iste. At enī apte monstratū ē. ⁊ i priori exigua. ⁊ i scd̓o nulla ꝑcipit̃ quies: cū ⁊ illis appēs admirabilis ad idagādi studiū exerceat curiositatē. ⁊ hic in notescēs terribilis. infirmitatē ꝯcutiat. At u͛o tertio isto i loco nō plāe ter ribilis. nec tā admirabilis quā amabilis appere dignat̃: serenus ⁊ placi dus. suauis ⁊ mitis. ⁊ multe mīe oibus ituētibꝰ se. Iam ut hoꝝ q̄ d̓ cella rio. orto. cubiculo. longiori sū disputata sermone. memoria uestra ꝯpēdi uꝫ teneat: memētote triū tēpoꝝ triū meritoꝝ: triū quasi p̄mioꝝ. In orto aduerte tempa. merita i cellario: p̄mia i triplici illa ꝯtēplatiōe cubiculū i quirētis. ⁊ de cellario quidē ista sufficiāt. Porro de orto uel cubiculo si qua addēda. aut alia forte quā dicta sint mō aduertēda occurrerint: loco suo nō p̄tereamꝰ. Sin aūt: sufficiāt q̄ dicta sūt. ⁊ minie uerent̃. ne unq̄ꝫ i fastidiū qd̓ absit ueniāt. ea q̄ ꝓferunt̃ ad laudē ⁊ gl'aꝫ sponsi eccl'ie dn̄i nostri ihesu xp̄i: qui est super omnia deus benedictus in secula. Amen.

Sermo. xxiiij. In quo ostendit̃ qualiter bt̄s bernardus diu distulerit ꝓ sequi p̄n̄s opꝰ ꝓpter scisma qd̓ i eccl'ia suscitauerat petrusleo ꝯ̄ ueꝝ pa paꝫ inocentiū quartū. Qui quidē fere ꝑ octo ānos durauerat. Tandē di uina clemētia suffragāte. bt̄s bernardꝰ ip̄m scisma sedauit. ⁊ oēs eccl'ie aduersarios mortuo petroleone cum papa innocentio pacificauit ⁊ post modū ad opus hoc quod intermiserat repedauit. ita dicens.

Oc d̄nīū ꝫº fr̄es reditū ab urbe nostꝝ clemētior ocl's e celo respe
h xit: ⁊ ultꝰ tandē serenior arrisit nobis. Quieuit leonina rabies. finē accepit malicia: eccl'ia pacē recepit. Ad nihilū deductꝰ ē in ꝯspectu eiꝰ malignꝰ. qui eā ꝑ hoc fermie octenniū diro scismate ꝯturba rat. Nuꝫ u͛o ego gratis d̓ tātis ꝑicl'is ero redditus uobis? Uestris d̓side rijs donatus suꝫ. uestris me ꝓfectibꝰ paro. quoꝝ uiuo meritis. uolo uiue re studijs ⁊ saluti. Quodqꝫ dudum cepta in canticis me exequi uultis

libenter accipio. ⁊ dignuz arbitror interruptũ potius resarcire sermonẽ: quã noui ordiri quippiã. Uereor autem ne dissuetum per id tempis ani mum ⁊ distẽtum diu habitum nõ solum ad tam diuersa. sed etiã ad tam indigna dignitas materie prout oportz nõ admittat. Sed si quod habeo hoc uobis do: poterit ⁊ fideli obsequio meo deus etiam quod nõ habeo dare ut dem. Si nõ: culpetur sane ingenium non uoluntas. Locus autẽ unde incipere debemus: nisi fallor is ẽ. Recti diligunt te. Qđ ante quã explanare incipiamus quid sit: uideamus cuius sit. quisnã hoc uidelicet dicat. A nobis namqz exigitur: quod auctor nõ loquitur. Et fortassis me lius adoloscẽtulis id damus: ut suis ṽbis ⁊ hoc addãt. Siquidẽ cuz dixis sent exultabimus ⁊ letabimur in te: memores uberum tuorum sup uinũ nec dubiũ quin matri loquerẽtur: continuato sermone hoc quoqz iserũt recti diligunt te. Puto ꝓpter aliquas de numero ipsarũ que nõ idem saperẽt licet pariter currere uiderẽtur: que sua sunt querẽtes. ⁊ non am bulantes simpliciter neqz sincere. sed speciali glorie matris inuidẽtes. ⁊ captantes occasionẽ murmurandi aduersus eam. ex eo nimirum. quod sola in cellaria introisset. Quod nõ ẽ aliud. nisi quod apl's ait. periculuz in falsis fratribus. Ipse sunt deniqz quibus exprobrantibus subinde ꝓ se satisfacere cogitur: ubi eis ita respondet. Nigra sum sz formosa filie iherusalẽ. Itaqz ꝓpter murmurantes ⁊ blasphemantes dicitur ab hijs que bone que simplices que humiles ⁊ mansuete sunt. Ab hijs inquaz dicitur sponse consolandi gratia: recti diligunt te. Non sit tibi inquiunt cura de iniqua reprehensiõe blasphemaꝶ harũ: cum constet quia recti diligũt te. Bona ꝑfecto ꝯsolatio cũ blasphemamur a malis bñfaciẽtes: si recti diligant nos. Omnino sufficit aduersum os loquẽtiuz iniqua: opi nio bonorum cũ testimonio cõsciẽtie. In dño laudabiẗ anima mea: au diant mansueti ⁊ letenẗ. Mansueti inquit letentur. mãsuetis placeam: ⁊ equanimiter audio quicquid in me iactare uoluerit liuor perditarum. Ergo in hoc sensu puto appositum: recti diligunt te. Nec absurde ut e stimo cum ubiqz pene in choro adolescentularum tales inueniam. que acta sponse curiose obseruent: derogandi imitandi causa. Torquentur i bonis senioꝶ suoꝶ: malis pascuntur. Uideas ambulare seorsũ. ꝯuenire sibi ⁊ sedere pariter: moxqz laxare procaces linguas in detestandum su surrum. Una uni coniungitur. nec spiraculum incedit in eis: tanta ẽ libi do detrahendi audiẽdiue detrahẽtem. Ineunt familiaritatẽ ad maledi cendũ: concordes ad discordiã. Conciliant inter se inimicissimas amiciti as. ⁊ pari consentanee malignitatis affectu celebratur odiosa collatio. Haud secus egere quondam herodes ⁊ pilatus de quibus narrat euã geliũ: quia facti sunt amici in illa die: hoc est in die dominice passionis. Conueniẽtibus sic in unũ. nõ est dominicã cenã mãducare. sz magis ꝓ pinare ⁊ bibere calicẽ demoniorum: dum in portantibus linguis aliorũ perditionis uirus. aliorum aures intrantem mortem libenter excipiunt.

Sic quoqꝫ iuxta prophetam intrat mors per fenestras nostras: cum
prurientes aribꝰ. ⁊ oribꝰ tale poculū detractionis inuicē nobis ministra
re cōtēdimus. Nō ueniat anima mea i cōsilio detrahētiū: qm̄ deus odit
eos. dicēte apostolo. detractores deo odibiles. Quā sētētiam deus ipe in
psalmo loquēs: audi quomō cōfirmat. Detrahētē iquit proximo suo: hūc
ꝑsequebar. Nec mirū cū id prec. pue uiciū caritatē que deus ē ⁊ quidē
ceteris acrius impugnare ⁊ ꝑsequi cognoscatur: quemadmoduꝫ uos po
testis aduertere. Omnis qui detrahit: primū quidē seipsū prodit uacuū
caritate. Deinde quid aliud detrahēdo intendit: nisi ut is cui detrahitur
ueniat in odiū uel contēptum ipsis apud quos detrahit: Ferit ergo cari
tatem oībus qui se audiūt lingua maledica. ⁊ quātuꝫ in se ē. necat fundi
tus ⁊ extinguit. Non solum aūt sed in absentibus uniuersis ad quos uo
lans uerbū forte per eos qui presentes sunt ꝑuenire contigerit. Uides
quā facile ⁊ in breui ingentem mltitudinē aniarū uelociter currēs sermo
tabe malicie huius inficere possit: Propterea dicit de talibꝰ ꝓpheticꝰ
sermo. Quorū os maledictione ⁊ amaritudine plenuꝫ ē: ueloces pedes
eoꝝ ad effundendum sanguinē. Utiqꝫ tam ueloces: quā uelociter currit
sermo. Unus ē qui loquitur. ⁊ unum tātū uerbū profert. ⁊ tn̄ illud unuꝫ
uerbum uno in momento multitudinis audientiū dum aures inficit: ani
mas iterficit. Cor siquidē felle liuoris amarū per lingue instrumētū spar
gere nisi amara nō pōt: dicente domino. Ex abundantia cordis os loqui
tur. Et sūt species pestis huius: dum alij quidē nude atqꝫ irreuerenter
uti in buccam uenerit: uirus euomāt detractionis: alij aūt quodā simula
te uerecundie fuco conceptam maliciaꝫ quā retinere nō possunt: adum
brare conentur. Uideas alta premitti suspiria: sicqꝫ quadā cum grauita
te ⁊ tarditate uultu mesto. demissis supcilijs ⁊ uoce plangēti egredi ma
ledictionem. Et quidē tanto persuasibilioreꝫ. quāto creditur ab hijs qui
audiunt. corde inuito. ⁊ magis cōdolētis affectu. quā maliciose uel pro ō
ferri. Doleo inquit uehemēter pro eo qꝺ diligo eū satis: ⁊ nūquam po
tui de hac re corrigere eū. Et alius. Mihi quidem ait bene compertū
fuerat de illo istud: sed per me nūquā innotuisset. At qm̄ per alterū pa
tefacta ē res: ueritatē negare nō possū. dolens dico: re uera ita est. ⁊ ait.
Grande dānū. Nam alias quidē in pluribus ualet. ceterū in hac parte
ut ueꝝ fateamur: excusari minie potest. Hijs paucis aduersus malignis
simū uiciū memoratis reuertamur ad explanandi ordinem: ⁊ demōstre
mus qui sint hoc loco intelligendi recti. Non enim arbitror sentire quē
piam recte intelligentie secundum corpus rectos dici eos. qui sponsam
diligunt. Propterea demostranda a nobis est. spiritalis id est animi re
ctitudo. Spiritꝰ ē qui loquit̄ spiritalibꝰ spiritalia ꝯparās. Ergo scđm ani
mum non scđꝫ terrenam ⁊ feculētā materiā deꝰ hoieꝫ rectum fecit: ad
ymaginē quippe ⁊ silitudinē suā creauit illū. Ipse u̇o quēadmodū psal
lis rectꝰ dn̄s deus nr̄: ⁊ n̄ ē iniquitas i eo. Rectꝰ itaqꝫ deus rectū fecit

hominē. similē sibi. id est sine iniquitate: sicut nō ē iniquitas i eo. Porro iniquitas. cordis est nō carnis uiciū. ut per hoc noueris in spiritali porti one tui. & nō in crassa luteaqȝ substātia dei similitudinē cōseruandā siue repandam. Spiritus enim est deus. & eos qui uolunt similes ei uel per seuerare uel fieri. oportet intrare ad cor: atqȝ in spiritu id negocij actita re. ubi reuelata facie speculantes gloriam dei. in eandem ymaginē trās formentur de claritate in claritatem tanquā a domini spiritu. Quanquā & corporis staturam dedit homini deus rectam: forsan ut ista corpora ex terioris uilioris qȝ rectitudo figmenti hominem interiorem illum qui ad ymaginem dei factus est. spiritualis sue seruande rectitudinis ammone ret. & decor limi deformitatem argueret animi. Quid enim indecentius: quā curuum recto corpore gerere animum? Peruersa res est & feda: lu teum uas quod est corpus de terra oculos habere sursuȝ celos libere in spicere. celorumqȝ luminaribus oblectare aspectus: spiritualem uero ce lestem creaturam suos ecōtrario oculos idest internos sensus atqȝ affe ctus trahere in terram deorsum: & que debuit nutriri in croceis. Herere luto tanquā unaȝ de suibus amplexariqȝ stercora. Erubesce anima mea diuina: pecorinam commutasse similitudinem. Erubesce anima ait cor pus: in mei consideratione. Erubesce uolutari in ceno: que de celo es. Creata creanti similis recta. me quoqȝ accepisti adiutorium simile tibi: utiqȝ secūdū liniamēta corporee rectitudinis. Quocunqȝ te uertas siue ad deum sursum. siue ad me deorsum. nemo siquidem carnē suam odio habuit. ubiqȝ occurrit tibi species decoris tui: ubiqȝ pro statu tue digni tatis habes de magisterio sapientie familiarem ammonitionem. Me ergo meam quam tui gratia accepi retinente & seruante prerogatiuam: tu quomodo non confunderis amisisse tuam? Cur suam in te conditor i tuetur abolitam similitudinem: cum tuaȝ tibi in me conseruet. assidueqȝ representet. Jam omne adiutorium quod tibi ex me debebatur. uertisti ti bi in confusionem: abutens obsequio meo. Indigne humanum corpus inhabitas. brutus & bestialis spiritus. Istiusmodi ergo curue anime non possunt diligere sponsum: quoniā nō sunt amice sponsi. cum sint mūdi. Qui uult inquit amicus esse huius mundi: inimicus dei constituitur. Er go querere & sapere que sunt super terram. curuitas anime est. & est re gione meditari aut desiderare que sursum sunt: rectitudo. Et ipsa ut perfecta sit in sensu. diffiniatur & consensu. Rectum te re uera dixe rim. si recta in omnibus sentias. & factis non dissentias. Inuisibilis ani mi statum: nuntiet fides & actio. Rectum indica. si fide catholicum: & iustum opere probaris. Si quominus: curuum censere non dubites. Sic quippe habes: si recte offers & recte non diuidis: peccasti. Recte quidem quodcunqȝ horum offers: recte autem ab alterutrum ea nō di uidis. Noli esse rectus oblator: & prauus diuisor. Quid diuidis actū a fi de? Iniqȝ diuidis: fidem perimens tuam. Nam fides sine operibus mor

tua est. Munus mortuum offers deo. Si enim quedam fidei anima ip
sa deuotio est. quid fides que non operatur ex dilectione: nisi cadauer
exanime? Bene honoras deum munere fetido: bene placas tue fidei
interfector. Quo modo hostia paci ica: ubi tam seua discordia est? Non
mirum si eam insurrexit in fratrem: qui suam prius occiderat fidē. Quid
miraris o cain. si ad tua nō respicit munera: qui te despicit? Nec hoc mi
rum si non respicit ad te: qui ita diuisus es in te. Si manum deuotioni:
quid animum das liuori? Non concilias tibi deum: discors tecum. Non
placas. sed peccas. ⁊ si nondum quidemimpie feriendo. sed tamen diui
dendo non recte. ⁊ si necdum fratricida: iam tamen fideicida teneris.
Nunquid rectus uel quando manuꝫ porrigis deo: cuius cor in terram
trahit liuor. ⁊ fraternum odium? Quomodo rectus. cuius fides mortua.
cuius opus mors. cuius nulla deuotio: amaritudo multa? Erat quidem ī
offerente fides: sed non in fide dilectio. Recta oblatio: sed crudelis diui
sio. Mors fidei. est separatio caritatis. Credis in xp̄m. fac xp̄i opera: ut
uiuat fides tua. Fidem tuam dilectio animet: probet actio. Non īcuruet
terrenuꝫ opus: quem fides celestium erigit. Qui te dicis in xp̄o mane
re: debes sicut ipse ambulauit ⁊ ipse ambulare. Quod si propriam glori
am queris. floreti inuides. absenti detrahis. reponis ledenti te: hoc xp̄s
non fecit. Confiteris te nosse deum: factis autem negas. Non recte pla
ne sed ipse. linguam xp̄o: animā dedisti diabolo. Audi ergo quid dicat.
Homo iste labijs me honorat: cor autē eius longe est a me. Non es pro
fecto rectus: qui iam recte non diuidis. Non potes attollere: caput pres
sum diaboli iugo. Non te subrigere preuales: cui dominatur iniquitas.
Iniquitates tue supergresse sunt caput tuum: ⁊ sicut onus graue gra
uate sunt super te. Iniquitas denique sedet super talentum plumbi. Ui
des quod non faciat hominē rectum fides etiam recta: que non operat̄
ex dilectione? At qui sine dilectione est: non habet unde diligat sponsā.
Sed nec opera quamuis recta rectum cor efficere sufficiunt. sine fide.
Quis enim rectum dicat hominem: non placentem deo? Sine fide aūt:
impossibile est placere deo? Qui non placet deo: non potest illi placere
deus. Nam cui placet deus: deo displicere non potest. Porro cui non
placet deus. nec sponsa eius. Quomodo ergo rectus. qui nec deum dili
git. nec ecclesiā dei. cui dicitur. recti diligūt te: si ergo nec fides sine opi
bus. nec opera sine fide sufficiunt ad animi rectitudinem. nos qui ī xp̄ꝫ
credimus fratres rectas studeamus facere uias nostras. ⁊ studia nostra.
Leuemus corda nostra cum manibꝰ ad deū: ut toti recti īueniamur. fidei
nostre rectitudinem rectis actibus comprobantes: dilectores sponse. di
lecti a sponso ihesu xp̄o domino nostro: qui est deus benedictus ī secula.
Sermo. xxv. De nigredine ⁊ formositate spōse. i. ecclesie quid sint.
Ece quod dixeram in sermone: quia emulis lacessentibus spon
e sa respondere cogatur: que corpore quideꝫ de numero adole

scentulaꝝ esse uidenť: anio autē longe sunt. Ait quippe. Nigra sum sed formosa filie ierusalem. Patet quod detraherent ei: nigredinem ipro perantes. Sed aduerte sponse patientiā: ac benignitatē. Non mō enim nō reddidit maledictū pro maledicto. sed insuper benedixit. filias ierlm uocans. que magis pro sua nequitia filie babylonis uel filie baal. aut si qđ aliud nomen improperij occurrissꝫ: appellari meruerant. Sane didicerat a ꝓpheta. immo ab ipsa unctione que docꝫ suauitatem. calamum quassatum non cōterendum: ⁊ linuꝫ fumigans non extinguendū. Propterea non putauit amplius irritandas. satis commotas per se: nec quicquam addendum stimulis inuidie qua torquebantur. Magis autem cū hijs qui oderunt pacem studuit esse pacifica: sciens se etiam insipientibus debitricem. Maluit ergo ipsas fauorabili ōmulcere uocabulo: quia cure fuit ei infirmarum potius operam dare saluti: quam proprie ultiōi. Omnibus quidem optanda ista perfectio: ꝓprie autē optimoꝝ forma ē prelatorum. Sciunt quippe boni fidelesqꝫ prepositi languentiuꝫ sibi creditam animarum curam: non pompam. Cumqꝫ internuꝫ murmur cuiuspiam illarum querule uocis indicio deprehendunt. ⁊ si in ipsos usqꝫ ad conuicia ⁊ contumelias prorumpentis. medicos se ⁊ nō dominos agnoscentes: parant confestim aduersus frenesim anime non uindictam sed medicinam. Hec igitur causa cur sponsa filias iherusalem dicat. eas ipsas quas maliuolas sustinet atqꝫ maledicas: uidelicet ut in blando sermone deliniat murmurantes: cōmotionem sedet. sanet liuorem. Scriptū est enim. Lingua pacifica compescit lites. Alias uero filie re uera iherusalem quodammodo sunt que huiusmodi sunt: nec falso ita eas nominat sponsa. Sunt enim propter sacramentuꝫ ecclesie que indifferenter quidem cum bonis suscipiunt. siue propter fidei eque communem confessionem. siue ob fidelium corporalem saltem societatem. seu etiaꝫ ꝓpter spem future salutis a qua omnino non sunt quamdiu hic uiuunt uľ tales desperande. quantumlibet uiuant desperate: nō incongrue filie iherusalem nominantur. Uideamus iam quid illud fuerit dicere. nigra sum sed formosa. Nulla ne in hijs uerbis repugnantia est? Absit. Propter simplices dico. qui inter colorem ⁊ formam discernere non nouerunt. cum forma ad compositionem: nigredo color sit. Non omne deniqꝫ qđ nigrꝫ ē: ꝯtinuo ⁊ dforme ē. Nigredo ubi cā i pupilla ñ ddecet. Et nigri quidā lapilli in ornamentis placent: ⁊ nigri capilli candidis uultibus etiam decorem augent ⁊ gratiam. Sic tibi quoqꝫ facile aduertere est in rebus innumeris. Quanquā sine numero sunt que in superficie quidem repperies decoloria: in compositione uero decora. Tali fortassis modo potest sponsa cum pulchritudine utiqꝫ compositionis. neuo non carere nigredinis: sed sane in loco peregrinationis sue. Alioquin erit. cum eam sibi in patria exhibebit sponsus glē gloriosam. non habentem maculaꝫ aut rugam. aut aliquid huiusmodi. At uero nunc si diceret quia nigredineꝫ

nõ haberet.seipsam seduceret: ⁊ ueritas mea nõ esset. Quamobrem ne mireris quia dixit nigra sum: ⁊ rursum nihilominus quia formosa sit gloriatur. Quomodo enim non formosa. cui dicitur: ueni formosa mea? Cui auté dicit̃ ueni. nõdũ puenerat: ne forte quis putet hoc dictũ. nõ quidem huic nigre. que adhuc laborat ueniendo in uia: sed beate illi que iaȝ ꝑsus absqȝ nigredine regnat ĩ patria. Sed audi unde nigram ⁊ unde formosam se dixerit. An nigrã quidé ob terraȝ conuersationem quã prius habuit sub principe huius mundi ymaginem terrestris hominis adhuc portans. formosaȝ uero de celestis similitudine quã postea commutauit: ambulans iam in nouitate uite? Sed si hoc est. cur non magis de preterito. nigra fui: ⁊ non nigra sum dicit? Si cui tamé placȝ hic sensus: id qđ sequitur sicut tabernacula cedar sicut pelles salomonis. sic oportet intelligi: ut de ueteri quidé conuersatione cedar. de noua uero salomonis se dixerit tabernaculum. Hoc enim esse pelles quod tabernaculum: propheta ostendit dicens. Repente uastata sunt tabernacula mea: subito pelles mee. Prius igitur nigra sicut uilissima tabernacula cedar: postea formosa sicut pelles gloriosi regis. Sȝ uideamus quomodo ad statum potius uite potioris utrumqȝ respiciat. Si consideremus habitum exteriorem sanctorum. eum qui in facie est. quã sit humilis utiqȝ ⁊ abiectus. ⁊ quadã neglectus in curia. cum tamen identidem intus reuelata facie gloriam dei speculantes. in eandem ymaginem transformentur. đ claritate in claritatem tanquã a domini spiritu: nõne una quelibet talis anima merito nobis uidebitur posse respondere exprobrantibus sibi nigredinem: nigra sum sed formosa? Uis tibi deniqȝ demonstrem animaȝ ⁊ nigram pariter ⁊ formosam? Epl'e inquiunt graues sunt. sed presentia corporis infirma. ⁊ sermo contemptibilis. Paulus hic erat. Ita ne paulum o filie iherusalem de presentia corporis estimatis. ⁊ tanquã decolorem deformemqȝ contempnitis. quia cernitis humunculum afflictari in fame ⁊ siti. in frigore ⁊ nuditate. in laboribus plurimis. in plagis supra modum: in moribus frequenter? Hec sunt que denigrant pauluȝ. Pro huiusmodi doctor gentiuȝ reputatur inglorius. ignobilis niger. obscur⁹: tanquã deniqȝ peripsima huius mundi. Enim uero nonne ipse est qui rapitur in paradisum. qui unum alterumqȝ perambulans. usqȝ ad tertiũ sui puritate penetrat celum? O uere pulcherrima anima. quam ⁊ si infirmum inhabitantem corpusculum pulchritudo celestis admittere non despexit. angelica sublimitas non reiecit: claritas diuina non reppulit. Hanc uos dicitis nigram? Nigra est sed formosa filie iherusalem. Nigra uestro: formosa diuino angelicoqȝ iudicio. ⁊ si nigra est: forinsecus est. Sibi autem pro minimo est: ut a nobis iudicetur aut ab hijs qui secundũ faciem iudicant. Homo siquidem uidet in facie: deus autem intuetur cor. Propterea ⁊ si nigra foris. sed itus formosa: ut ei placeat cui se probauit. Non enim nobis: quibus si adhuc placeret xpi seruus nõ

esset. Felix nigredo. que mētis cādorem parit. lumē sciētie: cōsciētie pu
ritatem. Audi deniqꝫ quid per ꝓphetā dn̄s ꝓmittat istiusmodi nigris:
quos aut hūilitas pēitētie. aut caritatis zel⁹ tāqꝫ solis est⁹ ꝺcolorasse vꝫ.
Si fuerit ait peccata uestra ut coccinū: quasi nix dealbabunt: ⁊ si fuerit
rubra quasi uermiculus: uelut lana alba erūt. Non plane cōtēnenda in
sanctis extera ista nigredo. que candorē operatur internum: ⁊ sedem ꝓ
inde preparat sapientie. Candor est enim uite eterne sapientia ut sapi
ens diffinit: ⁊ candidam oportet esse animam in qua ipsa sedem elege
rit. Quod si anima iusti sedes est sapientie: haud dubie dixerim animā
iusti esse candidam. ⁊ fortassis iustitia ipsa candor est. Iustus autē erat
paulus: cui reposita fuerat corona iustitie. Candida proinde pauli anima
erat. ⁊ sapientia sedebat in ea: ita ut sapientiam loqueretur inter perfe
ctos. sapientiam in ministerio absconditam: quam nemo principum mū
di huius agnouit. Porro hunc in eo sapientie iustitieque candorem
nigredo illa exterior de presentia corporis infirma. de laboribus pluri
mis. de ieiunijs. ac uigilijs multis. aut operabat̄. aut promerebat̄. Mul
toque ⁊ quod nigrū est pauli. speciosius est omni ornatu extrinseco: oī ēt
regio cultu. Non comparabitur ei quantalibet pulchritudo carnis. non
cutis utique nitida ⁊ arsura. non facies colorata uicina ꝓputridū. non ue
stis preciosa obnoxia uetustati. non auri spiritus splēdorue gemmarum:
seu queqꝫ talia que oīa sunt ad corruptionem. Merito proīde oīs cura
sanctorum spreto ornatu cultuqꝫ superfluo exterioris sui hominis qui
certe corrumpitur omni se diligentia prebet ⁊ occupat excolendi ac de
corandi interiori illi qui ad imaginem dei est. ⁊ renouatur de die in
diē. Certi sunt enim deo n̄ posse eē quicquā acceptius ymagine sua:
si propria fuerit restituta decori. Propterea ⁊ omnis gloria eorū intus
n̄ foris est. hoc ē non in flore feni. aut in ore uulgi: sed ī domino. Unde ⁊
dicunt gloria nostra hec est testimonium conscientie nostre. quod consci
entie solus sit arbiter dn̄s. cui soli placer̄ ꝺsiderāt: ⁊ cui placere sola v̄a ⁊
sūma gl'ia ē. Non mediocris plane gl'ia illa q̄ itus ē ī qua gl'ari dignat̄
⁊ dominus glorie: dicente dauid. Omnis gloria eius filie regis abintus.
Et tutior sua cuique gloria: dum eam habet in semetipso ⁊ non in alte
ro. At non in solo fortassis candore interno. sed in exteriori quoque ni
gredine gloriandum: ne quid omnino sanctis depereat. sed omnia coo
perentur in bonum. Non solum igitur in spe: sed ⁊ gloriari ī tribulatiōi
bus. Libenter ait gloriabor in infirmitatibus meis: ut inhabitet in me
uirtus xp̄i. Optanda infirmitas que xp̄i uirtute compensatur. Quis
dabit mihi non solum infirmari. sed ⁊ destitui ac deficere penitus a
memetipso: ut domini uirtutum uirtute stabiliar. Nam uirtus in in
firmitate perficitur. Deniqꝫ ait. Quādo infirmor: tū fortior sū ⁊ potēs.
Quod cū ita sit: pulchre spōsa ꝯuertit sibi ad gl'ā. qđ ei ꝓ obprobrio ab
emulis ītorquet̄. n̄ mō formosā. sed ⁊ nigrā eē se glorians. Non eni eru

bescit nigredinem: quam nouit ꝑcessisse ⁊ in spōso. Cui similari: quante
etiam glorie est? Nil sibi proinde gloriosius putat. quam xp̄i portare ob
probrium. Unde uox illa prorsus exultationis ⁊ salutis. Absit mihi glari
nisi i cruce domini nostri ihesu xp̄i. Grata ignominia crucis ei: qui cru
cifixo ingratus non est. Nigredo est. sed forma ⁊ similitudo dn̄i. Uade
ad sanctuz isaiam. et describet tibi: qualē. in spiritu eum uiderit. Quem
namque alium dicit uirum doloris. ⁊ scientem infirmitatē: ⁊ quia n̄ erat
ei species neque decor? Et addidit. Nos putamus eum tanquam lepro
sum. ⁊ percussum a deo ⁊ humiliatum. ipse autem uulneratus est ꝓpter
iniquitates nostras. ⁊ attritus propter scelera nostra: ⁊ liuore eiꝰ sanati
sumus. Ecce unde niger. Junge ⁊ illud sācti dauid. spetiosus forma pre
filijs hominum. ⁊ habes totum in sponso: qꝺ sponsa de se hoc in loco te
stata est. Non tibi recte uidetur ⁊ ipse ea que dicta sunt. emulis posse
respondere iudeis: niger sum sed formosus filij iherusalem. Niger pla
ne: cui non erat species neqꝫ decor. Niger: quia uermis ⁊ non homo:
obprobriū hominū ⁊ abiectio plebis. Deniqꝫ seip̄ꝫ fecit peccatū: ⁊ nigꝫ
dicer̄ uerear? Intuere sane pānis sordidū plagis liuidū. illitū sputis. pal
lidū morte: ⁊ nigꝫ uł tūc ꝑfecto fatebere. Percūctare ēt apostolos eūdē
ip̄m qualem in monte perspexerūt. aut certe angelos. in qualē ꝑspicere
concupiscant: ⁊ nihilominus formosum mirabere. Ergo formosus in se.
niger propter te. Quam formosū ⁊ in mea forma te agnosco dn̄e iesu n̄
ob diuina tm̄ quibus effulges miracula: sꝫ propter ueritatē ⁊ mansuetu
dinem ⁊ iustitiam. Beatus qui te in hijs hominē iter hoies cōuersantē
diligēter obseruās: seip̄m prebet ꝓ uiribus imitatorē tui. Hoc iā beatitu
dinis munus formosa tua primitias sue dotis accepit. nec quod formosū
ē tui imitari pigra: nec quod nigrum sustinere confusa. Unde ⁊ dicebat.
Nigra sum sed formosa filie ierl̄m. Et addit similitudinem: sicut taberna
cula cedar. sicut pelles salomonis. At istud obscurum est: nec attingen
dum omnino fatigatis. Habetis tempus ad pulsandum. Si nō dissimula
tis: aderit qui reuelat misteria. Nec cunctabitur aperire: qui ad pulsādū
inuitat. Ipse est enim qui aperit. ⁊ nemo claudit. sponsus ecclesie ihesꝰ
xp̄s dominus noster: qui est benedictus in secula. amen.

Sermo. xxvj. In quo beatus bernardus interserit planctum ⁊ merorē
suum pro morte uenerabilis gerardi monachi fratris sui. Qui in seculo
fuerat miles strenuissimus.

s Icut tabernacula cedar. sicut pelles salomonis hinc icipiendū:
quia hic desit sermo superior. Hoc expectatis audire quid sit:
⁊ qualiter ei quod proxime tractatum est capitulo coactetur: qꝛ
similitudo est. Potest enim hoc ita subiunctum fuisse: ut utraque pars
similitudinis ad id solum respondeat quod ibi precesserat. nigra sum.
Potest ⁊ ita: ut duobus illis duo ista: id est singulis singula referan
tur. Ille sensus simplicior: iste obscurior. Sed temptemus utrumque:

⁊ prius hunc qui difficilior apparet. Non autem i duobus primis: sed i duobus dumtaxat extremis difficultas est. Nam cedar quidem quod interpretatur tenebre. aperte satis cum nigredine conuenire uidetur: sed pelles salomonis cum formositate non ita. Porro tabernacula in eādē nihilominus concurrere conuenientiam quis non uideat? Quid eni tabernacula nisi nostra sunt corpora: in quib⁹ peregrinamur? Nec eni habemus hic manentem ciuitatē: sed futuram inquirimus. Sz ⁊ militamus in eis tanquam in tabernaculis: prorsus uiolenti ad regnuz. Denique militia est uita hominis super terram. Et quamdiu militamus i hoc corpore: peregrinamur a domino. id est a luce. Nam dominus lux est ⁊ in quantum quisque cum eo non est. in tantum in tenebris est. hoc est in cedar. Flebilem proinde uocem illam agnoscat suam. Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est. habitaui cum habitantibus cedar: multū incola fuit anima mea. Est ergo habitaculum nostri corporis. non ciuis mansio aut idigene domus. sed aut tabernaculum militantis: aut stabulum uiatoris. Est inquam hoc corpus tabernaculum. ⁊ tabernaculum cedar. quod nimirum animam quasi obiectu sui incircūscripti luminis iterim nunc fraudat aspectu: nec sunt omnino uidere illud nisi per speculū ⁊ in enigmate: non autem facie ad faciem. Uides ne unde ecclesie nigredo: unde pulcherrimis quoqz animabus nonnulla rubigo inheserit? De tabernaculo profecto cedar. de exeruitio laboriose militie. de diuturnitate miseri incolatus. de angustijs erumpnosi exilij. de corpore deniqz fragili ⁊ graui. quia corpus non corrumpitur aggrauat animam. ⁊ d'primit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem. Propterea ⁊ cupiūt dissolui: ut corpore leuate xp̄i auolent in amplexus. Unde et gemens una de miseris aiebat. Infelix ego homo: quis me liberabit de corpore mortis huius? Scit nimirum que huiusmodi est: quod non possit in tabernaculo cedar carcere ad purum macula aut ruga. non quantulacunque nigredine: ⁊ cupit exire. ut se possit exuere. Et hec ratio cur sponsa nigram se dixerit: sicut tabernacula cedar. Sed enim quomodo formosa sicut pelles salomonis? At nescio quid sublime ac sacrum sentio in hijs pellibus inuolutum. quod minime ausiz omnino contingere. nisi ad nutum ipsius qui reposuit ⁊ signauit. Legi nimirū. qui scrutator est maiestatis: opprimetur a gloria. Supersedeo igitur ⁊ differo. Uobis interim cure erit. solito impetrare fauorem uestris precib⁹: ut eo alacriores quo fidentiores redeamus ad id quod attentiorib⁹ eget animis. Et fortassis inueniet pius pulsator: quod temerarius scrutator non posset. Quāquaz ⁊ meror finem imperat: ⁊ calamitas quam patior. Quousque enim dissimulo. ⁊ ignis quem intra meipsum abscōdo triste pectus adurit: interiora depascit? Clausus latius serpit: sentit acri⁹. Quid mihi ⁊ cātico huic qui in amaritudine sum. Uis doloris abducte intentionem: ⁊ indignatō domini ebibit spiritum meū. Subtracto siquidem illo per quem mea in

domino ſtudia utcūq; libera eſſe ſolebant: ſimul ⁊ cor meū dereliquit
me. Sed feci uim animo. ⁊ diſſimulaui uſq; huc: ne affectus fidem uin
cere uideretur. Deniq; plorātibus alijs. ego ut aduertere potuiſtis ſic
cis oculis ſecutus ſum inuiſum funus. ſiccis oculis ſteti ad tumulū: quo
uſq; cuncta peracta ſūt exequiarum ſolempnia. Indutus ſacerdotalibꝰ
ſolitas in eum orationes proprio ore compleui. terram meis manibꝰ ex
more ieci ſuper dilecti corpus. terrā mox futurum. Qui me intuebantur
flebant. ⁊ mirabantur quod nō flerem ipſe: cum nō illum quidem ſ; me
potius qui illum amiſiſſem omnes miſerarētur. Cuius enim uel ferreū
pectus ſuper me ibi nō moueretur: quem uideret gerardo ſuperſtitem?
Commune dampnum. ſed pre meo nō reputabatur infortunio. At ego
quibus poteram uiribus fidei reluctabar affectui: nitens uel inuitus non
moueri fruſtra adiectione nature. uniuerſitatis debite. ꝯditionis uſu. po
tentis iuſſu. iudicio iuſti. flagello terribilis. domini uoluntate. Pro hu
iuſmodi ſemꝑ ex tunc ⁊ deinceps exegi a memetipſo nō indulgere mul
to fletui: multum tamē turbatus ⁊ meſtus. Nec potui imperare triſtitie.
qui potui lacrime: ſed ut ſcriptum eſt turbatus ſum ⁊ nō ſum locutꝰ. At
ſuppreſſus dolor altius introrſus radicauit: eo ut ſent o acerbior factus:
quo nō eſt exire permiſſus. Fateor: uictus ſum. Exeat neceſſe eſt foras:
quod intus patior. Exeat ſane ad oculos filiorū: qui ſcientes incōmodū
planctum humanius eſtiment: dulcius conſolentur. Scitis o filij quam
iuſtus ſit dolor meus. quam dolenda plaga mea. Cernitis nempe quam
fidus comes deſeruit me in uia hac qua ambulabam: quam nihil ad
curam. quam non ſegnis ad opꝰ. quam ſuauis ad mores. Quis ita mi
hi ꝑneceſſarius: cui eque dilectus ego? Frater erat genere: ſed religiōe
germanior. Dolere queſo uicem meam uos: quibus hec nota ſunt. In
firmus corpore eram: ⁊ ille portabat me. Puſillus corde eram. ⁊ confor
tabat me. Piger ⁊ negligēs: ⁊ excitabat me. Improuidus ⁊ obliuioſus:
⁊ cōmonebat me. Quo mihi auulſus es. quo mihi raptus e manibꝰ: homo
unanimis. homo ſcḋm cor meū? Amauimꝰ nos i uita: quō i morte ſumus
ſeꝑati? Amariſſima ſeꝑatio: ⁊ quā ň poſſet oīno efficere niſi mors. Qn̄
enī me unius uiuum deſereres? Omnino opus mortis horrendū diuor
tium. Quis enim tam ſuam uinculo mutui noſtri non peperciſſet amo
ris: niſi totius ſuauitatis inimica mors? Bene mors: que unum rapiēdo.
duos furioſa peremit. An non mors etiam mihi? Immo plus mihi: cui
utiq; omni morte infelicior uita ſeruata eſt. Uiuo ut uiuēs moriar: ⁊ hoc
dixerim uitam? Quam mitius me priuares o auſtera mors uite uſu
quam fructu. Nam uita ſine fructu: mors grauior. Denique duplex ma
lum ligno paratur infructuoſo: ſecuris ⁊ ignis. Ergo meis laboribus
inuidens elongaſti a me amicum et proximum: per cuius maxime
ſtudium erant ſi quando erant fructuoſi. Satius proinde mihi fu
iſſet periclitari uita: quam tua Gerarde preſentia: qui meorum



in domino studiorum eras sollicitus incitator. fidelis adiutor. cautus exa
minator. cur queso aut amauimus: aut amisimus nos? Dura conditio:
sed mea miseranda fortuna non ⁊ illiꝰ. Nam tu care frater si caros ami
sisti: cariores utique recepisti. Me uero que nam iam miserum conso
latio manet post te unicum solatium meum? Placita fuit pariter utrique
societas corporum proniorum concordia: sed solum me diuisio uulnerauit.
Commune quod libuit: quod triste ⁊ lucubre meum. In me transierũt
ire: in me confirmatus est furor. Erat ambobus alterutrum grata presen
tia. dulce consortium. suaue colloquium: sed tantas utriusque d̃licias ego
perdidi. tu mutasti. Et quidem in mutatis illis retributio multa. Quanto
fenore gaudiorum ac benedictionum cumulo habes certe pro me tantil
lo repositam tibi xp̃i presentiam: nec dispendium sentis a nobis absen
tie tue: angelorum admixtus choris. Non est igitur quod causeris. tu de
nostra quasi subtracta tibi presentia: cui affatim sui suorũque copiam do
minus maiestatis indulsit. At ego pro te quid? Quam uellem scire quid
nam sentias nunc de me illo unico tuo. medijs nutante curis ⁊ penis: d̃
stituto te baculo imbecillitatis mee. Si tamen licet adhuc cogitare d̃ mi
serijs. ingresso abyssum luminis. atque illo pelago eterne felicitatis ab
sorto. Forte enim ⁊ si nosti nos secundum carnem. sed nunc iam non no
sti. ⁊ quam introisti in potentias domini. memoraris iustitie eius solius:
immemor nostri. Ceterum qui adheret deo. unus spiritus est. ⁊ in diui
num quendam totus mutatiuus affectum. nec potest iam sentire aut sa
pere n si deum. ⁊ quod sentit ⁊ sapit deus: plenus deo. Deus autem ca
ritas est. ⁊ quanto quis coniunctior deo: tanto plenior caritate. Porro i
passibilis deus est. sed non incompassibilis: cui proprium misereri sem
per ⁊ parcere. Ergo ⁊ te necesse est esse misericordem. qui inheres mi
sericordi. quamuis iam minime miser sis. ⁊ qui non pateris. compateris
tamen. Affectus proinde tuus non est imminutus. sed immutatus. nec
qm̃ deum induisti. nostri cura te exuisti: ⁊ ipsi enim cura est de nobis.
Quod infirmum est abiecisti sed non quod pium. Caritas denique nun
quam excidit. Non obliuisceris me in finem. Uideor mihi fratrem meũ
quasi audire dicentem. Nunquid mater poterit obliuisci filij uteri sui?
Et si illa oblita fuerit ego tamen nõ obliuiscar tui. Non expedit prorsũs.
Scis ubi uerser. ubi iaceam: ubi liqueris me. Non est qui porrigat ma
nũ. Ad omne quod emerserit respicio ad gerardum ut consueneram: ⁊
non est. Heu tunc ingemisco miser: sicut homo sine adiutorio. Quez cõ
sulam in ambiguis. cui in aduersis fidam: quis portabit onera: quis peri
cula propulsabit? Nõne ubique gressus meos gerardi oculi anteibant?
Nonne tuum gerarde pectus cure mee notius quam meum ipsius ha
bebãt. familiarius incursabãt. acrius urgebant? Nonne i lingua illa pla
cabili ⁊ potẽti. meã a sermonibus seculi frequẽtissime uẽdicabas: amico
reddebas silentio? Dominus dederat illi linguam eruditã: ut sciret qñ

deberet proferre sermonem. Ita denique imprudentia responsorū suo
rum ⁊ in gratia data sibi desuepr. ⁊ domesticis satisfaciebat ⁊ exteris:
ut pene me nemo requireret: cui prior forte Gerardus occurrisset. Oc
currebat autem aduentantibus. opponens se. ne subito meum ocium in
cursarent. Si quibus sane satis facere per se nequibat: hos perduce
bat ad me. ceteros emittebat. O uirum industrium. o amicum fidelem
⁊ amico gerebat morem ⁊ officiis caritati non deerat. Quis uacua re
cessit ab eo manu? Si diues: consilium. si pauper: subsidium reportabat.
Nec querebat que sua sunt. qui se mediis ingerebat curis: ut ego uaca
rem. Sperabat enim sicut erat humillimus. maiorem de nostra quiete
fructum: quam si uacaret ipse. Interdum tamen postulabat absolui
⁊ alteri cedere: quasi qui melius prouideret. Sed ubi ille inueniretur?
Nec petulanti aliquo ut assolet in eo officii detinebatur affectu: sꝫ solo
intuitu caritatis. Siquidem plus omnibus laborabat. ⁊ minus omnibus
accipiebat: ita ut sepe cum aliis necessaria ministrarꝫ. egeret ipse in plu
ribus: uerbi causa. cibo aut ueste. Deniqꝫ cum se sentiret decessui pro
pinquare. deus inquit tu scis. qd quantuꝫ in me fuit semper optaui quie
tem. mihi intendere. uacare tibi. Sed implicitū tenuit timor tuus. ⁊ nolū
tas fratrum. ⁊ studium obediendi: super omnia abbatis pariter ⁊ fratis
germana dilectio. Ita est. Gratias tibi frater de omni fructu meorum
si quis est in domino studiorum. Tibi debeo si profeci: si profui. Tu intri
cabaris ⁊ ego tuo beneficio feriatus. sedebaꝫ mihi. aut certe diuinis sā
ctius obsequiis occupabar: aut doctrine filiorum utilius intendebam.
Cur enim securus intus non essem. cum te scirem agentem foris manuꝫ
dexteram meam. lumen oculorum meorum. pectus meum: ⁊ meam lin
guam? Et quidem indefessa manus. oculus simplex. pectus consilii. lin
gua loquēs iudiciū. sic̄ scriptū ē. Os iusti meditabit̄ sapiaꝫ: ⁊ ligua eius lo
quet̄ iudiciū. Sꝫ quid dixi foris agentē illū. q̄si interna gerardus nesciret: ⁊
spūaliū expers eē donorū? Norunt qui illuꝫ norunt spirituales: quā uer
ba eius spiritum redolerent. Norunt contubernales. quam mores eius
⁊ studia non carnem saperent: sed feruerent spiritu. Quis illo rigidior
in custodia discipline. quis in castigando corpus suum districtior? subli
mior in contemplando. subtilior in differendo? Quotiens cum eo disse
rens. ea didici que nesciebam: ⁊ qui docturus adueneram. doctus ma
gis abcessi. Nec miruꝫ de me. cum magni ac sapientes uiri idipsum ni
hilominus ex illo sibi accidisse testentur. Non cognouit litteraturam. sꝫ
habuit litterarum inuentorem sensum: habuit ⁊ illuminantem spiritum.
Nec in maximis tantum: sed ⁊ in minimis maximus erat. Quid uerbi
causa in edificiis. in agris. ortis. aquis. cunctis denique actibus. seu ope
ribus rusticorum. quid inquam uel in hoc rerum genere gerardi subter
fugit peritiam? Cementariis. fabris: agricolis. ortolanis. sutoribus. at
que textoribus facile magister erat. Cumque omnium iudicio esset

sapientior:solis in suis oculis nō erat sapiens. Utinam multos ⁊ si minꝰ
sapientes nō plus tangeret illa maledictio. Ue qui sapientes estis ī ocu
lis uestris. Sciētibus ista loquor:⁊ adhuc plura hijs de illo ⁊ maiora cō
pertis. Parco tamen:quia caro mea ⁊ frater ē. Hoc tñ securus addo:
mihi utilis in omnibus.⁊ preomnibꝰ fuit:utilis in paruis ⁊ in magnis.ī
priuatis ⁊ publicis.foris ⁊ intus. Merito ex eo pendebā totus:qui mihi
totum erat. Solum pene reliquerat mihi prouisoris honorem ⁊ nomen:
nam opus ipse faciebat. Ego uocitabar abbas:sed ille preerat in sollici
tudine. Merito requieuit in illo spiritus meus:per quem licebat d̄lecta
ri in domino.predicare liberius.orare securius. Per te inquaꝫ mi fra
ter mens sobria ⁊ grata quies.sermo efficacior.pinguior oratio.frequen
tior lectio.⁊ feruētior affectus. Heu sublatus es.⁊ hec omnia simul. Te
cum omnes pariter abiere delicie.⁊ leticie mee. Jam cure irruunt.iam
molestie hinc inde pulsant:⁊ angustie undique solum me repperer ūt.
sole mihi te abeunte remanserūt.solus sub sarcina gemo. Aut poner̃.
aut opprimi necesse est:quia tu tuos humeros subduxisti. Quis mihi tri
buat cito mori post te? Nam pro te nolim.nec te tua fraudare glā. Por
ro superuiuere tibi.labor ⁊ dolor. Uiuam quoad uiuaꝫ in amaritudine.
uiuam in merore:⁊ hec mihi sit consolatio ut merendo affligar. Nō par
cam:etiam iuuabo manum domini. Etenim manus domini tetigit me.
Me inquā tetigit ⁊ percussit:nō illum quem uocauit ad requiem. Me
occidit:cū succidit illum. Nūquid enim occisum quis dixerit:quē planta
uit in uita? At qd̄ illi uite ianua fuit.mihi plane est mors.meqꝫ illa mor
te mortuum dixerim:nō hunc qui obdormiuit in domino. Exite.exite la
crime:iam pridē cupientes. Exite: quia is qui uobis meatū obstruxerat.
ꝯmeauit. Aperiant̄ catharacte miseri capitis.⁊ erumpant fontes aquaꝝ:
si forte sufficiant sordes diluere culparum.quibus iram merui. Cum con
solatus fuerit super me dominus.tunc fortassis ⁊ ego merear consolari:
si tamen non pepercero a merore. Nam qui lugent:ipsi consolabuntur.
Propterea ꝯdescēdat mihi oīs scīs:⁊ ī spiritu lenitatis qui spiritalis ē su
stineat lamētātē. Luctꝰ meus hūano q̄so pēsetur affectu:ñ usu. Uidemꝰ
nēpe mortuos cotidie plangere mortuos suos:fletum multum ⁊ fructuꝫ
nullū. Non culpamus affectū nisi cū excedit modū:sed causam. Ille
nimirum nature est.⁊ eius turbatio pena peccati:hec uanitas ⁊ pecca
tum. Etenim ibi sola nisi fallor plorantur dampna glorie carnis.uite pre
sentis incommoda. Et plorandi qui ita plorant. Nunquid ego sic? Simi
lis mihi affectus.sed altera causa.dissimilisqꝫ intentio. Nulla mihi sane
querela de omnibus que sunt mundi. In hijs profecto que dei sunt
ademptum doleo fidele auxilium.salutare consilium. Gerardum lugeo:
gerardus est in causa.frater carne.sed proximus spiritu:socius proposi
to: Adhesit anima mea anime illius:et unam fecit de duabus non con
sanguinitas.sed unanimitas. Carnis quidem necessitudo non defuit.

sed plus iunxit societas spiritus:consensus animorum .morum conformi
tas.Cum ergo essemus cor unum ⁊ anima una:hanc meam pariter at
que ipsius animam pertransiuit gladius:⁊ scindens mediam partem lo
cauit in celo.partem in ceno deseruit.Ego ego illa portio misera in luto
iacens truncata per te fui.⁊ parte potiori:⁊ dicit mihi ne fleueris? Auul
sa sunt uisera mea a me:⁊ dicitur mihi ne senseris? Sentio sentio uel
inuitus . quia nec fortitudo lapidum fortitudo mea:nec caro mea enea ē.
Sentio prorsus ⁊ doleo:⁊ dolor meus in conspectu meo semper . Non
sane nos poterit duricie ⁊ insensibilitatis arguere ille qui uerberat:quo
modo illos de quibus ait. percussi eos ⁊ non doluerunt. Affectū me
um confessus sum:⁊ non negaui. Carnalemquis dixerit. ego humanū
non nego:sicut nec me hominem. Si nec hoc sufficit: nec carnalem ne
gauerim . Nanque ego carnalis sum uenundatus sub peccato:additus
morti.penis ⁊ erumpnis obnoxius. Non sum fateor insensibilis ad pe
nas:mortem horreo meam ⁊ meorum. Meus gerardus erat meus pla
ne:An non meus qui frater sanguine fuit. professione filius. sollicitudi
ne pater.consors spiritu:intimus affectu? Is recessit a me.sentio lesus
sum:⁊ grauiter. Ignoscite filij.immo si filij.uicem dolete paternā. Mi
seremini mei saltim uos amici mei: quia certe consideratis quam gra
uia pro peccatis recepi de manu domini. In uirga indignationis sue
percussit me. digne pro meritis:dure pro uiribus. An leue quis dixe
rit uiuere me absque gerardo:nisi qui ignorat quid mihi cum gerardo?
Nec tamen contradico sermonibus sancti. Non reprehendo iudicium.
quo recepit quisqꝫ quo dignus ē.ille coronam quā meruit.ego quā de
bui penam. Nūquid quia sentio penam:reprehendo sententiam? Hu
manū est illud:hoc impiū. Humanū inquā ⁊ necesse affici erga caros:
siue delectabiliter cum presto sunt:siue cū absunt moleste. Nō erit ocio
sa socialis conuersatio presertim inter amicos:⁊ quid effecerit mutuus
amor in sibi presentibus.horror indicat sepationis:⁊ dolor de inuicem
sepatis. Doleo sup te Gerarde carissime.non quia dolendus sed quia
ablatus. Et ideo fortassis dolendū mihi potius sup me:qui bibo calicem
amaritudinis.⁊ solus dolendus:quia solus bibo. Non enim ⁊ tu. Solus
ego patior qd solent pariter pati qui se diligunt:cum se amittunt. Uti
nam non te amiserim sed premiserim: utinam uel tarde aliquando
sequar te : quocumque ieris : Non enim dubium quin ad illos ie
ris.quos circa medium extreme noctis tue inuitabas ad laudem.cum in
uultu ⁊ uoce exultationis subito erupisti in illud dauiticum:stupentibus
qui assistebant . Laudate dominū de celis:laudate eum in excelsis .
Iam tibi frater mi nocte adhuc media diescebat:⁊ nox sicut dies illumi
nabatur. Prorsus illa nox illuminatio tua in delitijs tuis. Accitus sū
ego ad id miraculi:uidere exultantem in morte hominem.⁊ insultantē

morti. Ubi est mors victoria tua? Ubi est mors stimulus tuus? Iam non stimulus sed iubilus. Iam cantando moritur homo: et moriendo cantat. Usurparis ad leticiam mater meroris. usurparis ad gloriã glorie inimica. usurparis ad introitum regni porta inferi. et fovea perditionis ad inventionem salutis. idqȝ ab homine peccatore. Iuste nimirum: quia tu iniqȝ i hominem inocentem et iustum potestatem temerariaȝ usurpasti. Mortua es o mors et perforata hamo. quem incauta glutisti: cuius illa vox est in propheta. o mors ero mors tua. morsus tuus ero iferne: illo in quam hamo perforata. transeuntibus per medium tui fidelibus. latum letumqȝ exitum pandis ad vitam. Gerardus te non formidat larualis effigies. Gerardus per medias fauces tuas transit ad patriam: non mõ securus. sed et letabundus et laudans. Cum ergo supervenissem. et extrema iam psalmi me audiente clara voce complesset. suspiciens in celuȝ: ait. Pater in manus tuas cõmendo spiritum meum. et repetens eundẽ sermonem. ac frequenter ingeminans. pater pater: conversus ad me exhilarata quidem facie. quãta inquit dignatio dei. patrem hominum esse quanta hominum gloria dei filios. dei esse heredes. Nam si filij: et heredes. Sic cantabat quem nos lugemus. in quo et meum fateor luctum pene in cantum convertit. dum intentus glorie eius. proprie fere miserie obliviscor. Sed revocat me ad me pungens dolor. facileqȝ a sereno illo intuitu tanquam a levi excita sompno: perstringens anxietas. Plangam igitur sed super me: quia super illum iam vetat ratio. Puto enim si oportunitas daretur: modo diceret nobis. Nolite flere super me. sed super vos ipsos flete. Planxit merito david super parricida filio. cui perpetuo sciret obstructum exitum de ventre mortis: mole criminis. Merito super saul et super ionatham: quibus eque absortis semel. emersio iam non speratur. Et quidem resurgent: sed non ad vitam. Immo ad vitam: ut vivi in morte infelicius moriantur. Quãquam de ionatha possit non immerito herere sententia. At mihi et si ista non suppetit plangendi ratio: non tamen nulla. Plango primum super mea ipsius plaga: atqȝ huius iactura domus. Plango deinde super pauperum necessitatibus: quorum. Gerardus pater erat. Plango certe et super universi statu nostri ordinis nostreque professionis: qui de tuo Gerarde zelo consilio et exemplo robur non mediocre capiebat. Plango postremo et si non super te: propter te tamen. Hinc prorsus hinc afficior graviter: quia vehementer amo. Et nemo mihi molestus sit dicens non debere sic affici: cuȝ benignus samuel super reprobo rege. et pius david sup parricida satisfecerit affectiõi: et si ad iiuriã fidei. ñ insupni sugillationẽ iudicij. Absalon fili mi ait sc̃s. fili mi absalõ. Et ecce plꝰ q̃ȝ absalon hic. Salvator quoqȝ videns civitatem ierusalem et previdens ruituraȝ. flevit super eam. Et ego propriam et que in presenti est desolationẽ sentiam plagam meam recentem et gravem non doleam? Ille compa

tiendo flevit: ⁊ ego pariendo non audeo. Et certe ad tumulũ lazari nec flentes arguit. nec a fletu prohibuit: insuper ⁊ flevit cum flentibus. ⁊ lacrimatus est inquit ihesus. Fuerunt lacrime ille testes profecto nature: non indices diffidentie. Deniqꝫ ⁊ prodijt mox ad vocem eius qui erat mortuus: ne continuo putes fidei preiudiciuꝫ. dolentis affectum. sic nec fletus utiqꝫ noster infidelitatis est signum: sed conditionis indiciũ. Nec quia percussus ploro. arguo ferientem: sed provoco pietatem. severitatẽ flectere satago. Unde et verba mea dolore sunt plena: non tamen et murmure. Nunquid nõ plenum iusticie protuli: quod unius sententie complemẽto ⁊ punctus est qui õbiit. ⁊ coronatus qui meruit. Et adhuc dico: bene utrumqꝫ facit dulcis ⁊ rectus dñs. Misericordiam ⁊ iudiciũ: cantabo tibi domine. Cantet tibi domine misericordia quã fecisti cũ servo tuo Gerardo: cantet ⁊ iudicium quod nos portamus. In altero bonus: in altero iustus laudaberis. An solius laus bonitatis? Est ⁊ iustitie. Iustus es domine: ⁊ rectũ iudiciũ tuum. Gerardum tu dedisti. tu abstulisti. ⁊ si dolemus ablatũ: nõ tamẽ obliviscimur quod datus fuit. ⁊ gratias agimus quod habere illũ meruimus: quo carere in tãtũ nõ volumus in quãtũ nõ expedit. Recordabor domine pacti mei ⁊ miserationis tue: ut magis iustificeris i sermonib⁹ tuis ⁊ vincas cum iudicaris. Cum pro cã ecclesie ãno preterito viterbi essemus egrotavit ille. ⁊ invalescẽte lãguore cum iam proxima videretur vocatio. ego egerrime ferẽs comitem peregrinatiõis. ⁊ illum comitẽ i terra relinquere aliena: nec resignare hijs qui mihi eum commiserãt. qm̃ amabatur ab omnibus sicut erat amabilis valde: cõversus ad orationem cum fletu ⁊ gemitu expecta inq̃ꝫ dñe usqꝫ ad reditum. Restituam amicis. tolle iam eum si vis: ⁊ nõ causabor. Exaudisti me deus cõvaluit. opus perfecimus quod iniunxeras: redivimus cum exultatione. reportantes manipulos pacis. Porro ego bene oblitus sum mee cõventiõis: sed nõ tu. Pudet singultuum horum: qui p̄varicatõis me arguũt. Quid plura? Repetisti cõmẽdatũ: recepisti tuũ. Finem verborum inducũt lacrime: tu illis dñe finẽ modumqꝫ indixeris.

Sermo. xxvij. De ornatu sponse. ⁊ q̃liter q̃libꝫ anima sancta celũ dicat.

q Uia debitis humanitatis officijs amicũ revertẽtẽ i patriam prosequuti sum⁹: redeo fr̃es ad ꝓpositũ edificãdi qd̃ itermiseram. incõgruũ nãqꝫ ẽ diu flere letantẽ: ⁊ sedenti ad epulas lacrimas multas igerere. importunũ. Sꝫ ⁊ si nostras d̃fleam⁹ erũpnas. ne id quidẽ oportet nimis: ne nõ tam amasse illũ. quã nr̃a q̃sisse d̃ illo cõmoda videamur. Temperet sane dilecti gaudiũ mesticiã desolatorꝝ. ⁊ tolerabili⁹ fiat nobis qd̃ nobiscũ nõ ẽ. qꝛ cũ deo ẽ. Fret⁹ ergo or̃onib⁹ vestris: volo i lucẽ si possũ ꝓcedere quicquid illd̃ ẽ. qd̃ optuꝫ illis pellib⁹ sẽtio. q̃ i extẽ plũ d̃coris spõse ꝓducte sũt. Hoc sicut recolitis tactũ fuit. sꝫ idiscussũ remansit. Porro discussũ ⁊ declaratũ est quomõ nigra sit sicut tabernacl'a cedar. Quomõ ergo sicut pelles salomonis formosa? Quasi v̉o salomõ i

omni gl'a sua quicquā habuerit condignum decore sponse ⁊ gl'a ornatus eius. Et quidem si nō ad decorem sponse. sed ad nigredinem potius ne scio quas pelles istas sicut ⁊ tabernacula cedar respicere diceremus. for tasse competeret: nec deess; nī id congruere monstraremus. sicut ⁊ mō strabimus. At uero si sponse claritati quarūcumq; decorē pellium cōpan dum putamus: hic prorsus opus ē nobis eius ad quem pulsastis auxilio quatinus misterium hoc digne apire possimus. Quid namq; eorū que i facie lucent: si interne cuiuspiā sācte anime pulchritudini comparet: nō uile ac fedum recto apparea: estimatori? Quid inquā tale in se ostendit ea que preterit figura huius mundi. qđ equare speciē anime possit illi⁹ que exuta terreni hoīs uetustatem. eius qui de celo ē decorem induit: or nata optimis morib⁹ pro monilib⁹. ipso purior sicut ⁊ excelsior ethere: so le splendidior? Noli ergo respicere ad istum salomonē. cum indagare cu pis. cuiuscemodi se pellibus similem dcore sponsa gl'etur. Quid ē ergo qđ dicit formosa sum sicut pelles salomonis? Magnuz ac mirabile quid dam ut ego estimo. si tū nō hunc sed illuz attendimus: de quo dicit. Ec ce plus quā salomon hic. Naz usq; adeo is meus salomon. salomon est. ut non pacificus quod quidem salomon interpretatur: sz ⁊ pax ipa uocet: paulo phibente quia ipsa est pax nostra. Apud istum salomonem ñ du bito posse inueniri: quod decori sponse omnino compare non dubitem ⁊ presertim de pellibus eius aduerte in psalmo. Extendens ait celum si cut pellem. Non ille profecto salomon. ⁊ si multū sapiēs multūq; potēs extendit celum sicut pellem: sed is potius qui nō tam sapiens. quaz ipsa sapientia ē: ipse prorsus extendit ⁊ condidit. Istius si quidem ⁊ nō illi⁹ illa uox ē. Quādo prepabat celos haud dubiū quin deus pater ego ade ram. Aderat sine dubio pparanti celos sua uirtus suaq; sapientia. Nec putes astitisse ociosam ⁊ quasi ad spectandū tātummodo: quia dixit ade ram nō etiam pparabam. Respice paulisper inferius. ⁊ inuenies apte subiungentem: quia erat cum eo componens omnia. Deniq; ait. Que cumq; opera pater facit: hec ⁊ filius similiter facit. Et ipe itaq; extendit celum sicut pellem. Pulcherrima pellis que in moduz magni cuiusdā tentorij uniuersam operiens faciem terre: solis lune atq; stellarum ua rietate tam spectabili humanos oblectat aspectus. Quid hac pelle for mosius? Quid ornatius celo? Minime tamen uel ipsuz ullatenus confe rendum glorie ⁊ decori sponse: eo ipso succumbens qđ preterit ⁊ hec fi gura ipsius. utpote corporea ⁊ corporeis subiacens sensibus. Que eniz uidentur temporalia sunt: que autem non uidentur eterna. Sed est ra tionalis quedam sponse species ac spiritualis effigies. ipsaq; eterna: quia ymago eternitatis. Decor eius uerbi gratia caritas est: ⁊ caritas si cut legistis nūquam excidit. Est certe ⁊ iustitia: ⁊ iusticia eius inquit ma net in seculum seculi. Est etiam patientia. ⁊ legis nihilominus quia pa tientia pauperum non peribit in finem. Quid uoluntaria paupertas ⁊

quid humilitas? Nonne altera regnum eternum: altera eque exaltatio nem promeretur eternam? Eo quoqz spectat ⁊ timor domini sanctus pmanens in seculum seculi. Sic prudentia sic temperantia. sic fortitudo. ⁊ si que sunt uirtutes alie: quid nisi margarite quedam sunt i sponse or natu: splendore perpetuo chorusca[n]tes? Perpetuo iquam: quia sedes ⁊ fundamentum perpetuitatis. Nec enim ppetue beateque uite omni no locus anima ē: nisi medijs quidem interiectisque uirtutibus. Unde propheta deo qui utique uita beata ē: iustitia inquit ⁊ iudicium prepara tio sedis tue. Et apl's dicit xp̄m habitare non omnimodo quidem. sed si gnanter per fidem in cordibus nostris. Domino quoque sessuro super asellum uestes suas discipli substrauerunt. significan.es saluatorem seu salutem nequaquam insidere nude anime. quam non uidelicet uestitā inuenerit doctrina ⁊ moribus aploꝝ. Et ideo eccl'ia ꝓmissionem habēs future felicitatis: curat interim preparare se ⁊ preornare in uestitu dea u rato: circundata uarietate gratiaꝝ atqz uirtutū. quo digna ⁊ capax pleni tudinis gl'e iueniatur. Ceterū spirituali huic tā pulchre uarietati quam de prima interim stola in quadam ueste sue sāctificatiōis accepit. nullo pacto ego cōparauerim in decore celum hoc uisibile atqz corporeū. quā uis in suo genere quidē syderea uarietate pulcherrimū. Sz est celū celi de quo ꝓpheta psallite iquit dn̄o qui ascēdit sup celum celi ad orientē: ⁊ hoc celum intellectuale ac spiritale. Et qui fecit celos in intellectu. creauit illud ⁊ statuit in sempiternum: ipm̄qz inhabitat. Ne uero putes sponse deuotionem citra illud remanere celum: in quo scit habitare di lectum. Ubi enim thesaurus eius: ibi ⁊ cor eius. Emulat̄ sane assistētes uultui ad quem suspirat: ⁊ quibus se interim non ualet uidēdo associar̄. studet conformare uiuendo: moribus magis quam uocibus clamans. Domine dilexi decorem domus tue: ⁊ locum habitationis glorie tue. Prorsus de hoc celo minime sibi indignum ducit: ducere similitudinē. Hoc extentum sicut pellis non spacijs tamen locorum sz affectibus ani morum: hoc miris uarijsqz artificis distinctum operibus. Diuisio nes autem sunt non colorum: sed beatitudinum. Nam alios quidem posuit angelos alios autem archangelos. alios uero uirtutes. alios dn̄a tiones. alios principatus. alios potestates. alios thronos. alios cherubin. atque alios seraphin. Sic stellatum celum hoc: sic depicta hec pel lis. Hec una de pellibus mei salomonis. ⁊ hec precipua in om ni ornatu multiformis glorie eius. Habet autem grandis ista pel lis quam plurimas in se eque salomonis pelles. quam unusquisqz bea tus ⁊ sanctus qui ibi est. pellis est utique salomonis. Benigni siquidez sunt atque extenti in caritate pertingentes usque ad nos. quibus glori am quam habent non inuident. sed optant: ita ut ex ipsis huius rei gr̄a dmorari apd̄ nos n̄ grauent̄. seduli circa nos ⁊ curā gerētes n̄ri. oēs admistratorij sprit⁹ missi i misteriū ꝓpt̄ eos qui herēditatē capiūt salutis.

Quãobrem sicut celum celi singulariter dicitur: uniuersã illa multitudo collecta beatorũ sic ⁊ celi celorũ propter singulos qui utiq celi sũt. nominantur: ⁊ ad singulos spectat qđ dicit. extendens celum sicut pellem. Uidetis credo: quenam ille pelles ⁊ cuius sint salomonis. de quar spõsa similitudine gloriatur. Nunc iam intuemini eius gloriam. que ⁊ celo se compat: ⁊ in celo qđ tanto ẽ gloriosius quãto diuinius. Nec immerito usurpat inde similitudinem: unde originem ducit. Nã si propter corpus qđ de terra habet tabernaculo cedar se assimulat. cur nõ ⁊ propter animam que de celo est. eque celo similem ẽe gloriet: presertim cum uita testetur originem. testetur nature dignitatem ⁊ patrie. Unum deum adorat ⁊ colit quomodo angeli. christũ sup omnia amat quomõ angeli. casta est quomõ angeli. id in carne peccati ⁊ fragili corpoꝛ qđ non angeli querit postremo ⁊ sapit que apud illos sunt. non que super terram. Qđ euidentius celestis insigne originis quã ingenitam ⁊ in regione dissimilitudinis retinere similitudinem. gloriam celibis uite in terra ⁊ ab exule usurpari. in corpore deniq pene bestiali uiuere angelum? Celestis sunt ista potentie nõ terrene. ⁊ quod uere de celo sit anima que hec põt apte indicant. Audi tñ apertius. Uidi inquit ciuitatẽ sanctã iherusalem nouã descendentem de celo a deo patam tanquã sponsam ornatam uiro suo. Et addit. Et audiui uocem magnam de throno dicentẽ: ecce tabernaculum dei cũ hoib⁹. ⁊ habitabit cũ eis. Ad quid? Credo ut sibi acquirat spõsam đ hominib⁹. Mira res. Ad sposã ueniebat: ⁊ absq sponsa ñ ueniebat. Querebat spõsã: ⁊ spõsa cũ ipo erat. An due erant. Absit. Una est eniz columba mea. Sed sicut de diuersis ouiũ gregibus unũ facere uoluit: ut sit unũ ouile ⁊ un⁹ pastor: ita cũ hẽret sponsã iherẽtẽ sibi a prin⁹. mltitudinẽ ãgeloꝝ. placuit ei ⁊ đ homib⁹ ↄuocare ecclia. atq unire illi que de celo est. ut sit una sponsa ⁊ sponsus unus. Ergo ex adiecta ista perfecta ẽ illa nõ duplicata: ⁊ agnoscit de se dictũ. Una ẽ perfecta mea. Porro unam conformitas facit. nunc quidez in simili deuotione. postea uero ⁊ impari gloria. habes itaq utrũq de celo: ⁊ sponsũ scilicet ihesuz ⁊ sponsam iherusalem. Et ille quidem ut uideretur: semet ipsum exinaniuit formaz serui accipiens: ⁊ habitu inuentus ut homo. At illam in qua nam putamus forma seu spiritus. aut in quo habitu descendentem uidit ille qui uidit? An forte in frequentia angelorum quos uidit descendẽtes ⁊ ascendentes super filium hominis? Sed melius dicimus qđ sponsam tunc uiderit: cum uerbum in carne uidit agnoscens duos in carne una. Dum enim sanctus ille emanuel terris intulit magisterium disciplinae celestis. dum superne illius iherusalem que est mater nostra uisibilis quedam ymago ⁊ species ⁊ decoris. eius per ipsum nobis ⁊ in ipso expressa intonuit: quid nisi in sponso sponsam perspeximus: unum cum demque dominum glorie ammirantes. et sponsum decoratum corona: et sponsam ornatam monilibus suis? Ipse igitur qui descendit

ipſe eſt ⁊ qui aſcendit. ut nemo aſcendat in celum niſi qui de celo de
ſcendit. unus idéque dominus. ⁊ ſponſus in capite. ⁊ ſponſa in corpore.
Nec fruſtra in terris uiſus eſt homo celeſtis. cũ ꝺ terrenis celeſtes. quã
plurimos fecerit ſibi ſimiles. ut ſit quod legitur. qualis celeſtis taleſ ⁊ ce
leſtes. Ex tunc ergo in terra uiuitur more celeſtium: dum inſtat ſuperne
illius beateq; creature. hec quoque que a finibus terre uenit audire ſa
pientiam ſalomonis celeſti uiro nihilominus caſto inheret amore: ⁊ ſi
necdum quomodo illa iuncta per ſpeciem tamen ſponſata per fidem: iu
xta promiſſum dei per prophetaȝ dicentis. Sponſabo te mihi in miſeri
cordia ⁊ miſerationibus: ⁊ ſponſabo te mihi in fide. Unde magis magiſ
que conformari ſatagit forme que de celo uenit: diſcens ab ea uerecũda
eẽ ⁊ ſobria. diſcens pudica ⁊ ſancta: diſcens patiens atque cõpatiens:
poſtremo diſcens mitis ⁊ humilis corde. Et ideo moribus huiuſcemõi
contendit ⁊ abſens placere ei in quem proſpicere angeli concupiſcũt
ut dum deſiderio feruet angelico. probet ſe perinde ciuem ſanctorum ⁊
domeſticam dei: probet dilectam. probet ſponſam. Ego puto omnẽ ani
mam talem non modo celeſtem eſſe propter originem: ſed ⁊ celum ip
ſum poſſe non immerito appellari. propter imitationem. Et tunc liqui
do oſtendit quia uere origo ipſius de celis eſt: cum conuerſatio eius in
celis eſt. Eſt ergo celum ſancta aliqua anima. habens ſolem intellectũ.
Lunam fidem. aſtra uirtutes. Uel certe ſol iuſtitie zelus aut feruens ca
ritas: ⁊ luna continentia. Quomodo enim claritas ut aiunt lune non niſi
a ſole eſt: ſic abſque caritate ſeu iuſtitia. continentie meritum. nullum ẽ.
Hinc denique ſapiens o quam pulchra eſt inquit caſta generatio cum
caritate. Porro ſtellas dixiſſe uirtutes non me penitet: conſiderantem
congruentiam ſimilitudinis. Quomodo nempe ſtelle in nocte lucente i
die latent: ſic uera uirtus que ſepe in proſperis non apparet eminet in
aduerſis. Illud ſane cautele eſt. hoc neceſſitatis. ergo uirtus ẽ ſydus ⁊
homo uirtutum celum. Niſi quis forte cum deum per prophetam dixiſ
ſe legit. celum mihi ſedes eſt. celum hoc uolubile uiſibileque intelligen
dum eſtimet: ⁊ non potius illud de quo alibi apertius ſcriptura comme
morat. anima inquiens iuſti ſedes eſt ſapientie. Qui autem ex doctrina
ſaluatoris ſapit ſpiritum eſſe deum atque in ſpiritu adorandum: etiaȝ ſe
dem ei non ambigit aſſignare ſpiritualem. Ego uero fidenter id feceri
non minus in hominis iuſti quam in angelico ſpiritu. Confirmat me in
hoc ſenſu maxime illa fidelis promiſſio. Ego ⁊ pater ait filius. ad eum.
id eſt ad ſanctum hominem ueniemus: ⁊ manſionem apud eum facie
mus. Propheta quoque non de alio dixiſſe celo arbitror. Tu autem in
ſancto habitas laus iſrael. Manifeſte autem apoſtolus dicit habitare
xp̃m per fidem in cordibus noſtris. Nec mirum ſi libenter inhabitat ce
lum hoc dominus iheſus: quod utique non quomodo ceteros dixit tan
tuȝ ut fieret. ſed pugnauit ut acquireret. occubuit ut redimeret. Ideo ⁊

poſt laborē voto potius ait. Nec requies mea in ſeculum ſeculi: hic ha bitabo quoniam elegi eam. Et beata cui dicitur. Ueni electa mea: ⁊ po nam in te thronum meum. Quid tu triſtis es nunc o anima mea: ⁊ qua re conturbas me? Putaſne ⁊ tu penes te inuenias locum domino. Et quis nobis i nobis locus huic idoneus glorie: ſufficiens maieſtati? Uti nam vel merear adorare in loco ubi ſteterunt pedes eius. Quis dabit mihi ſaltē veſtigijs adherere ſancte cuiuſpiā anime quā elegit i habita tionē ſibi? Tñ ſi dignet̃ ⁊ meā īfundere animā unctōe miſericordie ſue. atqȝ ita extēdere ſicut pellē. que utiqȝ cū ungit̃ dilatat̃: quatinꝰ ⁊ ego di cere valeā. viā mādatoꝝ tuoꝝ cucurri. cū dilataſti cor meū: potero etiā ipſe fortaſſis oſtēdere i meipſo. ⁊ ſi nō cenaculū grāde ſtratū ubi poſſit recūbere cū diſcipulis ſuis: attamē ubi ſaltim reclinet caput. A longe ſu ſpicio illos certe beatos de quibꝰ dicit̃. ⁊ inhabitabo i eis ⁊ ābulabo i illis. O quāta illi anīe latitudo. quāta ⁊ meritoꝝ prerogatiua. q̄ diuinā i ſe pñtiā ⁊ digna īuenit̃ ſuſcipe ⁊ ſufficiēs cape. Quid illa cui ⁊ ſpacia ſuppetūt deambulatoria ad opus quidē maieſtatis? Non ē ꝓfecto intri cata forēſibꝰ cāis. curis ve ſecularibꝰ. nec certe ventri ⁊ luxurie dedita: ſed nec curioſa ſpectādi ſeu cupida oīno dñandi vel etiā tumida dñatu. Oportet nāqȝ primo quidē hijs omnibꝰ vacuā eſſe animā: ut celū fiat atqȝ habitatio dei. Alioquin: quomodo poterit vacare ⁊ videre. qm̄ ipſe eſt deus? Sȝ ⁊ odio ſiue inuidie aut rancori minīe ꝓrſus indulgēdū: qm̄ in maliuolā animā nō introibit ſapiētia. Deinde neceſſe eſt eā creſcere ac dilatari: ut ſit capax dei. Porro latitudo eiꝰ dilectio ē: ſicut dicit apl̄s. Dilatamini i caritate. Nam ⁊ ſi anīa minīe cū ſit ſpiritꝰ corpeam recipit quātitatē: tñ ꝯfert illi gr̄a qđ negatū ē a natura. Creſcit quidē ⁊ extēdit̃: ſȝ ſpiritaliter. Creſcit: nō i ſubſtātia ſȝ i virtute. Creſcit ⁊ i gl̄ia. Creſcit đ niqȝ ⁊ ꝓficit i viꝝ ꝑfectū i menſurā etatis plenitudis xp̄i. Creſcit ēt in tē plū ſc̄m in dño. Ergo quātitas cuiuſqȝ anīe. eſtimet̃ de mēſura caritatis quā hēt: ut verbi gr̄a q̄ multū hēt caritatis magna ſit. q̄ paꝝ pua: q̄ vero nihil: nihil dicēte paulo. Si caritatē nō habuero: nihil ſum. Qđ ſi quātu lamcūqȝ hēre ceperit. ut ſaltē diligētes ſe diligere curet. ac ſalutare vel fr̄es ſuos. ⁊ eos qui ſe ſalutāt: iā nō nihil quidē illā animā dixeri. q̄ i rōe dati ⁊ accepti ſocialē ſaltim retinet caritatē. Uerūtñ iuxta ſermonē dñi quid āplius facit? Nec amplā ꝓinde nec magnā. ſed plane anguſtā mo dicāqȝ cenſueri animā. quā tā modice caritatis eſſe cognouerim. At ſi grādeſcat ⁊ proficiat. ita ut trāſiēs limitē anguſti huius obnoxijqȝ amo ris. latos fines gratuite bonitatis tota libertate ſpiritus apprehendat: quatinus largo quodam gremio bone voluntatis ad omnem ſeipſam cu ret extendere proximū diligendo unumquēqȝ tanquā ſeipſā. nunquid iam illi recte dicetur. quid amplius facis. quippe que ſeipſam tam am plam facit. Amplum inquam gerit caritatis ſinum que complectitur vni verſos etiam quibus nulla ſe nouit carnis neceſſitudine vinctam. nulla

spe ꝑcipiendi commodi cuiuscumque illectam. nulla ꝑcepti redibitione obnoxiam. nullo denique omnino astrictam debito: nisi illo sane de quo dicitur. Nemini quicquam debeatis nisi ut inuicem diligatis. Uerum si adicias etiam usquequaque uini facere regno caritatis. ut usque ad ultimos eius terminos occupare illud pius īuasor ꝑualeas. duz ne inimicis quidem uiscera claudēda pietatis, existimes. benefacias hijs quoque qui te oderunt. ores quoqz ⁊ ꝓ ꝑsequētibus ac calumpniantibus te. nec non ⁊ cū hijs qui oderunt pacē esse pacificus studeas. tunc prorsus latitudo celi latitudo tue anime ⁊ altitudo nō dispar sed nec dissimilis pulchritudo. impleturque tunc demum ī ea qđ dicitur. extendens celum sicut pellē. In quo iam mire latitudinis. altitudinis ac pulchritudinis. celo summus ⁊ immensus atque gloriosus nō modo dignanter habitat: sed ⁊ spaciose deambulat. Uides ne quales in se habeat ecclesia celos. cum sit nihilomin⁹ ipsa in sua quidē uniuersitate ingēs quoddam celū extentum a mari usqz ad mare: ⁊ a flumine usqz ad terminos orbis terraruz? Uide etiam consequenter cui ⁊ in hoc ipso assimiles eam: si tamē non tibi excidit illud quod pauloante memoratum est. huius rei exemplar. de celo uidelicet celi ⁊ celis celoꝝ. Ergo exemplo illius que sursuz ē mater nostra. hec quoqz que adhuc peregrinatᷓ. habet celos suos. homines spiritales uita ⁊ opinione cōspicuos. fide puros spe firmos. latos caritate: contemplatione suspensos. Et hij pluentes pluuiā uerbi salutarem: tonant increpationibus. coruscant miraculis. Hij enarrāt glᷓam dei. Hij extenti sicut pelles sup omnē terrā. legē uite ⁊ discipline digito quidem dei scriptā in semetipsis ostendunt. ad dandam scientiam salutis plebi eius. Ostendunt ⁊ euangelium pacis: quoniam salomonis sunt pelles. Agnoscet in hijs iam pellibus supernarum illarum ymaginem que in sponsi ornatu non longe superius describebantur. Agnosce similiter ⁊ reginam astantem a dextris eius circumamictam similibus ornamentis. non tamen paribus. Nam ⁊ si hinc etiam in loco peregrinationis sue. ⁊ in die uirtutis sue in splendoribus sanctoruz nō minima claritatis atque decoris est portio: differenter tamen illum coronat integritas et consumatio glorie beatoruz. Quanquā ⁊ sponsaz dixerim perfectaz atqz beatam: sed ex parte. Naz ex parte tabernaculum cedar. Formosa tamen siue in illa portione sui que iaz beata regnat. siue etiam in illustribus uiris. quoruz ⁊ in hac nocte sua sapientia atqz uirtutibus tanquaz celum suis sideribus adornatur. Unde propheta. qui docti fuerunt fulgebunt quasi splendor firmamenti: ⁊ qui ad iustitiā erudiunt multos. quasi stelle in perpetuas eternitates. O humilitas. o sublimitas. Et tabernaculū cedar: ⁊ sanctuariū dei. ⁊ terrenū habitaculū: ⁊ celeste palatiū. Et dom⁹ lutea: ⁊ aula regia. Et corpus mortis: ⁊ tēplū lucis. Et despectio deniqz supbis: ⁊ spōsa xpi. Nigra ē sz formosa filie iherlᷓz. quā ⁊ si labor ⁊ dolor lōgi exilij ḋcolorat. spēs tñ celestis exornat. exornāt pelles salomōis. Si

horretis nigrã:miramini ⁊ formosã. Si despicitis humilem : sublimem
suspicite. hocipsum quaꝫ cautum. quã plenũ ꝯsilij plenum discretionis ⁊
ꝯgruentie ẽ. quod in sponsa deiectio ista ⁊ ista celsitudo secundũ tempꝰ
quidem eo moderamine sibi pariter contemperãtur: ut inter mundi hu
ius narietates ⁊ sublimitas erigat humilẽ ne deficiat in aduersis: ⁊ subli
mem humilitas reprimat. ne euanescat in prosperis. Pulchre omnino
ambe res cum ad inuicem contrarie sint. sponse tamen pariter coope
rantur in bonũ: subseruiunt ĩ salutẽ. Et hec pro eo quod sponsa uidetur
sub pellibus salomonis inducere similitudinem. Restat tamen aperien
dus ille super eodem capitulo sensus quem in principio commemoraui
⁊ promisi. qualiter uidelicet ad solam nigredinem similitudo referatur:
qua quidem nõ estis promissione fraudandi. Ceterũ ad id differendum
in aliud sermonis principiũ. tum quia hoc iam huius flagitat lõgitudo :
tum etiam ut preueniat ex more oratio ea que ĩ laudẽ ⁊ gloriã sũt referẽ
da sponsi ecclie ihesu xp̄i dñi nostri: qui ẽ deus bñdictus in secl'a. Amẽ.
Sermo. xxviij. De nigredine ⁊ formositate spõsi. Et quomõ nõ ꝑ uisũ sꝫ
potius per auditum corporis peruenitur ad noticiam ueritatis.
t Enetis credo cuiꝰ ⁊ quibus salomonis pellibus decorẽ sponse
sentẽtia comparatum: si tñ ad ostensionem commẽdationemqꝫ
referat̃ d̃coris data ex hijs similitudo. At si ad nigredinẽ magis
referenda putet̃: reducẽde ad memoriã ille quibꝰ oli salomon tabernacu
lũ opuit. Erãt ꝓculdubio nigre cotidiano exposite soli. cotidianarũ iniu
rijs pluuiaꝝ. Neqꝫ id frustra. sed ut is qui intus repositus erat ornatus
nitidior seruaret̃. Hoc exẽplo sponsa nõ negat nigredinẽ sꝫ excusat. nec
probro ducit qualemcũqꝫ habitũ quẽ caritas formet. iudiciũ ueritatis ñ
iprobet. Deniqꝫ quis ĩfirmat̃ cũ quo nõ ĩfirmet̃: Quis scandalizatur: et
non uritur: Induit se cõpassionis neuũ: ut morbũ ĩ altero passionis le
uet uł sanet. nigrescit candoris zelo. lucro pulchritudinis. Multos can
didos facit unius denigratio: nõ cum tingitur culpa. sed cũ cura afficit̃.
Expedit inquit ut unꝰ moriatur homo pro populo: ⁊ ñ tota gẽs ꝑeat. Ex
pedit ut unus ꝓ oĩbus denigret̃ similitudine carnis peccati: ⁊ non tota
gens nigredie ꝯdẽnet̃ peccati. Splẽdor ⁊ figura sustãtie dei obnubilet̃
in forma serui: pro uita serui. Candor uite eterne nigrescat ĩ carne: pro
carne purgãda. Speciosus forma pre filijs hoĩuꝫ. ꝓ filijs hominum illu
minãdis obscuretur ĩ passione: turpetur in cruce. palleat in morte. Ex to
to nõ sit ei species neqꝫ decor: ut sibi speciosaꝫ ac decorã acquirat spon
sam eclesiaꝫ sine macula ⁊ sine ruga. Agnosco pellẽ salomonis. imo ipꝫ
in pelle nigra salomonem amplector. Habet ⁊ salomon nigredineꝫ: sed
in pelle. foris niger. in cute niger: nõ intus. Alioquin oĩs gloria eiꝰ filie
regis abintꝰ. Intus diuinitatis cãdor. decor uirtutum: splendor gr̃e. ino
centie puritas. Sed tegit hec despicabilior infirmitatis color. ⁊ quasi ab
sconditus uultus eius ⁊ despectus: dum tẽptatur per omnia ꝓ similitu

dine absqꝫ peccato. Agnosco denigrate formā nature. agnosco tunicas
illas pelliceas, pthoplastoꝝ peccantium habitum. Deniqꝫ semetipm̄ de
nigrauit formam serui accipiens: in similitudinem hominuꝫ factus. ⁊ ha
bitu inuentus ut homo. Agnosco sub pelle hedi qui peccatuꝫ significat.
⁊ manum que peccatum nō fecit. ⁊ collum per qđ mali cogitatio nō trā
siuit. ideoqꝫ nō est inuentus dolus ī ore eius. Noui qđ sis lenis. natura
mitis. ⁊ humilis corde. blandus aspectu. suauis spiritu: ⁊ quideꝫ unctus
oleo leticie preconsortibus tuis. Unde nūc ergo ad instar esau pilosus
⁊ hispidus? Cuius nam rugosa ⁊ terra ymago hec: ⁊ unde hij pili? Mei
sunt: nam pilose manus similitudinē exprimūt peccatoris. Meos agno
sco hos pilos: ⁊ in pelle mea uideo deum saluatorē meuꝫ. Non tn̄ rebec
ca sit illum induit. sꝫ Maria: tanto digniorem qui benedictionē accipet
quāto sanctior que peperit. Et bene in meo habitu: qꝛ mihi benedictio
uendicatur: ⁊ mihi postulatur hereditas. Siquidē audierat. postula a me
⁊ dabo tibi gentes hereditatem tuā: ⁊ possessionem tuam terminos ter
re. Tuā inquit hereditatē: tuamqꝫ possessionē dabo tibi. Quomō dabis
ei: si sua ē? ⁊ quomodo suā mones ut postulet? Aut quomō sua si necesse
habet ut postulet? Mihi ꝓinde postulat. qui meā ad hoc induit formaꝫ:
ut suscipiat causā. Quippe disciplina pacis nostre super eū dicēte ꝓphe
ta: ⁊ dn̄s posuit in eo iniquitatē omniū nostrū. Unde debuit fratribꝰ per
oia similari sicut ait apl's: ut misericors fieret. Propterea uox quidē uox
iacob: manus aūt manus sunt esau. Suū ē quod auditur ex eo: qđ in eo
uidetur nr̄m. Qđ loquitur spiritus ⁊ uita: qđ apparet. mortale ⁊ mors.
Aliud cernitur: ⁊ aliud credit. Nigrū sensus renuntiat: fides candidum
⁊ formosum ꝓbat. Niger ē. sꝫ oculis insipientium: nā fidelium mentibꝰ
formosus ualde. Niger ē: sed formosus. Niger reputatione ne herodis:
formosus confessione latronis. centurionis fide. Quā formosum aduerte
rat? qui exclamauit. Uere homo hic filius dei erat. Sꝫ in quo aduertit.
aduertamus. Si eni attenderet qđ apparebat: quomō formosus. quomō
filius dei? Quid nisi deforme ⁊ nigrū oculis spectantiū occurrebat: cum
expansis in cruce manibus medius duorū nequaꝫ risum malignantibus
daret fletū fidelibus. Et solus erat risui: qui solus poterat ēe terrori. solꝰ
honori debuerat. Unde igitur aduertit pulchritudinem crucifixi. ⁊ qđ
is sit filius dei qui cum iniquis reputatus est. Respondere ad id aliquid
nostrum. nec fas nec opus est. Nec enim euangeliste hoc diligentia pre
teriuit. Sic enim habes. Uidens aūt centurio qui ex aduerso stabat. qꝛ
sic clamans expirasse: ait. Uere hic homo filius dei erat. Ergo ad uocē
credidit: ex uoce agnouit filium dei. ⁊ nō ex facie. Erat enim fortassis ex
ouibꝰ eius: de quibus ait. Oues mee uocē meaꝫ audiēt: ⁊ cognoscūt me
mee. Auditus īuenit: qđ ñ uisus. Oculuꝫ species fefellit: auri ueritas se
infudit. Oculus ꝓnūtiabat infirmū. ocl's fedū. oculus miseꝝ. ocl's morte
turpissima condempnatum: auri dei filius. auri formosus innotuit. sed

non iudeorum:quia erant incircumcisi auribus. Merito petrus abscidit auriculam serui.ut viã faceret veritati.⁊ veritas liberaret eum.id est libe rum faceret. Erat ille centurio incircumcisus.sed nõ aure:qui ad unam expirantis uocem sub tot infirimitatis indicijs.dñm maiestatis agnouit. Ideoqz nõ desperit qđ uidit:quia credidit qđ nõ uidit: Nõ autẽ credi dit ex eo quod uidit.sz ex eo ꝓculdubio qđ audiuit:quia fides ex auditu: Dignum quidẽ fuerat ꝑ superiores oculorum fenestras ueritatem ĩtrare ad animam:sed hoc nobis o aĩa seruatur in posterum:cum uidebimus facie ad faciem. Nunc autẽ unde irrepsit morbus.inde remediũ ĩtret:et per eadem sequatur uestigia uita mortẽ.tenebras lux.uenenuz serpẽtis antidotum ueritas.⁊ sanet oculum qui turbatus est:ut serenus uideat quem turbatus nõ potest. Auris prima mortis ianua:prima aperiat̃ ⁊ ui te. Auditus qui tulit reparet uisuz qm̃ nisi crediderimus.nõ ĩtelligem⁹: Ergo auditus ad meritũ.uisus ad premiũ. Unde ꝓpheta. Auditui meo inquit dabis gaudium ⁊ leticiã.qđ fidelis retributio auditionis.beata ui sio sit:⁊ beate meritum uisionis.fidelis auditio ẽ. Beati aũt mundo cor de:quoniam ipsi deũ uidebũt. Porro fide oportet mundari oculum qui uideat deum:quemadmodũ habes.fide mundans corda eoruz. Interiz ergo dum necdũ ꝑatus est uisus.auditus excitetur.auditus exercitetur: auditus excipiat ueritatez.felix cui ueritas attestatur dicens. In auditu auris obediuit mihi. Dignus qui uideaz:si prius quã uideam obedisse inueniar. Securus uidebo:ad quem mee obedientie mun⁹ precesserit. Quaz beatus qui ait. Dominus deus apuit mihi aurem.⁊ ego non con tradico : retrorsum nõ abij. Ubi ⁊ uoluntarie habes obedientie formaz: ⁊ longanimitas exemplum. Qui enim nõ contradicit spontaneus est:et qui retro nõ abijt ꝑseuerat. Utrumqz necessarium:qm̃ hylarem datorez diligit deus. Et qui ꝑseuerauerit usqz in finem:hic saluus erit. Utinam ⁊ mihi apiat aurẽ dñs.intret ad cor meum sermo ueritatis.mundet oc'lz ⁊ lete preparet uisioni:ut dicã deo etiam ipe. Preꝑationez cordis mei audiuit auris tua:ut audiam a deo etiam ipe.cũ ceteris obedientib⁹. Et uos mundi estis.ꝓpter sermonem quem locutus sum uobis. Nec oẽs mundant̃ qui audiunt:sz qui obediunt. Beati qui audiũt ⁊ custodiunt il lud. Talem requirit auditum:qui mandat dicens. Audi isrl'. Talẽ offert qui ait. Loquere dñe:quia audit seruus tuus. Talem spondet qui dicit. Audiam quid loquatur in me dñs deus. Et ut scias etiã spiritũ sanctum hunc in aĩe spiritali ꝓfectu ordinem obseruare:ut uidelicet prius formet auditum:quã letificet uisũ. Audi inquit filia ⁊ uide. Quid intendis oc'lz: Aurem para. Uidere desideras christum.oportet te prius audire euz: audire de eo.ut dicas cum uideris. Sicut audiuim⁹ sic uidimus. Immẽ sa claritas uisus angustus:⁊ non potes ad eam. Potes auditu:sed nõ aspectu. Clamantem deniqz deum adam ubi es.non uidebam iam peccator audiebã tamen. Sed auditus aspectũ restituet:si pius.si uigil:

si fidelis pcesserit: fides purgabit quē turbauit ipietas. ⁊ quē iobediētia clausit. apiet obediētia. Deniqȝ a mādatis tuis iquit itellexi. qđ itellectū reddat. obseruatio mādatoꝝ: quē tulit trāsgressio. Aduerte adhuc i sēo ysaac quomō pre ceteris sensibus audit⁹ i iā sane niguerit. Caligāt ocu li patriarche. palatū seducitur. fallitur manus: nō fallitur auris. Quid mi rum si auris pcipit ueritatem: cuȝ fides ex auditu. auditus ꝑ uerbuȝ dei: uerbum dei ueritas sit? Uox inquit uox iacob ē. Nihil uerius. Manus sūt manus sunt esau. Nihil falsius. falleris: man⁹ similitudo decepit te. Nec in gustu ueritas: ⁊ si suauitas ē. Nam quomō habet ueritatē. qui se putat edere uenationem: cum domesticis uescat edoꝝ carnib⁹? Multo minus ocl's qui nil uidet. Non est ueritas in oculo: nō est sapientia. Ue qui sapientes ait estis in oculis uestris. Non bona sapientia. cui maledi citur. Mundi ē: ac per hoc stulticia apud deū. Bona ⁊ uera sapiētia tra hitur đ occultis: ut sapit beatus iob. Quid foris eam queris in corporis sensu? Sapor in palato. in corde sapiētia ē. Ne queras sapiam in oculo carnis: qꝛ caro ⁊ sanguis non reuelat eā. sed spiritus. Non i gustu oris: nec enim inuenit in terra suauitez uiuentiū. Non i tactu manus: cuȝ san ctus dicat. Si osculatus sum manū meā ore meo: qđ est iniquitas maxia ⁊ negatio in deū. Quod tunc fieri arbitror: cū donum dei qđ est sapiētia non deo sed meritis ascribitur actionum. Sapiens fuit ysaac: sed tamen errauit in sensibus. Solus habet auditus uerum: qui percipit uerbum. Merito carnem rediuiuam uerbi tangere prohibetur mulier carnali ter sapiens: plus quippe tribuens oculo quam oraculo: id est carnis sen sui quam uerbo dei. Quem enim mortuum uidit. resurrecturum non cre didit: cum tamen hoc promiserit ipse. Deniqȝ non quieuit oculus usqȝ dum satiatus est uisus: quoniam non erat consolatio fidei. nec dei rata promissio. Nonne celum et terra quicquid omnino carnis oculus attin gere potest ante habent transire et perire. quam iota unum aut unus apex ex omnibus que loquutus est? Et tamen cessauit a fletu in uisu oculi. que noluit consolari in uerbo domini: pluris habens experimen tum quam fidem. At experimentum fallax. Mittitur ergo ad certiorem fidei cognitionem: que utiqȝ apprehendit quod sensus nescit. experimē tum non inuenit. Noli me tangere inquit. Hoc est dissuesce huic sedu cibili sensui: innitere uerbo. fidei assuesce. fides nescia falli. fides inuisi bilia comprehendens: sensus penuriam nō sentit. Deniqȝ trāsgreditur fines etiam rationis humane: nature uisum. experiētie terminos. Quid interrogas oculū. ad quod nō sufficit? ⁊ manus quid explorare conatur: qđ supra ipsam est? Minus ē quicquid ille ul' illa ōnuntiet. Sane fides pronuntiet de me: que maiestati nil minuat. Disce id habere certius. id tutius sequi. qđ illa suaserit. Noli me tāgere. nundum enim ascendi ad patrem. Quasi uero cum iā ascenderit. tūc tangi uelit ab ea aut possit. Et utique poterit. sed affectu ñ manu. uoto non osculo: fide ñ sensibus.

Quid tu me ait modo tangere queris: que sensu corporis gloriã estimas
resurrectionis? Nescis quod tempore adhuc mee mortalitatis. transfi
gurati ad horã morituri gloriam corporis. oculi discipulorũ sustinere ne
quiuerint? Adhuc quidem tuis sẽsibus gero morem formam ingerendo
seruilem: quam de consuetudine recognoscas. Ceterũ mirabilis facta est
gloria mea ex te: cõfortata ẽ ⁊ non poteris ad eam. Differ ergo iudiciuꝫ
suspende sententiam. ⁊ tante rei diffinitionem ne credas sensui. fidei re
seruato. Illa dignius illa diffiniet certius que plenius cõprehẽdet. De
niqꝫ cõprehendit suo illo mistico ac profundo sinu: que sit longitudo lati
tudo. sublimitas ⁊ profundum. Quod oculus nõ uidit. nec auris audiuit:
nec in cor hominis ascendit: illa in se quasi quodam iuolucro clausũ por
tat. seruatqꝫ signatũ. Illa igitur digne me tanget. que patri consedentẽ
suspiciet non iam ĩ humili habitu sed ĩ celesti: carne ipsa sed altera spe
cie. Quid deformẽ uis tangere? Expecta ut formosum tangas. Nam qui
deformis modo: tunc formosus. Deformis tactui. deformis aspectui. ẟfor
mis deniqꝫ deformi tibi: que sensibus plus inheres fidei minus. Esto fõ
mosa ⁊ tange me. Esto fidelis. ⁊ formosa es. Formosa formosũ ⁊ digniꝰ
tanges ⁊ felicius. Tanges manu fidei. desiderij digito: deuotiõis ample
xu. Tanges oculo mentis. At nũquid adhuc nigrũ? Absit. Dilectus tu
us candidus ⁊ rubicũdus. Formosus plane: quẽ circũdant flores rosarũ
⁊ lilia conuallium: hoc est matrum uirginumque chori. Et qui medius re
sideo utrique non dissideo choro: uirgo ⁊ martir. Quomodo denique
candidis non congruo uirginum choris: uirgo uirginis filius. uirginis
sponsus? Quomodo non roseis matrum: causa uirtus fructus ⁊ forma
martyrij? Talem talis taliterque tangit: ⁊ dic. Dilectus meus, candidus
⁊ rubicundus: electus ex milibus. Milia milium cum dilecto. ⁊ decies
centena milia circa dilectum: ⁊ nemo ad dilectum. Num tibi uerendum
erit. ne forte in quempiam de multitudine errore incidas: querẽdo queꝫ
diligis? Non prorsus ambiges quemnam eligas: facile occurret electus
e milibus. cunctis insignior. Dices. Iste formosus in stola sua: gradiens
in multitudine fortitudinis sue. Non ergo in pelle nigra. que sane hacte
nus ingerenda fuit oculis persequentium. ut contemnerent occidẽdũ:
aut etiam amicorum. ut recognoscerent rediuiuum. Non inquam iam in
pelle occurret nigra. sed in ueste alba. speciosus forma non modo pre fi
lijs hominum: sed etiam pre uultibus angelorum. Quid me uis tange
re in humili habitu. seruili forma: specie contemptibili? Tange celesti
decorum specie. gloria ⁊ honore coronatum. diuina quidem maiestate
tremendum: sed ingenita serenitate gratum ac placidum. Inter hec ad
uertenda prudentia sponse. ⁊ profunditas sermonum eius. que sub figu
ra pellium salomonis scilicet in carne rimata ẽ deũ. ĩ morte uitã summã
glorie ⁊ honoris ĩter obprobria. ⁊ sub nigro deniqꝫ hitu crucifixi cãdorẽ
ĩnocentie splẽdorẽque uirtutum. sicut ille utique pelles cũ essent nigre

atq; ꝺ̄ſpecte.ꝓ̄cioſa ⁊ ꝓ̄cādida ꝑdiuitiſ regis i ſe ornamēta ſeruabāt.Me
rito nigredinē n̄ ꝯtēpnit i pellibꝰ:ꝺ̄ corē qui ſub pellibꝰ ē aduertēs. Et iō
quidam illam cōtēpſerūt:qꝛ hunc minime cognouerunt. Si eni; cogno
uiſſēt: nunquam dominū glorie crucifixiſſent. Non cognouit herodes.
⁊ idcirco deſperit. Non cognouit ſynagoga.que nigredinem illi paſſio
nis ⁊ infirmitatis iꝓoperans.alios ait ſaluos fecit. ſeipſum non poteſt
ſaluū facere.Xp̄s iſrael deſcendat nunc de cruce:⁊ credimus ei.Sed co
gnouit latro ꝺ̄ cruce.l; i cruce:qui ⁊ inocētie puritatē ꝯfeſſus ē.hic aūt i
quiens quid male fecit:⁊ gloriam regie maieſtatis ſimul ē protectatꝰ.me
mento mei dicens cum ueneris in regnum tuum. Cognouit centurio:
qui filium dei clamat.Cognouit eccleſia.que ⁊ emulatur nigredinē: ut
decorem participet. Non confunditur nigra uideri . nigra dici : ut dile
cto dicat.Obprobria exprobrantiu; tibi ceciderunt ſuper me. At ſane
nigra inſtar pellium ſalomonis:foris ſcil' ⁊ non intus. Neque enim itus
nigredinem ſalomon meus habet.Denique non ait nigra ſum ſicut ſa
lomon.ſed ſicut pelles ſalomonis:quod in ſuperficie tantum ſit ueri ni
gredo pacifici. Peccati nigredo intus eſt.⁊ prius interiora culpa cōma
culat.quam ad oculos prodeat.Deniq; de corde exeunt cogitatiōes ma
le.furta.homicidia adulteria.blaſphemie. Et hec ſūt que coinquināt ho
minem:ſed abſit ut ſalomonem.Minime prorſus apud uerum pacifi
cū:iſtiuſmōi īquinamenta reperias.Oportet nāq; eē ſine peccato eum
qui tollit peccata mundi.quo ad reconciliandos peccatores īuentus ido
neus:iure ſibi nomen uendicet ſalomonis.Sed eſt nigredo affligentis
penitentie:cū aſſumitur lamentatio pro delictis. Hanc fortaſſis non ab
horreat in me ſalomon.ſi ſponte induā mihi pro peccatis meis:quia cor
cōtritum ⁊ humiliatum deus non deſpiciet.Eſt ⁊ afficientis compaſſio
nis.ſi afflicto condoleas:⁊ fraternū te decoloret icōmodū.Nec hanc pro
fecto reiciendā putat nr̄ pacificus:quippe quam ⁊ ſibi ipſe pro nobis di
gnanter induit. qui peccata noſtra tulit in corpore ſuo ſuper lignu;. Eſt
⁊ perſequutionis.que ēt pro ſummo ornamento habetur:ſiquidem ſuſpi
tio pro iuſtitia ⁊ ueritate.Unde eſt illud. Ibant gaudentes diſcipuli a
conſpectu concilij:quoniam digni habiti ſunt pro nomine iheſu cōtume
liam pati.Denique beati qui perſequutionem patiuntur propter iuſtiti
am.Hanc potiſſimū gloriari eccleſiam arbitror. hāc libentius immitari
de pellibus ſponſi.Denique ⁊ habet in promiſſione:ſi me perſecuti ſūt
⁊ uos perſequentur.Unde ⁊ addit ſponſa. Nolite me conſiderare qꝺ̄
fuſca ſim:quia decolorauit me ſol . Hoc eſt nolite me uocare quaſi de
formē:qꝛ cernitis ꝑ igruēte ꝑſecutiōe minꝰ florētē:minus ſecundū glori
am ſeculi coloratā. Quid exprobratis nigredinē quā feruor ꝑſequutiōis
n̄ cōuerſatiōis pudor inuexit: Uel ſolē dicit zelū iuſtitie.quo accēdit ⁊ at
tingit aduerſus malignātes:dicens deo.Zelus domus tue comedit me.
Et illud.Tabeſcere me fecit zelus meꝰ:quonia; obliti ſūt uerba tua ini

mici mei. Illud quoqȝ. Defectio tenuit me pro peccatoribus: delinquēti
bus legē tuam. Item. Nonne qui oderunt te domine oderā: ⁊ super ini
micos tuos tabescebā? Etiā illud sapientis caute obseruat. Filie ait tibi
sunt. noli ostēdere letū uultū ad ipsas: ut scit remissis ⁊ mollibus ⁊ fugitā
tibus disciplinā nō candorē serenitatis exhibeas. Uel decolorari a sole
est ignoscere caritate fraterna: flere cū flentibus. cum infirmitatibus in
firmari: uri ad scandala singulorū. Uel sic. Sol iustitie decolorauit me
xp̄s: cuius amore langueo. Langor iste coloris quedā exterminatio est: ⁊
defectus in desiderio anime. Unde ⁊ dicit. Memor fui dei ⁊ delectatus
sum: ⁊ exercitatus sum: ⁊ defecit spiritus meus. Ergo instar urentis solis.
desiderij ardor. peregrinantē in corpore decolorat: dum uultui glorie in
hiantem. impatientē facit repulsa. ⁊ excruciat amantē dilatio. Quis no
strum ita sancto amore ardet. ut desiderio uidendi xp̄m. omnē colorē pre
sentis glorie leticieqȝ fastidiat ⁊ deponat. illa ei ꝓphetica uoce ꝯtestans:
⁊ diē hominis non desideraui tu scis? Item cū sancto dauid. Renuit cō
solari anima mea: id est presentiū bonorū inani leticia despicit colorari.
Uel certe decolorauit me sol sui nimirū cōparatione splendoris. duȝ appro
pians illi. ex eo me obscurā deprehēdo. nigrā inuenio. fedā despicio. Ce
terū alias quidē formosa sum. Quid fuscam dicitis: solius solis pulchritu
dini succumbentē? At sensui priori uident̄ magis assentire ea q̄ sequun
tur. Adiciens siquidē filij matris mee pugnauerunt cōtra me: ꝑsequuti
onem passam se esse aperte significat. Sed hinc aliud sermonis princi
pium ordietur. quoniā sufficere possunt hac uice que accepimus de glo
ria sponsi ecclesie dono ipsius qui est deus benedictus in secula.

Sermo. xxix. De querimonia ecclesie contra suos impugnatores uel ꝯ
tra illos qui impugnant unitatem fraternam.

Ilij matris mee pugnauerunt contra me. Annas ⁊ caiphas. ⁊
f iudas scarioth filij sinagoge fuerunt: ⁊ hij contra ecclesiaȝ eque
sinagoge filiam in ipso exortu ipsius acerbissime pugnauerūt:
suspendentes in ligno collectorem ipsius ihesum. Iam tunc siquidem
deus impleuit per eos quod olim presignauerat. per prophetam dicēs.
percutiam pastorem. ⁊ dispargentur oues. ⁊ fortassis illius uox illa est i
cantico ezechie. Precisa est uelut a texente uita mea. dum adhuc or
direr succidit me. De hijs g° atqȝ alijs qui d̄ illa gēte xp̄ano nomini ꝯ
dixisse sciunt̄. puta dictū a spōsa: filij matris mee pugnauerunt contra
me. et pulchre filios matris sue. non autem ⁊ patris sui illos uocat qui
non habebant patrem deum. sed ex patre diabolo erant. homicide uti
que sicut ⁊ ille homicida erat ab initio. Propterea nō dicit fratres mei
aut filij patris mei: sed filij inquit matris mee: pugnauerunt contra me.
Alioquin si non ita distingueret. uideretur etiam apostolus paulus com
prehensus in hijs de quibus conqueritur. quod ⁊ ipse aliquando perse
quutus sit ecclesiam dei. Sed misericordiam consequutus est: q̄ꝛ igno

rans hoc fecit manens in incredulitate. ⁊ probauit deum se habere patrem: fratrem ecclesie tam ex patre quam ex matre esse. Sed attende quomodo nominatim filios matris sue ⁊ solos incusat. quasi soli in culpa sint. Quanta ⁊ ab extremis passa est: iuxta illud apud ꝓphetam. Sepe expugnauerunt me a iuuentute mea: ⁊ supra dorsum meum fabricauerunt peccatores. Quid igitur singulariter filios matris tue causaris: que te minime ignoras ⁊ ex alijs atq; alijs nationibus sepissime impugnatam? Ad mensam diuitis uocatus diligenter ait cōsidera que tibi apponuntur. fratres ad mensam salomonis sedem⁹. Quis ditior salomone? Non de terrenis dico diuitijs: quāquā ⁊ ipsis salomon abundaret. Sed intuemini presentem mensam: quomodo superius refecta ē delicijs. Spiritualia sunt ⁊ diuina: que nobis in ea apponuntur. Diligēter ergo inquit cōsidera que tibi apponunt̄: sciens qm̄ talia te oportet ꝑparare. Ego utiq; qđ in me est diligenter attendo: id mihi apponi i hijs v̄bis sponse. ⁊ ad eam prorsus doctrinam cautelamq; respicere. qđ ita ex nomine ac sola exprimitur persequutio a domesticis. ⁊ tacent̄ tot ⁊ tam grauia. que ubiq; terrarū nihilominus ex omni natione que sub celo ē. ab infidelibus ab hereticis. ⁊ scismaticis. pertulisse cognoscit̄. Noui spōse prudentiam. nec putauerim casu hec illam. aut quasi immemorē preterisse. Sed profecto id expressius plangit qđ ⁊ sentit differenti⁹: quod q; uigilantius nobis cauendū existimat. Quidnaz hoc? Malum utiq; intestinum atq; domesticū. Hoc tibi manifeste in euangelio ore ipsius saluatoris exprimit̄ cum dicit. ⁊ inimici hominis domestici eius. Hoc ⁊ in propheta. homo īquit pacis mee qui edebat panes meos. magnificauit super me supplantationem. Item. qm̄ si inimicus meus maledixisset mihi sustinuissē utiq;. ⁊ si is qui oderat me sup̱ me magna loquut⁹ fuisset: abscondissez me forsitan ab eo. Tu v̄o hō unanimis. dux me⁹ ⁊ not⁹ meus. qui simul mecum dulces capiebas cibos. hoc est. Quod a te pati or conuiua ⁊ contubernali meo: id molestius sentio: fero egrius. Scitis hec querimonia cuius: ⁊ de quo sit? Agnoscite ergo ⁊ sponsam. eodem de filijs matris sue conquerentem affectu: q2 i eodē spiritu. cum ait. Filij matris mee pugnauerūt cōtra me. Unde ⁊ alibi loquitur. Amici mei ⁊ proximi mei: aduersū me appropinquauerūt ⁊ steterūt. Longe queso a nobis facite semper hoc tam abbominabile ⁊ detestabile malū. uos qui experti estis ⁊ cotidie experimini. quam bonum sit: ⁊ quam iocundum habitare fratres in unum. si tamen in unum ⁊ non in scandalū. Alioquī nec iocūdū plāe nec bonū: s; pessimū ac molestissimū. Ue autē homini illi: per quē unitatis uinculū iocūdū turbat̄. Iudiciū ꝑfecto portabit: quicūq; ē ille. Ante mihi cōtigat mori. quā audire i uobis quēpiā iuste clamitātē: filij mr̄is mee pugnauerūt ꝯtra me. Nōne ꝑsētis ꝯgregatōis tanquā unius matris filij ꝯōes ꝗuos estis: singuli alterutruz fratres? Quid ergo a foris uos ꝯturbare aut ꝯtristaz possit si intus bn̄ estis ⁊ fraterna pa

ce gaudetis? Denique quis nobis nocere poterit: si boni ĩquit emulato
res fueritis? Quamobrez emulamini carismata meliora: ut bonos nos ꝓ
betis emulatores. Carisma ꝑoptimũ: caritas ẽ. Plane icomparabile. qđ
noue sponse celestis sponsus totiens inculcare curabat. nunc quidem di
cens. in hoc omnes cognoscent qꝛ mei estis discipuli. si dilectionẽ habu
eritis ad inuicẽ. nunc uero mandatum nouum do uobis ut diligatis ĩui
cem. ⁊ hoc ẽ preceptũ meũ ut diligatis inuicem. itẽque orans unũ eos
fore. sicut ipe ⁊ pater unũ sunt. Et inde si nõ ipse paulus qui te ad caris
mata meliora inuitat. inter cetera caritatem in summo ponit: siue cũ fide
⁊ spe dicit eam esse maiorem. ⁊ supereminentem sciẽtie: siue cum enu
meratis pluribus aut mirabilibus superne gratie donis. tandem ad suꝑ
excellentiorem uiam nos mittit. haud aliam profecto illam quã caritatẽ
diffiniens. Denique quidnam huic comparandũ putamus. que ipsi pre
fertur martyrio: ac fidei transferenti montes? Hoc igitur est quod dico.
pax uobis a uobis sit. ⁊ omne qđ extrinsecus minari uidetur: non terret
quia non nocet. Nam econtrario quicquid foris blãdiri appareat. nulla
est ꝓfecto consolatio: si intus quod absit seminariũ discordie germinarit.
Proinde dilectissimi pacem habete ad nos. ⁊ nolite ledere inuicem.
non facto. non uerbo. non signo qualicumque: ne quis forte exacerbatꝰ.
⁊ preoccupatus a pusillanimitate spiritus ⁊ tempestate. deum interpella
re cogat. aduersus eos qui se leserunt aut cõtristauerint. ⁊ prorumpere
in uerbum graue contingat: filij matris mee pugnauerunt contra me.
Sic enim peccantes in fratrem: in christũ peccatis qui ait. Qđ uni ex
minimis meis fecistis: mihi fecistis. Nec cauendũ a grauioribus tantũ
offensis: uerbi gratia, ab aperto ꝓuitio. seu maledicto: a clandestino quo
qꝫ ⁊ uenenato susurrio. Non inquã sufficit os custodire ab hijs ⁊ silibꝰ:
cauenda sunt ⁊ leuia. si tamen leue debeat dici. quodcumqꝫ in fratrem
ꝑsumpseris uoluntate ledendi: cum hoc solo si irasceris illi. diuini reus
iudicij tenearis. Merito quidem: Naz qđ tu leue putas. ⁊ ob hoc leuiꝰ
precipitas. plerumqꝫ alius aliter accipit. tanquam homo uidens in facie
⁊ secũdũ faciẽ iudicãs. paratus festucã trabẽ suspicari: ⁊ scintillã putare
fornacẽ. Non eni oĩuz est caritas illa q̃ oĩa credit. Proni sũt autẽ sensus
hoĩs. ⁊ cogitatiões ad malũ potiꝰ suspicandũ. quã ad bonũ credẽduz:
presertĩ ubi disciplina silẽtij. nec te qui ĩ cã es. excusare ꝑmittit: nec illũ
uulnꝰ suspiciõis apire qđ patiť ut cureť. Ita uriť ille. ⁊ moriť clauso ⁊ le
tali uulnere. ĩtra semetipsũ gemẽs. dũ totus in ira ⁊ disceptatione posi
tus nil aliđ silẽs ṽsare ĩ mẽte possit: nisi iniuriã quã accepit. Nõ põt ora
re. nõ põt legere: nõ scm aut spiritale aliq̃d meditari. ⁊ ita ĩtercepto spu
uitali dũ suis õstiata alimẽtis uadit ad mortẽ aĩa ꝓ q̃ xp̃s mõtuꝰ ẽ: quid tu
interim queso animi habes? Quid oratio tua aut opus quodcũque inte
rim feceris sapit tibi. contra quem nimirum christus anxie clamat de
pectore fratris tui quem contristati. filius inquiens matris mee pug

nat cõtra me. ⁊ qui simul mecũ dulces capiebat cibos: repleuit me ama
ritudine? Quod si dexeris illum non tam grauiter pro tam leui causa
debuisse turbari: respondeo. quanto leuior ẽ. tanto a te leuius potuit nõ
committi. Quanquã nescio quomodo leue dicas ut iam dixi. quicquid
amplius ẽ quam irasci: cum uł hoc ipsũ obnoxium eẽ iudico. ex ore ipsi
us acceperis iudiciũ. Quid enim? Tunc leue dixeris ĩ quo offendit xp̃s:
unde ad dei iudicium ꝑtrahi habes: cũ horrendũ sit incidere in ma
nus dei uiuẽtis? Tu ergo accepta forte iniuria qđ interdum non accide
re in his conuentibus difficile ẽ. non cõtinuo more secularis obliqua re
ferre fratrem responsione festines. sꝫ neqꝫ sub specie quasi corripiendi
uerbo acuto ⁊ urenti transfigere audeas ullatenus aĩam pro qua christꝰ
affigi cruci dignatus ẽ. non grunnire quasi increpando. non labijs inusi
tare quasi immurmurãdo. non narem ꝯtrahere aut cachĩnare quasi sub
sannando. non frontem rugare quasi inuehendo aut cõminando. Sane
cõmotio tua ibi moriatur ubi orit̃: nec ꝑmittatur exire que mortẽ portat
ne ꝑimat. ut dicere possis ⁊ tu cũ ꝓpheta: turbatus sum ⁊ nõ sũ loquutꝰ
Quosdã altiꝰ intellexi sentire istud quasi de diabolo ⁊ angelis eiꝰ dictũ:
qui cum fuerint ⁊ ipsi filij ierusalez illius que sursum est mater nostra
ex quo lapsi sumus: nõ cessant sororem suã ecclesiam impugnare. Sed
neqꝫ contendo si quis usurpet hoc etiã in bonã significationẽ: secũdum
qđ spirituales qui sũt ĩ eccl'ia aduersus carnales fr̃es suos dimicãt ĩ gla
dio spiritꝰ qđ ẽ ṽbũ dĩ. uulnerãtes eos ad salutẽ: atqꝫ ad spualia istiusmõi
ĩpugnatiõibꝰ ꝓuehẽtes. Utinã corripiat me iustꝰ ĩ misericordia ⁊ ĩcrepet
me. ꝑcutiẽs ⁊ sanãs occidẽs ⁊ uiuificãs. qͦ audeã ⁊ ego dicerẽ. uiuo ego iã
ñ ego: uiuit uero ĩ me xp̃s. Esto ĩquit ꝯsẽtiẽs aduersario tuo dũ es cũ eo ĩ
uia ne tradat te iudici. ⁊ iudex tortori. Bonus aduersarius cui si ꝯsẽtiẽs
ero. non erit unde aut iudex me calumnietur aut tortor. Ego profecto si
quos uestrum aliquando pro huiusmodi contristaui: non me piget. Con
tristati enim sunt ad salutem. Et quidem nescio me id unquam fecisse
absque mea quoque magna tristitia: secundum illud. mulier cum parit
tristitiam habet. Sed absit ut iam meminerim pressure. tenens fructum
doloris mei. dum perinde uideam christum formatum in sobole. Ne
scio autem quomodo etiam tenerius mihi astricti sunt. qui post increpa
toria ⁊ per increpatoria tandem conualuerunt de infirmitate: quam qui
fortes ab initio permanserunt: non indigentes istiusmodi medicamẽto.
Ergo in hunc sensum poterit ecclesia seu anima diligens deum dicere
quod decolorauit eam sol mittendo scił ⁊ armando de filijs matris eius
qui eam salubriter expugnarẽt. ⁊ captiuã ducerẽt ad fidẽ amorẽqꝫ ipsiꝰ.
mł̃tis utiqꝫ ꝯfixã sagittis: illis đ quibꝰ scriptũ ẽ. Sagitte potẽtes acute.
Et itẽ. Sagitte tue infixe sũt mihi. Ideoqꝫ sequitur ⁊ ait: qm̃ nõ ẽ sani
uitas ĩ carne mea. ut secũdũ aĩam sanior perĩde fortiorque factus dicat.
Sp̃s quidẽ prõptus est: caro aũt infirma. At cũ apostolo: quando ĩfirmõ

tunc fortior suꝫ ⁊ potens. Uides quia carnis infirmitas robur spiritui an
geat. ⁊ subministret uires. Ita e cõtrario noueris carnis fortitudinem: ꝺ̓
bilitatem sp iritus operari. Et quid mirum si hoste debilitato: tu fortior
efficeris? Nisi forte illam tibi insanissime ducas amicam: que nõ cessat
concupiscere aduersus spiritum. Uide ergo si non prudẽter sagittati ⁊ i
pugnati salubriter postulat sanctus: cũ dicit in oratione. Confige timore
tuo carnes meas. Optima timor iste sagitta. qui configit ⁊ interficit car
nis desideria. ut spiritus saluus sit. Sed ⁊ qui castigat corpus suum ⁊ in
seruitutẽ redigit. non ne is tibi uidetur etiam manum contra se pugnã
tis ipse iuuare? Est ⁊ sagitta sermo dei uiuus ⁊ efficax: ⁊ penetrabilior
oĩ gladio ancipiti. De quo saluator. ñ ueni inquit pacẽ mittere sꝫ gladiũ.
Et etiam sagitta electa amor christi. que marie animaꝫ non mõ confixit
sed etiã ꝑtransiuit: ut nullam in pectore uirginali particulã uacuam amo
re relinqueret: sed toto corde. tota anima. tota uirtute diligeret: ⁊ esset
gratia plena. Aut certe ꝑtransiuit eam ut ueniret usqꝫ ad nos. ⁊ ꝺ̓ pleni
tudine illa omnes nos accipemus. ⁊ fieret mater caritatis. cuius pater ẽ
caritas deus. parturiẽs. ⁊ i sole ponẽs tabernaculũ eiꝰ: ut scriptura iploret
que dicit. Dedi te in lucẽ gentiuꝫ ut sis salꝰ mea usqꝫ ad extremũ terre.
Hoc enim impletuꝫ est per mariã que in carne uisibilem edidit: nec de
carne nec cum carne suscepit. Et illa quidem in tota se grande uulnus
accepit amoris ⁊ suaue: ego uero me felicem putauerim. si summo salti
quasi cuspide huius gladij pungi interdum me sensero. ut uel modico
accepto amoris uulnere: dicat etiaꝫ anima mea. Uulnerata caritate ego
sum. Quis mihi tribuat in hunc modũ non modo uulnerari. sed ⁊ expu
gnari omnino usqꝫ ad exterminationem coloris. ⁊ caloris illius qui mili
tat aduersus animam? Si exprobrauerint filie huius seculi illi anime
que huiusmodi est. dicentes pallidam ⁊ sine colore esse. nonne tibi con
grue posse respondere uidebitur. nolite considerare qꝺ̓ fusca sim: qꝛ de
colorauit me sol? Et si se ad hoc meminerint peruenisse. adhortationibꝰ
seu increpationibus aliquorum seruorum dei emulantium eam dei emu
latione: nonne consequenter ueraciterque inferre poterit. qꝛ filij matris
mee pugnauerũt ꝯtra me. Erit igiẗ sẽsus iuxta qꝺ̓ dictũ ẽ. ut ecclesia seu
studiosa q̃uis aĩa id loquaẗ ñ q̃si gemẽs aut ꝯq̃rens: sꝫ q̃si gaudẽs ⁊ grãs
agens. ĩsup ⁊ gl̃ans. qꝺ̓ pro noĩe ⁊ amore xp̃i digna sit fusca seu decolor
esse ⁊ dici atqꝫ hoc ipꝫ ascribat. nõ sue industrie sꝫ gratie ⁊ misericordie
preuenientis se. ⁊ mittentis ad se. Nam quãdo crederent sine predicã
te. Quomodo aũt predicarent: nisi mitterentur. filios matris sue contra
se pugnasse memorat: nõ ut irata sꝫ ut nõ ingrata. Uñ ⁊ sequiẗ. Posue
runt me custodem i uineis. Qꝺ̓ uerbũ utiqꝫ si spiritualiter examineẗ: pu
to, nil in se querimonie aut rancoris habere uidebiẗ: sꝫ magis fauorabile
aliquid redolere. Uerũ ad id ꝯtingendũ priꝰ sane quaꝫ manũ apponeꝛ
audeamus. locus eni sanctus ẽ. cõciliãdus ẽ nobis solitis ꝑcibus ⁊ sic cõ

sultãdus ille spiritus qui scrutatur alta dei: aut certe unigenitus qui ē in
sinu patris spõsus ecclie christ⁹ iesus dñs nr̄: qui ē deus bn̄dict⁹ i scl'a.
Sermo.xxx. Qualiter ppl'i fideliũ seu aīe electoꝝ ꝑ uineas significãtur
quaꝝ ecclie custos dr̄. Et de prudẽtia carnis que est mors.

p Osuerunt me custodem in uineis. Qui? Tui ne illi oppugnato
res: quos ꝓxime memorasti? Audite: intelligite: si nõ se ab illis
ipsis fatetur istã ꝓmotam. a quibus ⁊ passam. Nec mirum tñ:
si quidẽ fuerit causa pugnãdi intẽtio corrigendi. Nã quis nesciat mltos
amicabiliter: utiliterqȝ multotiens oppugnatos? Quã multos cotidie ex
perimur pijs oppugnationibus prelatoꝝ ad meliora ꝓficere: ꝓuebi ad
altiora. Ergo illud poti⁹ demonstremus. si possumus quẽadmodũ aduer
sus ecclesiam pugnatuȝ sit. a filijs matris sue ⁊ hostili animo. ⁊ dampno
utili. Id eni iocũdius cũ qui nocere intendũt: ꝓsint ⁊ nolentes. Utrũqȝ
uero sensum tenet supior interpretatio. quãquidem nõ defuerunt ⁊ qui
bene ⁊ qui male emularent eaȝ. diuersa intentione pugnãtes: sȝ utriqȝ
ꝓfuerunt. In tm̄ deniqȝ se ꝓfecisse ex hijs que ab emulis passa ē glat
ut ꝓ una uinea quã sibi abstulisse uisi sunt. super multas se gaudeat cõ
stitutam. Hoc mihi inquit prestitere pugnando contra me ⁊ contra ui
neam meam. qui dicunt exinanite exinanite usqȝ ad fundamentũ in ea:
ut unam plurib⁹ commutarim. Hoc quippe ē quod infert. uineam meã
n̄ custodiui: taquã causã subiũgẽs. uñ hoc illi ꝯtigerit: ut n̄ in una iã sed i
plurib⁹ custos posita sit. Et littera quidẽ sic ē. Sȝ si eã simpl'r sequit: ꝯtẽti
eo solo qd sonat i sup̄ficie illa uidet: putabim⁹ nos legere i scriptura scā
de hijs uineis corp̄eis ⁊ terrenis quas cotidie cernim⁹ rore celi ⁊ d pin
guedine terre accipere unde unum fundunt. in quo est luxuria. ⁊ sic nil
non dico dñi sponse dignum: sed nec cuius ceterũ congruuȝ: qd de tam
sancta ⁊ diuina scriptura attulisse uidebimur. Que enim conuenientia:
sponsis ⁊ custodie uinearuȝ? Sed ⁊ si conuenire putet: unde docebim⁹
fuisse aliquando eccl'aȝ istiusmodi deputatã officio? Nunquid de uineis
cura ē deo? Si aũt spiritali sensu uineas eccl'as. id est fideles interpreta
mur ppl'os iuxta ꝓphete sensũ dicẽtis. uinea dñi sabaoth dom⁹ ysrl' ē. in
cipiet fortassis elucere nobis: quomõ sponse minime indignũ sit fieri cu
stodẽ i uineis. Puto qd ⁊ n̄ parua isup ⁊ in h⁹ apparebit ipo ꝓrogatiua.
si quis diligentius curet aduertere: quãtum ubiqȝ per orbẽ in huiusmõi
uineas dilatauerit termios suos a die illa qua iherosolimis a filijs matris
sue expugnata est et exturbata una cum illa prima sua nouella planta
tione. multitudinem dico credentium. quorum legitur fuisse cor unum.
et anima una. Et ipsa est quam modo fatetur se minime custodisse:
sȝ n̄ ad isipiẽtiã sibi. Nec. n. ita inde euulsa i p̄secutiõe fuit. ut n̄ alibi plã
taret atqȝ locaret alijs agricol': qui reddãt fruct⁹ ei⁹ tp̄orib⁹ suis. Nõ pror
sus. n̄ p̄ijt: sȝ migrauit. Et iã creuit ⁊ dilatata ē: tãq̄ȝ cui bn̄dixit dñs. De
niqȝ leua ocl'os tuos ⁊ uid. si n̄ op̄uit mõtes ũbra ei⁹. ⁊ arbusta ei⁹ cedros

đi.ſi ñ extēdit palmites ſuos uſq₃ ad mare:⁊ uſq₃ ad flumē ꝓpagies eiꝰ.
Nec miꝝ đi.n.edificatio ē:đi agricltura ē. Ipe fecūdat.ipſe ꝓpagat.ip̄e
putat ⁊ purgat eam:ut fructum plus afferat. Quando nāque ſua đſtru
eret cura uel opera:quā plantauit dextera eius? Non plane habenda
neglectui:ī qua apoſtoli palmites.dominus uitis. ⁊ pr̄ eiꝰ agricola ē. In
fide plantata.ī caritate mittit radices.defoſſa ſarculo diſcipline:ſtercora
ta penitentium lacrimis.rigata predicantiū uerbis.⁊ ſic ſane exuberās
uino in quo ē letitia ſed ñ luxuria:uino totius ſuauitatis.nulliꝰ libidinis.
Hoc certe uinū letificat cor hoīs:hoc conſtat ⁊ āgelos bibere.cū letitia.
Denique gaudēt ī cōuerſione ⁊ penitentia peccatoꝝ.ſalutē hoīuz ſitiē
tes.lacrime penitentium uinum eoꝝ:qđ in illis odor uite ſapor gratie
ſit.indulgentie guſtus.reconciliationis iocūditas.ſanitas redeuntis īno
centie:ſerenate ſuauitas conſcientie.Ergo ex illa una uinea quā ſane ꝑ
ſecutionis uiſa eſt deleuiſſe tēpeſtaſ: quādo te ī uniuerſa terra propaga
te refloruerūt?Et in hijs omnibus cuſtos poſita eſt ſponſa: ut non cōtri
ſtetur quod primam uineaz non cuſtodiuit.Conſolare filia ſyon.Si ceci
tas ex parte cotingit in iſrael : quid tu perdis?Mirare miſteriū: ⁊ noli
plangere detrimētū.Dilata ſinū:⁊ collige plenitudinē gentiū.Dic ciui
tatibus iude.Uobis oportet primum loqui uerbum dei:ſed qm̄ reppuli
ſtis illud.⁊ indignos uos iudicaſtis eterne uite:ecce conuertimur ad gē
tes.Moyſi ſane oblatum eſt a deo ſi preuaricatorē populū uellet dimit
tere:⁊ diuine exponere ultioni:ipſum quidem fieri poſſe in gentem ma
gnam:ſed ille renuit.Quare? Ob nimiam profecto dilectionem: qua il
li fortiter deuinctus populo tenebatur.⁊ quoniam nō querebat que ſua
ſunt.ſed dei honorem:⁊ non quod ſibi utile foret.ſed quod multis. Et il
le quidem ſic.Ego autem conſilio ſecretiori puto hoc munus diuinitus
pro ſui magnitudine ſeruatum ſponſe:ut ipſa potius ⁊ non moyſes mit
teretur in gentem magnam.Non enim oportebat amicum ſponſi preri
pere ſponſe benedictionem:⁊ propterea non quidem moyſes ſed noua
ſponſa cui dicitur.ite in mundum uniuerſum.predicate euangelium om
ni creature:ipſa prorſus miſſa eſt in gentem magnam .Num in maiorē
potuit:quam in uniuerſitatem?Et facile uniureſitas ceſſit portanti pacē:
gratiam offerenti.Sed non ſicut gratia : ita ⁊ lex .Quam diſſimili uul
tu ad omnem conſcientiaz ſe offerunt.ſuauitas huius:⁊ illiꝰ auſteritas?
Quis ſane ex equo reſpiciat condēnantem ⁊ ſolantem. repoſcentem ⁊
ignoſcentem: plectētem ⁊ āplectentē? Non pari profecto acceptabitur
uoto umbra ⁊ lux.ira ⁊ pax.iudiciū ⁊ mīa.figura ⁊ ueritas.uirga ⁊ here
ditas:frenū ⁊ oſculum.Graues đnique moyſi manus:teſtibus aaron ⁊
ur.Graue legis iugū.teſtibꝰ ipſiſ apl'is:qui hoc ⁊ ſibi ⁊ patribꝰ ipōtabile
clāitāt.Graue iugū ⁊ uile p̄miū:nā t̄ra ē ī ꝓmiſſiōe. Pro huiuſmōi ñ ē
moyſes miſſus ī gētē magnā.Ueꝝ tu mat̄ eccl'ia ꝓmiſſionē hñs uite q̄
nc̄ ē ⁊ futur̄.facile ī duplici gr̄a obties ab uniuerſis te r̄cipi:⁊ ꝑꝑ iugū ſu

aue. ⁊ propter regnum sublime. Pulsa de ciuitate ab uniuersitate exci
peris. duz sic prouocat quod promittis: ut quod imponis ñ terreat. Quid
adhuc unius uiuee plangis damnũ: qđ tanto tibi fenore cõpensatum ẽ.
Pro eo qđ fuisti derelicta ⁊ odio habita. ⁊ nõ fuit qui per te transiret:
ponam te inquit in superbiam seculorum. gaudium in generatione ⁊ ge
neratione. ⁊ suges lac gentiũ ⁊ mamilla reguz lactaberis: ⁊ scies quia
ego dominus saluans te. ⁊ redemptor tuus fortis iacob. Tali itaque mo
do dicit se sponsa positam in uineis engaddi: ⁊ quia uineam suam non
custodiuit. Ego loci huius occasione. meipsum reprehendere soleo. qđ
animarum susceperim curam qui meam non sufficerem custodire: uine
as animas interpretans. Quod si probas ⁊ tu hanc uestram interpreta
tionem: uide etiam consequẽter. an recte quoque dicamus. fidem uitẽ:
uirtutes palmites: botrum opus. deuotionem uinum. Siquidez nec pal
mes absque uite: nec uirtus sine fide aliquid est. Sine fide enim impos
sibile est placere deo: fortasse ⁊ displicere necesse erit. Denique omne
quod non est ex fide: peccatum est. Hoc ergo oportuit illos considerare
qui me posuerunt custodem in uineis: si uidelicet propriam custodissez.
At quanto tempore inculta iacuit: redacta in solitudinem? Prorsus de
fecerat uinum ex ea: arefactis pre sterilitate fidei. uirtutum palmitibus.
Erat fides: sed mortua. Quomodo enim non mortua: sine operibus? Et
id quidem in seculari uita. Ceterum conuersus ad dominum. meliuscu
lum fateor cepi custodire: non tamen prout oportuit. Et quis nempe ad
hoc idoneus? Nec sanctus propheta qui ait. Nisi dominus custodierit
ciuitatem frustra uigilat qui custodit eam. Quantis etiam tunc memini
me patere insidijs: illius qui sagittat in occultis immaculatũ? Quantum
nobis o uinea mea furtiuis subreptum est machinamentis. eo ipso tem
pore quo uigilantius intendere cepimus cure ⁊ custodie nostre? Quot
⁊ quales piorum botros operum. aut prefocauit ira. aut tulit iactãtia: aut
fedauit inanis gloria? Quanta ab illecebra gule. quanta a pusillanimi
tate spiritus. quanta ab accidie spiritu. ⁊ tempestate sustinuimus? Sic
eram. ⁊ nihilominus tamen me posuerunt custodem in uineis. non con
siderantes quid de mea ego facerem uel fecissem: nec audientes arguẽ
tem magistrum ac dicentem. Si quis domui sue preesse nescit: quomõ
ecclesie dei diligentiam habebit? Miror audaciam plurimorum. quos
uidemus de suis uineis non colligere nisi spinas ⁊ tribulos. uineis tñ
dominicis etiam se ingerere non uereri. fures sunt ⁊ latrones: non custo
des neqz cultores. Hoc illis. Ue autem mihi etiam nunc a periculo ui
nee anime mee. immo magis nunc. quando pluribus intentus. mi⁹ cir
ca unam diligens. minusqz sollicitus fieri cogor. Nec sepem circundarẽ.
nec torcular fodere in ea licet. Heu destructa est maceria eius: uindemi
ant eam omnes qui pretergrediuntur uiam. Patet exposita tristitie: ira
cundie atque impatientie peruia. Demoliuntur eam sedule quedam

uulpecule:instantium necessitatum. Irrumpũt undiqꝫ anxietates:suspi
tiones.sollicitudines.Turbe discordantium.causarum molestie:rara ho
ra desunt.Non est prohibẽdi facultas.nõ copia declinandi:sed nec orã
di spatium.Quo unibre lacrimaruꝫ ꝓfundere sufficiam:sterilitatem ani
me mee:Uinee mee uolui'dicere.sed de psalmo'sic incidit propter 'usũ:
sensus ideꝫ est.Nec piget erroris.qui admonet similitudinis:qꝛ non de
uinea sermo ẽ sed de anima cogitetur:cum uinea legitur.Si quideꝫ sub
specie ⁊ nomine;illius sterilitas' deplorat̃ . Quibus ergo lacrimis riga
bo sterilitateꝫ uinee mee:'Omnes palmites eius aruerũt pre inopia. Ia
cent sine fructu:eo quod non habeant humorẽ.Iesu bone quos fascicu
los sarmentorum ex eis in tuo cotidie sacrificio.ustio contriti cordis mei:
te teste absumit:'Sit obsecro sacrificium tibi cõtribulatus spiritus:cor cõ
tritum ⁊ humiliatum deus non despicias.Et ego quidẽ sic pro imꝑfecto
meo traho ad me capitulũ presens. Perfectꝰ autẽ omnis erit:qui alias
dicere poterit.uineã meam nõ custodiui illo uidelicet sẽsu:quo saluator
loquitur in euãgelio. Qui perdiderit aĩam suã ꝓpter me:inueniet eaꝫ.
Idoneus plane ⁊ dignus qui ponat̃ custos in uineis.quem ꝓprie cura
uinee a cõmissarũ diligentia ⁊ sollicitudine nõ ĩpedit aut retardat:dum
nõ querit que sua sũt neqꝫ qꝺ sibi utile ẽ:sed qꝺ multis. Propterea sa
ne petro cura ista credita ẽ in tam multis uineis.que erãt de circũsione
qꝛ homo patꝰ erat ⁊ ĩ carcerẽ ⁊ ĩ mortẽ ire.usqꝫ adeo sue uinee.id ẽ sue
aĩe ñ detinebit̃ amore:quominꝰ cure ĩtẽderet creditaꝝ.Merito ⁊ paulo
ĩter gẽtes tam ingens silua credita ẽ uineaꝝ:qꝺ ⁊ ĩpe in sue custodia ui
nee minie curiosus ĩuentus sit:ita ut nõ solũ alligari.sꝫ ⁊ mori in ihersim
paratus fuerit ꝓpter nomẽ iesu christi. Deniqꝫ nihil horũ uereor ĩquit:
nec'facio aĩam meã preciosiorem quã me. Optimus estimator rerũ:qui
nil suorũ sibi preferendum existimet. Quã multi saluti ꝓprie modicam
uilissimamqꝫ pecuniã pertulerunt. Paulus nec animã.Non inquit fa
cio eã preciosiorẽ quã me.Ergo differentiã facis inter te ⁊ animã tuaꝫ.
Prudenter quidẽ tu tibi pluris es quaꝫ quiduis tuũ:sꝫ quomodo ñ tua
aĩa tu:'Arbitror qꝺ qꝛ paulus iã tũc in spiritu ambularet:⁊ mẽte ꝯsẽtiret
legi dei qm̃ bona ẽ:idcirco hãc ĩpaꝫ mentẽ sua tanquã principale ac su
ꝑmũ quiddã sui dignũ duxerit.sui met potiꝰ.quã sue cuiuspiã rei noĩe
designare.Reliquũ uero qꝺ cõstat nature ẽe inferioris.⁊ inferiori ꝑinde
melioriqꝫ essẽtie.qꝺ ẽ corpus inherere.ñ mõ officio uiuificãdi ac sẽsificã
di.sꝫ ⁊ fouẽdi nutriẽdiqꝫ desiderio.hᵒ inquã sẽsuale atqꝫ carnale appella
tiõe sui homo spiritualis ĩdignuꝫ iudicans.ĩter sua magis cẽsuit deputã
dũ:quã se ꝑsonaliter exprimẽdũ ꝑ illud. Cũ medico'ĩquit.excellẽtius qꝺ
in me ẽ.in quo ⁊ sto ꝑ grãꝫ dei:id est mentem rationemqꝫ intellige.Cũ
loquor animã meã hoc inferius accipe quod carni animãde uides acco
modatum:ẽt ⁊ uinctum in concupiscentia. Id me fuisse quidem.sed iaꝫ
non esse agnosco.quia non,secũdum carnẽ adhuc ambulo:sed secũdum

ſpiritum. Uiuo ego iam non ego:uiuit uero in me chr̄ſtus. Secūdum
mentem ego:ſecūdum carnem non ego. Quid enim ſi carnaliter etiam
nunc anima cōcupiſcit? Jam nō ego opoꝛ illud:ſꝫ qđ habitat ī me pecca
tum. ⁊ ideo nō me quidē. ſed tñ meū dixerim qđ in me carnaliter ſapit:
idqꝫ nō aliud quā ipſaꝫ animam. Reuera eniꝫ anime poꝛtio eſt carnalis
affectio eius ⁊ uita. quā amminiſtrat coꝛpi. Hanc ergo animā ſuā paulꝰ
ſpernebat pꝛe ſe. ꝑatus pꝛo dn̄o nō ſolū alligari:ſed ⁊ moꝛi ī iherlm. ⁊ ſic
perdere animā ſuā:iuxta cōſiliū dn̄i. Tu quoqꝫ ſi pꝛopriā deſeras uolun
tatē. ſi coꝛꝑis uoluptatibus ꝑfecte renūties. ſi carnē tuā crucifigas cuꝫ ui
tijs ⁊ cōcupiſcentijs. ſed ⁊ moꝛtifices mēbra tua que ſunt ſuꝑ terraꝫ. ꝓba
bis te pauli imitatoꝛē. qui nō facias animā tuā pꝛecioſioꝛē teipſo: ꝓbabiſ
⁊ xp̄i diſcipulū. etiā illā perdēdo ſalubriter. Et quidē prudētius eā ꝑdis
ut cuſtodias:quā cuſtodis ut ꝑdas. Naꝫ qui uoluerit animā ſuā ſaluam
facere:ꝑdet eam. Quid hic uos dicitis obſeruatoꝛes ciboꝛum:moruꝫ ne
glectoꝛes. Hypocras ⁊ ſequaces eiꝰ docent animas ſaluas facere ī hoc
mundo:xp̄s ⁊ eius diſcipuli perdere. Quemnam uos e duobꝰ ſequi ma
giſtrū eligitis? At manifeſtū ſe facit qui ſic diſputat:hoc oculis: ⁊ hoc ca
piti:illud pectoꝛi uel ſtomacho nocet. Profecto unuſquiſqꝫ quod a ſuo
magiſtro didicit: Hoc in mediū ꝓfert. Nuꝫ ī euangelio legiſti has diffe
rentias aut ī ꝓphetis:aut in litteris apoſtoloꝝ. Caro ⁊ ſanguis pꝛo cer
to reuelauit tibi hanc ſapientiā:nō ſpiritus patris. Eſt enim carnis hec
ſapientia. Sed audi quid de ea noſtri medici ſentiāt. Sapientia iquiunt
carnis:moꝛs eſt. Item. Sapiētia carnis:inimica eſt deo. Non hipocra
tis ſeu galieni ſententiā. aut certe de ſcola epicurei debui ꝓponere uo
bis: Xp̄i ſum diſcipulus:xp̄i diſcipulis loquoꝛ. Ego ſi peregrinū dogma
induxero:ipſe peccaui. Epicurus atqꝫ hypocras. coꝛꝑis alter uoluptatē.
alter bonā habitudinē pꝛefert:meus magiſter utriuſqꝫ rei contemptum
pꝛedicat. Anime in coꝛꝑe uitā quā ſummo ſtudio iſte unde ſuſtētet. ille
unde ⁊ delectet inquirit. atqꝫ inquirere docet: ſaluatoꝛ monet ⁊ ꝑdere.
Quid eni tibi aliud de xp̄i auditorio ſonuit. cū paulo ante clamatū eſt:
qui animā ſuā perdet eam: Perdet eaꝫ dixit. ſiue ponēdo ut martyr. ſi
ue affligēdo ut penitēs. Quāquā genus martyrij eſt ſpiritu facta carnis
moꝛtificare. illo nimirū quo mēbꝛa cedunt ferro. hoꝛroꝛe quidē mitius:ſꝫ
diuturnitate moleſtius. Uides ne hac ſententia magiſtri mei carnis ſa
pientiā cōdemnari. per quā utrinqꝫ aut in luxū uoluptatis defluitur:aut
ipſa quoqꝫ bona ualitudo coꝛpoꝛis ultra quā opoꝛtet appetit.. Denique
qđ uera ſapiētia ī uoluptates nō effluat. audiſti ꝓfecto a ſapiente. nec in
ueniri quidē hāc in terra ſuauiter uiuentiū. Qui autē inuenit dic. Suꝑ
ſalutē ⁊ omnē pulchritudinē dilexi ſapientiā. Si ſuꝑ ſalutē ⁊ pulchritudi
nem:quanto magis ſuper uoluptatem ⁊ turpitudinem? Quid uero pꝛo
deſt temperare a uoluptatibus. ⁊ inueſtigandis diuerſitatibꝰ ꝯplexionū
ciborumqꝫ uarietatibus exquirēdis cotidianam expendere curā: Legu

mina iquit uentosa sunt caseus stomachū grauat. lac capiti nocet. potuz aque ñ sustinet pectus: caules nutriūt melācoliaz. colerā porri accēdūt pisces de stagno aut de lutosa aqua mee penitus cōplexioni ñ cōgruūt. Quale ē hoc ut i totis fluuijs agris hortis. cellarijsue reperiri uix possit quod comedas: Putate queso monachū eē ñ medicū: nec ꝺ cōplexiōe iudicādū. sꝫ de professiōe. Parce obsecro primū quidē quieti tue. parce deinde labori ministrātiū. parce grauamini domus: parce cōscientie. Conscientie dico non tue: sed alterius. illius uidelicet. qui prope sedēs ꝛ edēs qꝺ sibi appōitꝛ: ꝺ cui singlari ieiunio murmurat. Scādalo quippe ē ei. aut tua odiosa supstitio aut duritia. q̄ꝫ fōte. putat illi⁹ qui tibi hꝫ, puiderꝛ Scandalizatꝛ inquā i tua singularitate frater iudicās te supstitiosū. tanq̄ꝫ supflua queritantē: aut certe me dux causans: qui nō pquiram uictui tuo necessaria. Frustra sibi quidā blandiuntur de exēplo pauli hortantis discipulum nō bibere aquā. sed modico uti uino ,ppter stomachum: ꝛ frequentes suas infirmitates. Qui attendere debent. primum quidem apostolum minime sibiipsi rem istiusmodi suadere: sed nec discipulum eque exposcere sibi. Deinde non monacho hoc intimari. sed ipso cuius uita tenere ꝛ adhuc nascenti ecclesie pernecessaria eēt. Timothe⁹ hic erat. Da mihi alterū timotheū: ꝛ ego cibo eū si uis etiam auro. ꝛ poto balsamo. Ceterꝫ tu tibimetipsi dispensas: misertus tui. Suspecta ē mihi fateor tua ipsius in te dispensatio. ꝛ uereor tibi illudi sub tegmine ꝛ nomie discretionis: a carnis prudētia. Jd te salti admonitū uolo esse. ut si ita tibi auctoritas apostoli placet de bibendo uino: modico quod ille adiunxit non pretermittas. Et de hoc satis. Sed reuertamur ad sponsam: ꝛ discamus ab ea uineas proprias se utiliter non custodire: presertiꝫ nos qui uidemur deputati custodes i uineis sponsi ecclesie ihesu christi domini nostri: qui est deus benedictus in secula.

Sermo. xxxj. De excellētia diuine uisionis. Et qualiter in pn̄ti. sāctis uiris gustus diuine presentie uariatur pro uarijs anime desiderijs.

[I]Ndica mihi quē diligit aia mea: ubi pascas ubi cubes i meridie. Studiosi⁹ mētibus uerbū spōsus freqūēter apparet. ꝛ ñ sub una specie. Quid ita: Profecto qm̄ nondū uꝛ sicuti ē. Nēpe illa uisio stat. qꝛ forma stat. que tūc uidetꝛ. Est⁹ eni nec ullam capit ex eo qꝺ ē. fuit uel erit mutationē. Tolle nēpe fuit ꝛ erit: uñ iaꝫ trāsmutatio: aut uicissitudinis obumbratio: At quicquid uenies ex eo qꝺ fuit: nō cessat tēdere i id, qꝺ erit: trāsituꝫ sane hēt ꝑ ē: sed omnino ñ ē. Nā quomō est qꝺ nūq̄ꝫ i eodē statu ꝑmanet: Solū, ꝑinꝺ ē uere: qꝺ nec affuit ꝑcidit. nec abeūt expūgitꝛ. sꝫ solū atqꝫ iexpugnabile ꝑmanet ei ē: ꝛ manꝫ ꝗ ē. Nec fuit sāe tollit illi ēe ab eterno. nec erit ēe i eternū: ac ꝑ h⁹ sibi uēdicat uerꝫ ēe. id ē icreabile. itermiabile: iuariabile. Cū g° ipe qui sic ē. imo qui ñ sic āt sic ē: uidetꝛ sicuti ē. stat ut dixi illa uisio. qꝛ nlla eā iterpolat uicissitudo. Et tūc ille de euangelio un⁹ omnib⁹ qui sic uidēt denarius redditꝛ: ꝛ in una

ſpecie que offertur. Nam ⁊ qđ appet. ut iuariabile in ſe eſt. ita inuari
abiliter intuentibus pręſto ē. ⁊ quibus apparet nil uidere deſiderabiliꝰ
uolunt. nil poſſūt delectabilius. Quādo ergo illa uel faſtidiet auiditas.
uel ſe ſubtrahet ſuauitas. uł fraudabit ṽitas: uł ōficiet eternitas. Qđ ſi ī
eternū extēdit̃ uidēdi copia ꝑiter ⁊ uolūtas: qūo nō plena felicitas: Nil
quippe aut đeſt iā ſēꝑ uidētibꝰ: aut ſuꝑeſt ſēꝑ uolētibꝰ. At talis uiſio nō
ē uite pręſentis: ſꝫ in nouiſſimis reſeruatur hijs dūtaxat qui dicere poſ
ſunt. Scimus qꝛ cum apparuerit. ſimiles ei erimus: quia uidebimus eū
ſicuti ē. Et nūc quidē appet quibꝰ uult: ſꝫ ſicuti ułt ñ ſicuti ē. Nō ſapiēs.
non ſanctus. non ꝓpheta uidere illuꝫ ſicuti ē poteſt aut potuit. ī corpore
hoc mortali: poterit aūt in īmortali qui dignus habebitur. Itaqꝫ uidet̃
⁊ hic. ſed ſicut uidetur ipſi: ⁊ non ſicuti ē. Naꝫ neque hoc luminare ma
gnum. ſolē loquor iſtum quem cotidie uides. uidiſti tñ aliquando ſicuti ē
ſed tm̃ ſicut illuminat: uerbi cauſa aerem. montē parietē. Qđ ne ipſū
quidem aliquatenus poſſes: ſi non aliqua ex parte ipſum lumen corpo
ris tui pro ſui ingenita ſerenitate ⁊ perſpicuitate celeſti lumini ſimile
eſſet. Non denique alterū membrum corporis capax ē luminis: ob mul
tam utique diſſimilitudinem. Sed nec ipſe oculus: cum turbatus fuerit
lumini ꝓpinquabit. nimiꝝ ob amiſſā ſimilitudinē. Qui ergo turbatꝰ nul
latenus ſerenū ſolē uidet ꝓpter diſſimilitudinē. ſerenꝰ aliquatenꝰ uidet
ꝓpter nō nullā ſimilitudinē. ꝑfecto ſi pari prorſus puritate uigeret: uide
ret omnino īoffenſa acie euꝫ ſicuti ē ꝓpter omnimodā ſimilitudinē. Ita
⁊ ſolē iuſticie. illum qui illuminat omnem hominem uenientem in hunc
mundum uidere in hoc mundo ſicut illuminat illuminatus poteſt. tan
quam iam ī aliquo ſimilis: ſicuti eſt oīo ñ pōt. taquā nōdū ꝑfecte ſimilis.
Propterea dicit. Accedite ad eū ⁊ illuminamini: ⁊ facies ueſtre nō cō
fūdent̃. Ita ſāe: ſꝫ ſi q̄ꝫtū ē ſatis illumiamur: ut reuelata facie ſpeculātes
gł'am dei. ī eādē ymaginē trāſformet̃ de claritate ī claritatē: tāquā a dñi
ſpiritu. Ergo accedendū ad eū nō irruēduꝫ: ne irreuerēs ſcrutator maie
ſtatis opprimat̃ a gł'a. Nec locis ſane accedēduꝫ. ſꝫ claritatibꝰ ipſiſqꝫ nō
corꝑeis: ſꝫ ſpiritalibus. tanquaꝫ a dñi ſpiritu. A dñi plane ⁊ ñ a nr̃o: quā
uis in nr̃o. Qui itaqꝫ clarior. ille ꝓpiquior: ēe aūt clariſſimū. ꝑueniſſe ē.
Porro iā preſentibꝰ. ñ allud ēe uidere ſicuti ē. quaꝫ ēe ſicuti ē. ⁊ aliqua
diſſimilitudine nō confundi. Sed id tunc: ut dixi. Interim uero tāta hec
formaruꝫ uarietas. atqꝫ numeroſitas ſpecierꝫ in rebus conditis quid niſi
quidam ſunt radij deitatis: monſtrantes quideꝫ quia uere ſit a quo ſūt
non tamen diffinientes prorſus quid ſit: Itaque de ipſo uides: ſed non
ipſum. Cum autem de eo quem non uides. cetera uides. ſcis indubitan
ter exiſtere. quem oportet inquirere. ut inquirentem non fraudet gratia
negligentem ignorantia non excuſet. Uerum hoc genus uidendi com
mune. In prōptu enim eſt iuxta apoſtolum omni utenti ratione. inuiſibi
lia dei per ea que facta ſunt intellecta conſpicere. Alius proculdubio

ille modus: quo quondam patribus crebra illa atque ambitiosa diuine presentie familiaritas dignanter indulta est. quanquã nec ipsis sicuti ẽ. sed sicut dignata est. Nec uno modo: sed ut ait apl's. multipharie multis que modis. cũ ipse in se sit unus. ipso dicente ad israel. dominus deus tuus deus unus ẽ. Et hec demonstratio nõ quidẽ cõis. sed tamen foris facta est. nimirum exhibita per ymagines extrinsecus apparentes. seu uoces sonantes. Sed est diuina inspectio eo differentior ab hijs. quo in terior: cũ per se ipsum dignatur inuisere deus animam querentem se: que tamẽ ad querendũ toto se desiderio ⁊ amore deuouit. Et hoc signũ istiusmõi aduentus eius: sicut ab eo qui expertus est edocemur. Ignis ante ipsum precedet: ⁊ iflamabit i circuitu inimicos eius. Oportet nãqz ut sancti desiderij ardor preueniat faciem eius. ad omnem animam ad quam ẽ ipse uenturus. qui oẽm cõsumat rubiginem uitiorũ. ⁊ sic prepa ret locũ dño. Et tũc sit anima qꝫ iuxta ẽ dominus. cũ se senserit illo igne succensam: ⁊ dixerit cũ propheta. De excelso misit ignẽ i ossibus meis: ⁊ erudiuit me. Et illud. Cõcaluit cor meũ itra me: ⁊ i meditatione mea exardescet ignis. Tali aĩe suspiranti frequẽter: imo sine itermissiõe orã ti ⁊ afflictam se pre desiderio: cũ iterdũ desideratus ille qui ita queritur miseratus occurrit: puto illi õ propria experientia conuenire. ut dicat cũ sancto iheremia. Bonus es domine sperantibus in te: aĩe querenti te. Sed ⁊ angelus eius qui unus est de sodalibus sponsi i hoc ipsum depu tatus. minister profecto ⁊ arbiter secrete mutueqꝫ salutationis. is inquam angelus quomodo tripudiat. quomodo collectatur ⁊ cõdelectaꝛ: ⁊ cõuer sus ad dominũ dicit. Gratias tibi ago domine maiestatis: qꝛ desideriũ cordis eius tribuisti ei: ⁊ uolũtate labiorum eius non fraudasti eaꝫ. Ipse ẽ qui in oĩ loco sedulus quidam pedisequus aĩe. nõ cessat sollicitaꝛ eã: ⁊ assiduis suggestionib⁹ monere dicens. Delectare i domino: ⁊ dabit ti bi petitiones cordis tui. Et rursum. Expecta dominum: ⁊ custodi uiam ei⁹. Itẽ. Si moram fecerit expecta eum: qꝛ ueniet ⁊ nõ tardabit. Ad do minum aũt. Sicut ceruus inquit desiderat ad fontes aquarum ita desi derat anima ista ad te deus. Desiderauit te i nocte: sed ⁊ spiritus tuus i precordijs eius de mane uigilauit ad te. Et iterũ. Tota die expandit ad te manus suas: dimitte illam qꝫ clamat post te. Conuertere aliquantulũ ⁊ deprecabilis esto super eam. Respice õ cello: ⁊ uide ⁊ uisita desolatã. Fidelis paranymphus. qui mutui amoris conscius sed nõ inuidus: non suam querit sed domini gloriam. Discurrit medius inter dilectum ⁊ di lectam: uota offerens. referens dona. Excitat istam: placat illum. Inter dum quoque licet raro representat eos pariter sibi: siue hanc rapiens. si ue illũ adducens. Siquidẽ domesticus ẽ ⁊ notus i palatio: nec ueretur repulsam. ⁊ cotidie uidet faciẽ patris. Uide antẽ tu. ne quid nos in hac uerbi aĩeqꝫ cõmixtione corporeũ seu ymaginatorium sentire existimes. Id loquimur quod apostolus dicit: qm̃ qui adheret deo: un⁹ spiritus ẽ:

Excessum pure mētis i deū. siue dei piū descēsū i animā nostris quib⁹ possumus exprimimus uerbis: spiritualibus spiritualia cōparātes. Ita que fit in spiritu ista cōiūctio: qꝛ spiritus ē deus. ⁊ concupiscit decorē illi us anime quam forte aduerterit i spiritu ābulātē. ⁊ curā carnis nō perfi ciētē i desiderio. presertim si sui amore flagrātē conspexerit. Non ergo sic affecta ⁊ sic dilecta cōtēta erit omnino uel illa que multis per ea que facta sunt. uel illa que paucis per uisa ⁊ sompnia facta est manifestatio sponsi: nisi et speciali prerogatiua intimis illum affectibus atque ipsis medullis cordis celit⁹ illapsū suscipiat. habea que presto ciuem desierat. nō figuratum. sꝫ infusum. nō apparentē sꝫ afficientem: nec dubium qui meo iocundiorē que intus nō foris. Uerbū nempe ē nō sonās. sed pene trans. nō loquax sed efficax. nō obstrepēs aurib⁹ sed affectibus blādiēs. Facies est nō formata sed formās. nō pstringens oculos corpis. sed faciē cordis letificans: grata quippe amoris munere. nō colore. Non tamen adhuc illum dixerim apparere sicuti ē. quāuis nō omnino aliud hoc mō exhibeat quā qđ est. Neqꝫ enim uel sic ꝯtinue presto erit quāuis deuo tissimus mentib⁹: sed nec uniformiter omnibus. Oportet namqꝫ pro ua rijs anime desiderijs. diuine gustum presentie uariari. ⁊ infusum saporē superne dulcedini diuersa appetentis animi. aliter atqꝫ aliter oblectare palatum. Deniqꝫ aduertisti in hoc amatorio carmine quotiens mutaue rit uultum. ⁊ i quāta multitudine dulcedinis sue coram dilecta dignatus sit transformari: ⁊ quomō nunc quidem instar uerecundi sponsi sancte anime secretos petat amplexus. ⁊ osculis delectet. nunc uero in oleo et unguentis medicū exhibere appareat. nimirum propter teneras ⁊ infir mas animas istiusmōi adhuc indigētes fomētis ⁊ medicamētis: unde et delicato adolescētularꝫ noīe designant. Si musitet quis. audiet. qꝛ ñ est opus sanis medic⁹. sꝫ male habētib⁹. Nūc rursū quasi uiator quispiā. iti nerātib⁹ spōse simul atqꝫ adolesētulis sese sociās. iocūdissimis ꝯfabulatiōi bus suis. a labor̄ uie oēꝫ releuat comitatū: ita ut eo discedēte loquantur. Nōne cor nostrū ardēs erat in nobis dum loqueretur nobis in uia? Fa cundus comes: qui in sermonum ⁊ morum suauitate suorum tanquam in quadam suaueolentia s pirantium unguentorum post se currere ifaci at uniuersos. Unde ⁊ dicunt. In odore unguentorum tuorum currem⁹. Item aliquando occurrens quasi prediues aliquis paterfamilias. qui in domo sua abundet panibus, immo tanquam rex magnificus ⁊ po tens. qui sponse pauperis uideatur pusillanimitatem erigere. prouoca re cupiditatem: demonstrans illi omnia desiderabilia glorie sue. diuiti as torcularium ac promptuariorum ortorum ⁊ agrorum copias. demum etiam introducens eam in ipsa secreta cubiculi. Nimirum confidit i ea cor uiri sui: ⁊ non est ex oībus qđ ab ipsa existimet abscōdēdū. quā re demit inopeꝫ. ꝓbauit fidelē. amplexatur amabilem: atqꝫ ita nō cessat. si ne hoc siue illo modo interno iugiter apparere conspectu querentium

fe:nt sermo impleatur quem dixit. Ecce ego vobiscũ sũ usqȝ ad ꝯsumma
tioné seculi. ⁊ i hijs omnibꝰ suauis ⁊ mitis: ⁊ mlte mie. Naȝ i osculis qui
dem affectuosum ⁊ blandum. i oleo aũt et in pigmentis atqȝ unguẽtis
clementé atqȝ effluenté uisceribus pietatis ⁊ compassionis: porro in uia
hylarem. affabilem. plenũ gratie ⁊ solatij: in ostẽsione uero diuitiaruȝ ac
possessionũ munificũ se ac largum ꝓ regia liberalitate remuneratorem
demõstrat. Ita ꝑ omné huius carminis textũ repies uerbũ istiusmodi si
militudinibꝰ adumbratũ. Uñ ego puto id significatũ apud ꝓphetaȝ ubi
ait spiritus ante faciẽ nostram christus dñs. in umbra eiꝰ uiuemus inter
gentes: qđ scilicȝ uideamꝰ nũc per speculũ ⁊ i enigmate. necdũ facie ad
faciẽ. At istud sane: donec uiuimꝰ inter gẽtes. Nã inter angelos aliter.
qñ iam indifferẽti omnino felicitate cũ ipsis uidebimꝰ eũ ⁊ nos sicuti ẽ.
hoc ẽ in forma dei ⁊ nõ in umbra. Quomõ nãqȝ apud ueteres quidem
umbram figurãqȝ dicimꝰ extitisse. nobis aũt ꝑ gratiã christi i carne pre
sentis ipsaȝ ꝑ se illucesceř ueritatẽ: ita nos quoqȝ respectu futuri seculi
in quadam interim. ueritatis umbra uiuere non negabit. nisi qui non
acquiescit apostolo dicenti: ex parte cognoscimus ⁊ ex parte prophe
tamus. ⁊ illud. Non arbitror me comprehendisse. Quomodo enim
non est distinctio eius qui per fidem ambulat: ⁊ illius qui per speciem?
Ergo iustus ex fide uiuit. beatus exultat i speȝ. ⁊ iõ sãctus homo interim
uiuit i umbra christi. sãctus angelus i splẽdorẽ uultus glẽ glřatur. Et bona
fidei umbra. que lucé tempat oculo caligãti: ⁊ oculũ prepat luci. Scriptũ
ẽ enĩ. fides mũdans corda eoꝝ. fides i aqȝ lucé nõ extiguit: sed custodit.
Quicquid sane est illud qđ uidet angelus. hoc mihi umbra fidei seruat
fideli sinu repositũ: in tempe reuelandũ. An ñ expedit tenere uel inolu
tũ: quod nudũ nõ capis? Deniqȝ ⁊ mater dñi uiuebat i umbra fidei: cui
dictũ est. ⁊ beata que credidisti. Habuit ⁊ de christi corpore umbrã: que
audiuit. ⁊ uirtus altissimi obumbrabit tibi. Nec uilis umbra: que de uir
tute altissimi formatř. Et uere uirtus i carne christi que uirgini obumbra
uit: ut qđ ĩpossibile erat mortali femine. obiectu tñ inoluti uiuifici corpo
ris. ferret presentiã maiestatis. ⁊ lucé sustineret inacessibilẽ. Uirtus pla
ne: i qua oĩs cõtraria fortitudo debellata ẽ. Et uirtꝰ ⁊ umbra fugãs demo
nes: tutans homines. Aut certe uirtus uegetans: umbra refrigerans.
Uiuimus proinde in umbra christi. qui per fidem ambulamus. ⁊ carne
ipsius pascimur ut uiuamus. Caro enim christi uere est cibus. Et uide
ne propterea etiam nunc discrebatur hoc loco apparens tanquam in
scemate pastorali. ubi illum sponsa quasi quempiam de pastoribus ui
detur alloqui dicens. Indica mihi ubi pascas: ubi cubes in meridie.
Bonus pastor: qui animam suam dat pro ouibus suis. Animam pro
illis. carnẽ illis: illã in preciũ. istam i cibũ. Res mira. ipse pastor. ipe pa
scHua ẽ: ipe redẽptio. Uer sermo i lõgũ ꝑgit. qñ locꝰ ãplꝰ ẽ ⁊ grãdia.

continens.⁊ nō explicabitur paucis:atq3 hac necessitate uideť mihi ia3
rumpendus:potius quā finiendus.Oportet autē ut quoniā materia pē
det.memoria uigilet:quatinus ubi pausatum erit.inde mox resumatur.
⁊ ꝑtractetur prout dominus dabit ihesus xp̄s sponsus eccl̄e:qui est deus
benedictus in secula.

Sermo.xxxij. Qualiter xp̄s suscipiť ab anima sancta tanquam sponsus
⁊ ab anima īfirma tāquā medicus.Et ð differētia cogitationū vn̄ oriať.

Indica mihi ubi pascas:ubi cubes i meridie.Hic sumus. hinc
i ꝓgredimur. Sed antequam tractari incipiat uisio ista et allo
quutio.recapitulandū breuiť arbritor de alijs uisionibus que p̄
cesserunt:quomodo nobis aptari spiritaliter possint pro uotis ⁊ meritis
singulorꝝ:ut apprehensis illis.si non ⁊ hoc datum fuerit.facilior et huius
discussione eluceat intellectus.Uerum id difficilimū.i Nam ⁊ si uerba
illa quibus ipse uisiones seu similitudines describunť sonare corpa atq3
corpea uideantur.spiritalia tn̄ sunt que nobis ministrantur i hijs: ac per
hoc i spiritu quoque causas ⁊ rationes earum oportet inquiri.Et quis
idoneus inuestigare ⁊ comprehendere tā multos anime affectus. ꝓfe
ctusq3 quibus hec de p̄sentia sponsi.tā multiformis gratia dispēsatur.
Tamen si itremus ad nos.⁊ spiritus sanctus i lumine suo dignetur ostē
dere nobis.qð ope suo non dedignatur assidue actitare i nobis. puto n̄
omnino uos i hijs sine intellectu remansuros. Confido enim non acce
pisse nos spiritu3 huius mundi.sed spiritum qui ex deo est:ut sciamus
que adeo donata sunt nobis.Ergo si cui nostrum cum sancto propheta
adherere deo bonum ē.⁊ ut loquar manifestius.si quis i nobis ē ita de
siderij uir.ut cupiat absolui ⁊ cum christo esse.cupiat aūt uehemēter.ar
dēter sitiat.assidue mediteť is ꝓfecto n̄ secus quā i forma spōsi suscipiet
uerbū i tp̄e uisitatiōis.hora uidel3 qua se astrigimꝰ quibusdā brachijs sa
piētie:atq3 inde sibi īfūdi sēserit sc̄i suauitatē amoris. Siquidē desideriū
cordis eiꝰ tribueť ei:⁊ si adhuc ꝑegrināti i corꝑe. Ex ꝑte tn̄.idq3 ad tp̄s:
⁊ tp̄s modicū.Nā cū uigilijs ⁊ obsecrationibꝰ.⁊ mlto labore ⁊ ymbre la
crimarum quesitus affuerit.subito dum teneri putatur elabiť. ⁊ rursum
lacrimāti ⁊ insectāti occurrēs.ꝯprehēdi patiť sed minime teneri.dū subi
to iterꝝ quasi e manibꝰ auolat.Et si īstiterit precibꝰ ⁊ fletibꝰ deuota aīa:ð
nuo reuerteť ⁊ uolūtate labiorꝝ eius non fraudabit eam.sed rursum mox
ðsiderio requirať. Ita gͣ i hͦ corꝑe pōt eē ð p̄ntia disꝑebit.⁊ n̄ uidebiť
nisi iterꝝ toto sponsi frequēs letitia. s3 n̄ copia:q2 ⁊ si uisitatio letificat.s3
molestat uicissitudo. Et hoc tā diu necesse est pati dilectam:donec se
mel posita corporee sarcina molis auol3 ⁊ ipsa leuata pennis ðsideriorꝝ
suorꝝ libere iter carpēs per campos cōtēplatōis.⁊ mēte sequēs expedi
ta dilectū:quocūq3 ierit.Nec tn̄ uel i transitu presto erit sic oī aīe ubi illi
dūtaxat.quam uigēs deuotio ⁊ desideriū uehemēs ⁊ predulcis affectus
sponsā ꝓbet ⁊ dignā ad quā gr̄a uisitādi accessurū v̄bū decorē. induat.

formã spõsi accipiet. Qui.n.nõdũ inuenit ita affect⁹.sȝ ↄpũct⁹ magis actu um recordatiõe suoꝝ.loquẽs in amaritudie aie sue dic deo.noli me ↄdẽ pnare.aut forte ẽt adhuc piclose tẽptat a ppria ↄcupiscẽtia abstract⁹ ⁊ ille ctus.hic talis non sponsum requirit.sȝ medicum ac per hoc non oscula quidem uel amplexus.sȝ tantuȝ remedia uulnerib⁹ accipiet suis:in oleo utiqȝ ⁊ unguẽtis. An nõ sepenumero sic sentimus.⁊ sic experimur orãtes nos qui nr̃is cotidie adhuc excessibus tẽptamur p̃sentib⁹.mordemur p̃teritis: A quãta me amaritudine frequẽter liberasti adueniẽs ihesu bone: Quotiẽs post anxios fletus post i enarrabiles gemitus ⁊ singultus. sanciatã ↄscientiã meaȝ unxisti unctione mie tue.⁊ oleo leticie ↄfudisti: Quotiẽs me oratio quẽ pene desperantẽ suscepit.reddidit exultanteȝ et presumentẽ de uena: Qui similiter afficiunt.ecce hi sciũt qđ uere medicus sit dñs ihesus:qui sanat cõtritos corde et alligat cõtritiones eorum. Qui experti nõ sunt:credãt inde eidẽ ipsi dicenti. Spiritus dñi unxit me. ad euãgelizãdũ mãsuetis misit me:ut mederer cõtritis corde. Si adhuc dubitant accedãt certe ⁊ probẽt:⁊ sic in semetipis discant quid sit.miam uolo et nõ sacrificium. Sed uideamus ⁊ reliqua. Sunt qui in studijs.spiritalibus fatigati.et uersi in teporem.atqȝ in defectu quodã spirit⁹ positi.ambulãt tristes uias dñi:corde arente ⁊ tedente accedũt ad queqȝ iniũcta.frequẽter ⁊ noctes:loquentes cũ sancto iob. Si dormiero q̃n cõsurgam:⁊ rursuȝ expectabo uespam. Ergo ubi contingit tale aliquid pati.si misertus dñs appropriet nobis i uiã qua ambulamus ⁊ icipiat loqui de celo qui đ celo ẽ.ne cũ fauorabile quippiã cãtare nobis de cãticis syon. narrare ẽt de ciuitate dei.de pace ciuitatis.de eternitate pacis.de statu eternitatis:dico uobis erit ꝓ uehiculo anime dormitãti ⁊ pigritanti leta narratõ:ita ut pellat omne fastidiũ ab animo audiẽtis:⁊ a corpore fatigationẽ. An tibi aliud uel pati ul̃ petere uiꝛ ille qui ait:dormitauit aĩa mea pre tedio: confirma me i uerbis tuis: ⁊ nõ ne cũ optinuerit exclamabit: quomõ dilexi legẽ tuã dñe:tota die meditatio mea ẽ: Sunt eni quedam uerba uerbi spõsi ad nos.nr̃e meditatiões de ipo ⁊ ei⁹ gl̃a.elegãtia.potẽtia.maiestate. Non solũ aũt sȝ ⁊ cũ auida mẽte uersam⁹ testimonia ei⁹. ⁊ iudicia oris eius.⁊ in lege ei⁹ meditamur die ac nocte:sciam⁹ pro certo adesse spõsũ.atqȝ alloqui nos:ut ñ fatigemur laborib⁹ sermõib⁹ đlectati. Tu ergo cũ tibi talia uolui aĩo sentis.nõ tuã putes cogitatiõeȝ.sed illuȝ agnosce loquẽtẽ:qui apud ↄphetã dicit. Ego qui loquor iustitiã. Similima eni sũt nr̃e cogitata mẽtis.sermonib⁹ ueritatis i nobis loquẽtis:nec facile quis discernit quid itus pariat cor suũ. quid ue audiat.nisi qui prudenter aduertit dñm i euãgelio dicentẽ:qȝ de corde exeũt cogitationes male. Et illud. Quid cogitatis mala i cordib⁹ uestris: Et qui loquit mẽdaciũ.de suo loquit. Apl̃s autẽ.non qđ sufficiẽtes inquit simus cogitare a nobis aliquid quasi ex nobis:subaudis bonũ.sȝ sufficiẽtia nr̃a ex deo ẽ. Cuȝ ergo mala i corde uersamus.nr̃a cogitatio ẽ:si bona dei sermo est.

Illa cor nr̄m dicit:hec audit. Audiā quid loquat̄ i me dn̄s deus:qm̄ loquet̄ pacē in plebē suā. Itaqꝫ pacē.pietatē.iustitiā.deus i nobis loquit̄: nec talia nos cogitam⁹ ex nobis:sꝫ i nobis audimi⁹. Ceterꝫ homicidia adulteria.furta.blasphemie ⁊ similia his ð corde exeunt:nec audim⁹ ea sed dicim⁹. Deniqꝫ dixit isipiēs i corde suo:nō est deus. Et ꝑpter hoc irritauit ipius deū:qꝛ dixit i corde suo nō requirā. Sꝫ ē preterea qð corde quidē sentit̄:nō tm̄ cordis ē vbū:nec eni ð corde exit sicut nr̄a cogitatio. sꝫ neqꝫ illð ē qð ad cor fieri dixim⁹. vbū uidelꝫ vbi.cuꝫ sit malū. Immittit̄ autē a ꝯrijs potestatib⁹.sicut fiūt imissiōes ꝑ angelos malos.qle vbicā fuit.qð legit̄ misisse i cordialib⁹ : ut traderet dn̄m iudas symonis scariothis. Uerꝫ quis ita uigilet.⁊ diligēs obseruator motionū iternarꝫ suarū.siue in se.siue ex se factarꝫ.ut liquido ad queqꝫ illicita sēsa cordis sui discernat iter morbū mētis:⁊ morsū serpentis:Ego nulli hoc mortalium possibile puto.nisi qui illuminat⁹ a spiritu sc̄o spēale accipit donū. illud qð apl's iter cetera charismata q̄ enumerat:nomiat discretionē spiritū. Quātūlibet eni quis ꝯm salomonē oi custodia seruet cor suū.⁊ oia q̄ itra se mouent̄ uigilātissima intentiōe obseruet.etiā si diuturnū forte in hijs habuerit exercitiū.⁊ frequēs expimentū.nō poterit tn̄ ad purꝫ i se dinoscere.discernere ue abinuicē malū inatū ⁊ malū seminatū. Nam delicta quis itelligit:Nec multū refert nr̄a scire.vn̄ inest nobis malū.dūmodo i esse sciam⁹.uigilādū poti⁹ ⁊ orandū:undecūqꝫ sit ne ꝯsentiam⁹. Deniqꝫ orat ꝓpheta ꝯ utrūqꝫ malū dicēs. Ab occultis meis munda me dn̄e. ⁊ ab aliēis pce seruo tuo. Et ego nō possū tradere uobis qð nō accepi. nō autē accepi fateor vn̄ assignē certā notionē:iter ptuꝫ cordis ⁊ seminariū hostis. Quippe utrūqꝫ malū.iterꝫqꝫ a malo.utrūqꝫ i corde:sꝫ nō utrūqꝫ ð corde. Hoc totū certū mihi i me:sꝫ si i incertū quid cordi quid hosti tribuā.⁊ id quidē ut dixi absqꝫ piculo. Sꝫ sane ē ubi piculose imo dāpnabiliter errat̄.atqꝫ ibi merito nobis certa prefigit̄ regl'a:ne qð dei est i nobis demus nobis:putātes vbi uisitationē.nostrā esse cogitationē. Ergo quātū distat bonū a malo.tm̄ ista duo a se:qm̄ nec ð vbo malū.nec ð corde exiet bonū.nisi qð prius forte ð vbo ꝯcepit:qꝛ nō pōt bona arbor fructus malos facere:nec arbor mala fruct⁹ bonos facere. At satis distinctū esse credo.quid dei ⁊ quid nostrꝫ.in nostro sit corde.nec supflue ut arbitror:sꝫ ut sciant inimici grē.absqꝫ gr̄a nec ad cogitādū bonū sufficer̄ cor hūanū.sꝫ sufficiētiā ipsi⁹ ex ðo esse.dei uocē.bonū qð cogitat̄ nō cordis ꝓlē existere. Tu g° si uocē ei⁹ audis.nō iaꝫ nescias vn̄ ueniat. aut quo uadat:sciēs qꝛ a ðo exit.⁊ ad cor uadit. Uide aūt qūo vbū qð egredit̄ ð ore ði nō reuertat̄ ad eū uacuū:sꝫ ꝓsperet̄ ⁊ faciat oia ad q̄ misit illð.ut dicere possis ⁊ tu.qꝛ gr̄a ði i me uacua nō fuit. Felix mēs.cui vbū idiuiduus comes ubiqꝫ se affabile pbꝫ:cui⁹ idesinēter oblectata suauitate facūdie a carn's molestijs ⁊ uicijs sese uēdicꝫ oi hora:rediīdo tp̄s a dieb⁹ malis. Nō lassabit̄ ñ molestabit̄:qm̄ sic dic̄ scriptura nō ꝯtristabit iustuꝫ

quicquid ei acciderit. Iã vo magni patrisfamilias seu regie maiestatis scema apparere existimo hijsiqui accedentes ad cor altum. de maioris spiritus libertate ꝛ puritate conscientie magnanimiores facti cõsueuerũt audire maiora. iquieti prorsus ꝛ curiosi secreta penetrare. apprehende re sublimiora. ꝛ temptare perfectiora nõ modo sensuũ sed ꝛ uirtutũ. Hij eni ꝓ fidei magnitudĩe digni ĩueniũtur qui ĩducãtur ĩ oẽm plenitudinẽ. nec ẽ oio ĩ oib⁹ apothecis sapie. a quo deus sciẽtiaꝝ dominus arcendos cẽseat: cupidos ṽitatis. uanitatis non conscios. Talis erat moyses: qui audebat dicere deo. Si ĩueni gratiam ĩ oculis tuis: ostẽde mihi teipsuz. Talis philippus qui sibi ꝛ suis cũ discipulis patrẽ flagitabat ostẽdi. Talis ꝛ thomas qui nisi sua manu tangeret uulnus ꝛ fossum latus: credere recusabat. Pusilla fides. sed de animi magnitudine miro modo descendẽs. Talis quoqꝫ dauid: qui ꝛ ipse dicebat deo. Tibi dixit cor meũ exquisiuit te facies mea: faciẽ tuã domine requirã. Tales itaqꝫ magna audẽt qm̃ magni sunt: ꝛ que audẽt optinent. iuxta uerbum promissionis ad ipsos: qd̕ ẽ istiusmõi. Quẽcũqꝫ locũ calcauerit pes uester. uester erit. Magna siquidẽ fides magna meret̃: ꝛ quaten⁹ ĩ bonis domini fiducie pedẽ porrexeris: eatenus possidebis. Deniqꝫ moysi ore ad os loquit̃ dominus deus. ꝛ palã nõ per enigmata ꝛ figuras meret̃ dominũ uider̃. cũ prophetis alijs tantũ ĩ uisione apparere se dicat. ꝛ per somniũ loqui. Philippo quoque secũdũ petitionem cordis sui ostensus ẽ pater ĩ filio. ĩ eo procul dubio qd̕ ĩcontinẽti ĩaudiuit philippe qui uidet me uidet ꝛ patrẽ. ꝛ quia ego in patre ꝛ pater ĩ me ẽ. Sed ꝛ thome iuxta desideriũ cordis ei⁹ palpãdũ se prebuit: ꝛ uolũtate labiorum ei⁹ nõ fraudauit eũ. Quid dauid? Nonne ꝛ ipse uoto se omnino nõ fraudari significat. ubi ait. nõ daturuz se somnũ oculis suis. nec palpebris suis dormitationẽ: donec inueniat locũ domino? Igitur istiusmodi magnis spiritibus magnus occurret sponsus. ꝛ magnificabit facere cũ eis. emittens lucẽ suam ꝛ ueritatẽ suã eos qꝫ adducẽs ꝛ deducẽs ĩ montez sanctum suũ ꝛ in tabernacula sua: ita ut dicat qui eiusmõi est: qr fecit mihi magna qui potens est. Regẽ in decore suo uidebũt oculi eius preeuntem se ad speciosa deserti. ad flores rosarum ꝛ lilia conualliũ. ad amena ortorum. ꝛ irrigua funtiũ. ad delicias cellariorum ꝛ odoramẽta aromatum: postremo ad ipsa secreta cubiculi. Isti sunt thesauri sapientie ꝛ scientie penes sponsum absconditi. hec uite pascbua ꝑparata ĩ refectõez aiaꝝ sãctaꝝ. Beat⁹ uir qui ĩpleuit d̕side riũ suũ ex ĩpis. Hoc solũ ãmonit⁹ sit: ne sol⁹ hr̃e uelit: q̃ possũt sufficere plurib⁹. Propterea eni fortassis post ista oia spõsus tãquã pastor appare r̃ d̕scribit̃. ut peride admoneat̃ assecutor tãtoꝝ mũeꝝ pascendi gregis simplicioꝝ: qui scꝫ tã ñ ualẽt ꝑ semetipos apphẽder̃ ista qꝫ nõ audẽt sine pastor̃ oues exir̃ ĩ pascua. Dẽiqꝫ hoc ipꝫ spõsa prudẽter advẽtẽs postulat sibi ĩdicari. ubi ipe pascat ꝛ cubꝫ ĩmrĩdião feruor̃. pata ut q̃dẽ ex hoc ĩtelligi dat̃ pasci. ꝛ pascer̃. cũ illo. ꝛ sub illo. Nec eni tutũ arbitrat̃. lõge ager̃

gregem a summo pastore. nimiꝝ ob icursiones lupoꝝ. eoꝝ maxime qui
ueniũt ad nos in uestimentis ouiũ: ⁊ ꝓpterea satagit eisdem cũ ipso pa
riter pascere pascuis. ⁊ cubare umbris. Et causam ponit: ne incipiã iqui
ens uagari post greges sodaliũ tuoꝝ. Ipsi sunt qui nolũt se uideri ami
cos sponsi. ⁊ nõ sunt: cũ suos nõ illius greges pascere cura sit eis. Hinc
inde tñ insidiãtes dicũt. Ecce hic ẽ xp̃s. ecce illic est: uidelicet ut multos
seducant. ⁊ adducant a xp̃i gregibꝰ: socient suis. Hoc pro littere textu.
Iam uero spiritalẽ sensũ qui ĩ ea latet sub alio sermonis pĩcipio expec
tate. quicquid illud erit qḋ mihi inde uobis orantibꝰ sua misericordia pti
ri dignabiť. spõsus eccľe ihesus xp̃s dñs nr̃: qui ẽ deus bñdictꝰ ĩ secula.
Sermo. xxxiij. De his q̃ semꝑ sectanda sunt a mente deuota. ⁊ quid sit
meridies. Et de quattuor generibꝰ tẽtationum semper euitandus.
Ndica mihi quẽ diligit ania mea: ubi pascas. ubi cubes. in me
i ridie. ⁊ alius quidẽ. Indica iquit mihi: cur me ita indices. Ubi
nõ sane sententiã causať. sed scrutať causã: erudiri flagellis pe
tens nõ erui. Itẽ alius precatur dicens. Uias tuas dñe ḋmonstra mihi:
⁊ semitas tuas edoce me. Quas dixerĩ uias. semitas manifestat alibi: ḋ
duxit me inquiẽs suꝑ semitas iustitie. Ergo tria ista anima curiosa dei ñ
cessat inquirere iustitiã ⁊ iudiciũ ⁊ locũ habitatõis gľe sponsi. tanquã ui
am ĩ qua ambulet. cautelã qua ambulet: ⁊ ad quã ambulet mansionem.
De qua mansione sic habes ĩ propheta. Unam petij iquit a dño hãc re
quirã: ut inhabitẽ ĩ domo dñi omnibꝰ diebꝰ uite mee. Et iteꝝ. Dñe dile
xi decorẽ domus tue: ⁊ locũ habitatiõis gľe tue. Porro de reliquis duo
bus iustitia ⁊ iudiciũ ait preꝑatio sedis tue. Merito tria ista mens deuo
ta iquirit. utpote sedẽ dei ⁊ sedis preꝑationẽ. Et pulchre ĩ sponse prero
gatiuã cõcurrunt pariter omnia ad ꝯsumationẽ uirtutuz. ut de forma iu
stitie: sit formosa. de iudicioꝝ notitia sit cauta: de desiderio pñtie seu gľe
sponsi casta. Talẽ prorsus decz esse sponsã dñi. pulchrã eruditã ⁊ castã.
Ergo petitio quã ultimã posui istius est loci. Petit siquidẽ ab eo quem
diligit ania sua indicari sibi ubi pascat. ⁊ ubi cubet ĩ meridie. Et prĩo ad
uerte quã eleganter amorẽ spiritꝰ. a carnis discernat affectu: dũ dilectũ
exprimere magis ipsa affectiõe quã nomĩe uolens: nõ simpliciter quez
diligo. sz o inquit quem diligit anima mea. spiritalẽ ḋsignãs dilectionẽ.
Deinde quidnã eã ĩ loco pascue adeo ḋlectet: diligẽter attẽde. Sz nec
illḋ pretereat te ḋ hora meridiana. ⁊ quod is potissimũ explorať locus. ĩ
quo qui pascit cubat simul: qḋ ẽ magne securtatis indiciuz. Arbitror enĩ
ob hoc additũ cubat. qḋ eo loci minĩe necesse sit stare. ⁊ uigilare suꝑ cu
stodiã gregis. qm̃ grex ẽt cubãte pastore ⁊ pausãte sub ũbris. libeř nihil
ominꝰ discurrat ĩ pascbuis. Felix regio. ĩ q̃. ꝑ libitu oues ĩgrediũť ⁊ egre
diunť: ⁊ ñ ẽ qui exterreat. Quis mihi tribuat uideř nos. meqz ꝑiter ĩ mõ
tibꝰ pasci. una cũ illis nonagitanouẽ q̃ illic relicte legũtur cũ pastor eaꝝ
dignanter ad unam descendit que errauerat. Secure proculdubio cu

bat propter. qui ⁊ longe recedere minime dubitauit: sciēs q in tuto eas
reliquerat. Merito sponsa illo suspirat. merito inhiat loco pascbue simil
⁊ pacis: sed quietis. sed securitatis. sed exultationis. sed stuporis. Naz ⁊
me miseruz heu longe agentē ⁊ delonge salutantē. en ipsa eius recorda
tio ad lacrimas prouocat plane. iuxta affectionē ⁊ uocem dicentiū. Sup
flumina babilonis illic sedimꝰ ⁊ fleuimus: duz recordaremur sion. Liber
exclamare ⁊ me cū sponsa pariter ⁊ cū propheta. Lauda deuz tuū syon:
quoniā cōfortauit seras portaꝝ tuaꝝ benedixit filijs tuis in te. Qui po
suit fines tuos pacem: ⁊ adipe frumēti satiat te. Quis nō illic uehemen
ter cupiat pasci: ⁊ ꝓpter pacē. ⁊ propter adipē. ⁊ ꝓpter satietatē. Nihil
ibi formidatur: nihil fastiditur. nihil deficit. Tuta habitatio ꝑ aduersus.
dulce pabulū uerbū: opulentia multa nimis eternitas. Habeo ⁊ ego v̄
bum. sed in carne: ⁊ mihi apponit̄ ueritas. sed i sacramento. Angelꝰ ex
adipe frumēti saginatur. ⁊ nudo saturat̄ grano. me oportet interī quodā
sacramēti cortice esse cōntentum. carnis furfure. littere palea: uelamine
fidei. ⁊ hec talia sunt que gustata afferūt mortē: si nō de primitijs spiritꝰ
quātulūcūqz accipiant condimentū. Prorsus mors mihi in olla: nisi ex
ꝓphete farinula dulcoretur. Deniqz absqz spiritu ⁊ sacramentū sumitur
ad iudiciū. ⁊ caro nō prodest quicquā: ⁊ littera occidit. ⁊ fides mortua ē.
Sed spiritus est qui uiuificat: ut uiuam in eis. At quātūlibet sane abun
dantia spiritus pinguescant ista. non pari omnino iocunditate sumitur
cortex sacramenti. ⁊ adeps frumēti. fides. ⁊ spēs. memoria ⁊ presentia. e
ternitas ⁊ tempus. uultus ⁊ speculū. ymago dei ⁊ forma serui. Nempe i
hijs omnibꝰ fides locuplex mihi: ītellectus pauꝑ. Nunquid uero par sa
por intellectui fideiqz: cū sit ī meritū ista. ille in premiū? Uides ergo di
stare inter pabula quātū inter loca: ⁊ sicut exaltantur celi a terra: ita ha
bitantes in eis bonis potioribꝰ abundare. Festinemus proinde filij. festi
nemus ad locū tutiorem. ad pastum suauiorem: ad uberiorem ⁊ fertiliorē
agrū. Festinemus ut habitemus sine metu: abundemus sine defectu. e
pulemur sine fastidio. Tu enim dn̄e sabaoth qui cū trāquillitate iudicas
omnia. etiaz cū securitate eque omnia ibi pascis. idē ipse ⁊ dn̄s exercitu
um: ⁊ pastor ouiū. Ergo ⁊ pascis ⁊ cubas pariter: sz nō hic. Deniqz sta
bas cū e celo ꝓspiceres unā ex tuis ouiculis. Stephanū loquor a lupis
circūdari super terra. Et propterea queso indica mihi ubi pascas. ubi cu
bes in meridie: hoc est tota die. Eteniz illa meridies: tota ē dies. ⁊ ipsa
nesciens uesperā: ⁊ ideo melior dies illam atrijs tuis super milia. q ne
scit occasum. At matutinū forsitan habuit. cum primū uidelicet dies san
ctificatus illuxit nobis. ꝑ uiscera utiqz mie dī nostri: ī quibꝰ uisitauit nos
oriens ex alto. Uere tunc suscepimus deus miam tuaz in medio templi
tui: cum ī medio umbre mortis exortus matutini lux orta est nobis: ⁊ ma
ne uidimus gloriam domini. Quanti reges ⁊ prophete uoluerunt uide
re: ⁊ non uiderunt. Quare nisi quia nox erat necdum uenerat illud ex

pectatũ mane:cui fuerat re ꝓmissa misericordia. Unde ⁊ orabat quis. Auditam fac mihi mane miam tuam domine:quia i te speraui. Fuit nã que quedam huius aurora diei:ex quo sol iusticie ꝑ archangelũ gabrielem nuntiatus ẽ terris:⁊ uirgo deuʒ i utero de spiritu sancto concepit. ⁊ peꝑit uirgo. ac deinceps quod in terris uisus ẽ ⁊ cũ hominibus conuersatus ẽ. Nam usque adeo per totũ id tempꝭ lux pusilla. ⁊ tanquam lux reuera aurore apparuit:ut diem ẽe interi apud homines pene uniuersitas ignoraret. Deniqʒ si cognouissent. nunquã dñʒ glẽ crucifixissẽt. Et utiqʒ ipsis paucis discipulis dicebat. Adhuc modicũ lumen i uobis ẽ:eo qđ aurora ẽet ⁊ initiũ uel potius indiciũ diei:dum sol adhuc abscõderet radios suos. ⁊ minime eos spargeret suꝑ terrã. Paulus quoqʒ dicebat: qm̃ nox precessit dies aũt appropiquauit:significãs tũc ẽe adhuc adeo modicũ lumẽ:ut ꝓpiuquasse quã uenisse diẽ dicerẽ maluerit. Quãdo aũt hoc dicebat: Profecto qñ sol reuersus ab inferis:iã se ad alta celi sustulerat. Quãtomagis cũ adhuc similitudo carnis peccati instar dẽse nubis operiret aurorã. iuxta oẽs nimiꝝ nr̃i corꝑis passiones:ita ut neqʒ amara mors. nec crux ꝓbrosa defuerit:quãtomagis inquaʒ tũc exigua tenuisqʒ admodũ lux fuit. ⁊ que de aurore magis quã de solis ꝓdire ꝑsentia uideret. Erat ergo aurora ⁊ ipa subobscura satis. tota illa christi uidelicet cõuersatio suꝑ terrã. usqʒ dum occumbẽs ⁊ rursũ exoriẽs solaris sue ꝑsẽtie lumie clariori fugauit aurorã:⁊ mane facto absorta nox i uictoria. Deniqʒ hẽs. ⁊ ualde mane una sabbatoꝝ ueniũt ad monumẽtũ orto iã sole. An ñ mane fuit:qñ ortus ẽ sol: Attulit aũt nouũ de resurrectiõe decorẽ. ⁊ sereniorẽ subito lucẽ:qm̃ ⁊ si noueram⁹ eũ secũdũ carnẽ sʒ nũc iã ñ nouim⁹. Est scriptũ in ꝓpheta. Decorẽ induit. iduit fortitudinẽ ⁊ ꝑcinxit se:qđ carnis infirma ⁊ tanquã nubila quedã excusserit. stolã glẽ induẽs. Sane ex tũc eleuat⁹ ẽ sol ⁊ sẽsiʒ omñ diffũdẽs suos radios suꝑ terrã. cepit paulatĩ ubiqʒ clarior apparerẽ:feruidiorqʒ sẽtiri. Ueꝝ quãtũlibet icalescat. mltiplicet ⁊ dilatet radios suos ꝑ oẽ hui⁹ mortalitatis curricłm. erit. n. nobiscuʒ usqʒ in ɔsumatiõeʒ scłi ñ tñ ad meridianũ ꝑueniet lumẽ. nec i illa sui plenitudine uidebit mõ in qua uidẽdus ẽ postea:ab hijs dũtaxat quos hac uisiõe ipe dignabit. O uere meridies plenitudo feruoris ⁊ lucis. solꝭ statio. umbraꝝ extermiatio. desiccatio paluduʒ:fetoꝝ depulsio. O ꝑhenne solsticiũ qñ iã ñ iclinabit dies. lum̃ meridianũ. o uernalis tempꝑies. o estiua uenustas. o autumnal' ubertas:⁊ ne quid uidear ꝑterisse. o quies ⁊ feriatio hyemalis. Aut certe si h⁰ magis ꝓbas:sola tunc hyems abijt ⁊ recessit. Hinc locum inquit tante claritatis. ⁊ pacis. ⁊ plenitudinis indica mihi. ut quẽadmodũ iacob adhuc i corpore manẽs uidit deũ facie ad faciem. ⁊ salua facta est anima eius. uel certe sicut Moyses uiditt eum nõ per figuras enigmata. seu ꝑ somnia uti alij ꝓphete. sʒ mõ plane ꝑcellẽti atqʒ iexpto ceteris. sibi noto ⁊ đo uł sic ysaias ĩuelatis ocłis cordis. uidit eũ suꝑ soliũ excelsũ ⁊ eleuatũ. ł ẽt q⁰ mõ paul⁹ rapt⁹ i ꝑadisũ. audiuit

v̇ba ieffabilia. ⁊ dn̄m suū ihesum xp̄m uide oculis suis. ita ego quoqȝ te
ī lumine tuo ⁊ ī decore tuo per mētis excessum merear cōtemplari. pa
scentē uberius quiescentem securius. Nam ⁊ hic pascis. sed non in satu
ritate. Nec cubare licet. sed stare ⁊ uigilare oportet propter timores no
cturnos. Heu nec clara lux. nec plena refectio: nec mansio tuta. Et ideo
indica mihi ubi pascas: ubi cubes ī meridie. Beatam me dicis: cum esu
rio ⁊ sitio iustitiā. Quid hoc ad illorum felicitatē qui repleti sunt ī bonis
domus tue. qui epulantur ⁊ exultant ī conspectu dei: ⁊ delectantur ī leti
cia? Sed ⁊ si quid patior propter iustitiam: nihilominus beatam pronun
tias. Et certe pasci ubi timeas pati iocunditatē habet sed non saturita
tem. Porro aūt pasci ⁊ pati simul: nonne molesta iocūditas est? Omnia
mihi hic cedunt citra perfectum. plura preter uotū: ⁊ tutū nihil. Quādo
adimplebis me leticia cū uultu tuo? Vultum tuū domine requiraȝ. Vul
tus tuus meridies ē. Indica mihi ubi pascas ubi cubes ī meridie. Scio
satis ubi pascas nō cubas: indica mihi ubi pascas ⁊ cubes. Non ignoro
ubi alijs temporibus pascere soleas: sed scire uelim ubi ubi in meridie
pascas. Nam ī tempore quidem mortalitatis mee ⁊ ī loco peregrinatio
nis mee cōsueui sane sub tua custodia pasci ⁊ pascere in lege ⁊ prophe
tis ⁊ psalmis. nec non in euangelicis paschuis. ⁊ apud apostolos similit̄
requieui. frequenter etiam de gestis sanctorum ⁊ uerbis ⁊ scriptis eorū
uictum mihi atqȝ attinentibus mihi mendicaui ut potui: frequentius āt
qm̄ is magis ad manum fuit mendicaui panem doloris ⁊ uinū cōpūctio
nis bibi ⁊ facte sunt mihi lacrime mee panes die ac nocte: dum dicitur
mihi cotidie ubi est deus tuus. Nisi quod de mensa tua. siquidē parasti
ī ꝯspectu meo mēsā. aduersus eos qui tribulāt me: ꝺ ipsa īquā tue quidē
ꝰbn̄ficio miseratōis accipio. ī qᵒ utrūqȝ respiro. quotiēs tristis ē aīa mea.
⁊ quotēs ꝯturbat me. Hec paschua noui ⁊ frequētaui. te secuta pastorē:
sed indica queso que non noui. Sunt quidē ⁊ alij pastores. qui dicūt se
esse sodales tuos. ⁊ non sunt: habentes greges suos ⁊ fines suos pabu
lo mortis refertos ī quibꝰ pascūt nec tecū. nec ꝓpter te: quoꝝ utiqȝ termi
nos nō intraui. nec appropiaui eis. Ipsi sunt qui dicunt. ecce hic ē xp̄s
ecce illic est. promittētes sapiētie ⁊ scientie paschua uberiora. ⁊ creditur
eis ⁊ confluunt ad eos multi: ⁊ faciunt eos filios gehenne duplo quam
se. Cur hoc? nisi qꝛ nō meridies ⁊ perspicua lux. ut liquido v̇itas cogno
scatur. facileqȝ ꝑ ea recipiatur falsitas ꝓpter uerisimilitudinē. que n̄ faci
le ī obscuro a v̇o discernit̄. preserti qꝛ aque furtiue dulciores sūt. ⁊ panis
abscōditꝰ suauior? Et ꝓpterea q̄so ut īdices mihi ubi paschas. ubi cubes
ī meridie. id ē ī māifesto. ne seducta īcipiā uagari pᵒ greges sodaliū tuo
rū. quēadmodū ⁊ ipi uagi sūt nulla stabiles certitudīe v̇itatis. sēper discē
tes ⁊ nūquā ad sciaȝ v̇itatis ꝑuenientes. Hec spōsa ꝑꝑ philosophoꝝ ⁊ he
reticoꝝ uaria ⁊ uana dogmata. Mihi v̇o ur̄ n̄ solū ꝓpterea. sȝ ⁊ ꝑꝑ do
los inuisibiliū potestatū. sicut sūt seductori sp̄s sedētes ī īsidijs ⁊ parantes

sagittas suas in pharetra: ut saggittent i obscuro rectos corde. Propter
hos inquam et maxime mihi uidetur illa meridies optanda etiaz nobis.
ut clara luce deprehendamus astutias diaboli atque angelum sathane.
illum qui se transfigurat in angelum lucis: ab nostro ãgelo facillime uel
discernamus. Non enim aliter nos custodire sufficimus. ab incursu et dẽ
monio meridiano: nisi in meridiano eque lumine. Quod quidem demo
niũ idcirco meridianum dictuz existimo: quia sunt aliqui de numero ma
lignorum. qui cum merito tenebrose obstinateque uoluntatis sue nox et
nox perpetua sint. diem tamen se ad fallendum simulare nouerunt: nec
modo diem sed et meridiem. sicut eorum princeps non contentus esse
equalis deo. etiam aduersatur et extollitur supra id quod dicitur. aut qđ
colitur deus. Itaque nisi cordi illius quem forte aliquod huiusmodi de
monium meridianum temptandum acceperit. oriens ex alto illuxerit ue
lut meridies. qui falsum cõicat et prodat. non poterit omnino caueri. sed
temptabit et supplantabit sine dubio sub spe boni. pro bono scilicet malũ
incauto et improuido persuadens. Et tunc meridies. idest maior claritas
apparet temptans: cum quasi boni maioris ymaginem prefert. Quotiẽs
uerbi causa suggessit anticipare uigilias: quo ad solemnia fratrum illu
deret dormitanti? Quotiens produci ieiunia. ut diuinis obsequijs. eo inu
tilẽ redderet quo inbecillem? Quotiens bene proficientibus i cenobijs
inuidens. obtentu quasi maioris puritatis eremum petere persuasit et
cognouerunt miseri tandem quam uerus sit sermo quem frustra legerãt
ue soli: qm̃ si ceciderit. non habet subleuantem? Quotiens ad opus ma
nuũ plusquam opus fuerat incitauit. et factum uiribus ceteris regularibus
exercitus inualidum reddidit? Quam multis exercitationem corporis. q̃
iuxta apostolum ad modicum ualet. non modicam persuasit: et pietate
fraudauit? Denique ipsi experti estis quomodo quidam ad uerecundiã
illorum dico qui ante inhiberi ñ poterãt ita i spiritu uehemẽti ad oĩa fe
rebantur. post ad tantam ignauiam deuenerunt. ut secundum illud apo
stoli. cum spiritu ceperint. nunc carne consumentur. Quam turpe inie
re fedus cum suis corporibus: quibus crudele ante indixerant bellum.
Uideas propudor importune querere superflua: qui prius necessaria
obstinatissime recusabant. Quanquam siqui in sua forte inuicti obstina
tione perdurant indiscretius abstinentes. et singularitate notabilis turbã
tes eos cum quibus habitare debent unius moris in domo: haud scio sa
ne an se existiment pietatem retinere. cum huiusmodi mihi uident et lõ
gius abiecisse. Nan qui sapientes in oculis suis decreuerunt apud se
nec consilio acquiescere nec precepto: uideant quid respondeant nõ mi
hi sed dicenti. quoniã quasi peccatũ ariolandi est repugnaz: et quasi sce
lus ydolatrie nolle acquiescere. Premiserat autem quia melior ẽ obe
dientia quam uictime. et absultare magis quam offerre adipem arietuz
id est abstinentiam contumacium. Unde dominus p prophetã. Nũquid

māducabo carnes tauroꝝ: āt ſāguinē hyrcoꝝ potabo? Significās minie ſibi accepta fore ieiunia ſupboꝝ uł īmūdoꝝ. Sꝫ ſāe uereor ne dāpnātes ſupſtitioſos. uideamur frena laxare gloſis. ⁊ audiāt illi ad pi͡c꜡ ſui: qꝺ ad remediū hijs dr̄. Quāobrē audite utraqꝫ ps q̄tuor eſſe tēptationū gn̄a ⁊ ipſa nobis ita ꝓphetico ſermone ꝺſcribi. Scuto iquit circūdabit te ṽitas eius: nō timebis a timore nocturno. a ſagitta uolāte i die. a negocio pambulante i tenebris. ab icurſu ⁊ demonio meridiano. Attendite nihilominus ⁊ uos alij qꝺ oībus ſpero ꝓfuturꝝ. illud oēs i nobis ſentim⁹. ⁊ ſēſim⁹ qui ꝯuerſi ſum⁹ ad dn̄m: qꝺ ſancta ſcriptura dicit. Fili accedēs ad ſeruitutē dei ſta i timore. ⁊ prepara aīaꝫ tuā ad tēptationē. Itaqꝫ primordia noſtre cōuerſiōis. iuxta cōis quidē expientie rōnem primus exagitat timor: quē ītrātib⁹ ſtati horror uite ingerit artioris: ⁊ īſuete auctoritas diſcipline. Atqꝫ is timor nocturnus dr̄: uel q̄ nox i ſcripturis deſignare ſolet aduerſa. uel q̄m ꝓpter qꝺ aduerſa pati aggredimur: id nundū reuelatū eſt. Si eniꝫ dies ille luceret i cuius lumie piter ⁊ labores ⁊ premia uiderem⁹: timor oīno quoꝝ uis laboꝝ nullus eſſet pre deſiderio p̄mioꝝ: dum clara luce apperet. quā nō ſint ꝯdigne paſſiones huius temꝑis ad futurā gl̄iaꝫ q̄ reuelabit̄ i nobis. Nunc ṽo q̄m abſcondita ſunt ab oculis noſtris. ⁊ nox ē iteriꝫ i hac pte. tēptamur nimiꝝ a t more nocturno: ⁊ pro bonis q̄ nō uidem⁹ formidam⁹ q̄ i preſentiaꝝ ſunt aduerſa tolerare. Uigilandū ꝓinde ⁊ orand̄ prio intrantib⁹ ꝯtra hāc primā tēptationē. ne ſubito preoccupati a puſillanimitate ſpirit⁹ ⁊ tēpeſtate: a bono cepto quod abſit reſiliāt. Supata aūt hac tēptatōe. armem⁹ nos nihilominus aduerſus hominū laudes: q̄ de laudabili potiſſimū uita ſumunt materiā. Alioquin patebim⁹ uulneri a ſagitta uolante i die: q̄ ē uanis gl̄ia. Fama ſiquidē uolat. ⁊ ideo i die. q̄ ex opibus lucis. Sed hec exſufflat̄ tanq̄ꝫ inanis aura: reſtat ut ſolidius aliquid afferat̄ de diuitijs ⁊ honorib⁹ ſeculi: ſi forte qui nō curat laudes. appetat dignitates. Et uide ſi nō hic ordo tēptāꝺi ſeruat⁹ eſt i dn̄o noſtro. cui poſt ſuggeſtū ad ſolā uanitatē precipitiuꝫ. oſtēſa ſūt oīa regna mūdi. atqꝫ oblata. Tu ergo exēplo dn̄i ⁊ iſta renue. Aliter neceſſe ē circūueniri te. a negocio pambulāte i tenebris: quod ē hypocriſis. Et eni iſta de ambitiōe deſcēdit. ⁊ i tenebris habitatio eius: quippe abſcōdit qꝺ eſt. ⁊ qꝺ nō eſt mentit̄. Negociat̄ autē omni tēpore formā retinēs pietatis ad ſeſe occultādū: ṽtutē aūt ei⁹ uēditās ⁊ emens honores. Poſtrema tēptatio eſt demonū meridianum. qui ſolet maxie inſidiari pfectis. qui uidelicet tanquā uiri uirtutū omnia ſupauerint. uoluptates. fauores. honores. Quid eni iā ſupeſt ei qui tēptat i quo poſſit pugnare palam: aduerſus huiuſmodi? Uenit proinde occultus qui manifeſtus nō audet: ⁊ quē ſatis exptus ē aptum omne horrere malum. falſo bono ſupplantare molitur. Qui auteꝫ poſſunt dicere cum apoſtolo. non enim ignoramus aſtutias eius: quo plus ꝓficiūt eo magis ſolliciti ſūt cauere a laqueo iſto. Hinc ē qꝺ Maria angelica ſalutatione turbat̄: dolū

nisi fallor suspicās. Et iosue nō prius amicū āgelicū recepit: quā eē amicū nouerit. Deniq3 sciscitatur suus ne sit an aduersariorum: tanquā qui expertus sit demonij meridiani uersutias. Apostoli quoq3 aliquādo cū remigarēt & laborarent in remigando uento aduersante & iactāte nauiculam. uidē tes dn̄m ambulare sup mare & putantes fantasma ēe ita ut clamarēt pre timore: nōne apertā meridiani suspicionē demonii pretenderēt. & recordamini scripture dicentis. q2 quarta uigilia noctis uenit ad eos ābulās sup mare. Quarto igitur id ē supremo demū loco hec tēptatio formidetur. & quo se in sūmo stare quis uiderit: eo sibi uigilantius ab incursu & dmonio meridiano cauēdū intelligat. Porro discipulis uerus se manifestauit meridies. in eo qd audierunt ego sum. nolite timere. & falsi suspicio ab eis depulsa ē. Utinam & nobis quotiēs palliata falsitas molitur irrepere. emittat lucem suam & ueritatem suam: ad prodendam illam oriens ex alto. uerus meridies. & diuidat lucem a tenebris ut non notemur a propheta: tanquam ponentes lucem tenebras. & tenebras lucem. Adhuc nisi tedio fuerit longitudo sermonis: has quatuor temptationes temptabo suo ordine assignare ipsi corpori christi quod est ecclesia. Et ecce quaz breuius possum percurro. Uidete primitiuam ecclesiam: si non primo pulsa ē acriter nimis: a timore nocturno. Erat enim nox. qn̄ omnis qui interficeret sanctos arbitrabatur obsequium se prestare deo. Hac aūt tēptatione deuicta & sedata tempestate. inclita facta est. & iuxta promissionem ad se factam in breui posita in superbiam seculorum. Et dolens inimicus qd frustratus esset a timore nocturno. cōuertit se callide ad sagittam uolantē in die. & uulnerauit in ea quosdam de ecclesia. Et surrexerunt homines uani. cupidi glorie. & uoluerūt sibi facere nomē. & exeūtes de ecclesia diu eandem matrem suam afflixerunt in diuersis & peruersis dogmatibus. Sed hec quoq3 pestis depulsa est in sapientia sanctorum sicut & prīa i patiētia matrū. In tp̄a ista libera quidem deo miserante ab utraq3 illa malitia: sed plane feda. a negotio perambulante in tenebris. Ue generationi huic a fermento phariseorum qd est ypocrisis. si tamen ypocrisis dici debet. que iam latere pre abundantia non ualet & pre impudentia non querit. Serpit hodie putrida tabes per omne corpus ecclesie: & quo latius eo desperatius. eoq3 periculosius quo interius. Nā si īsurgeret aptus hereticus. mitteretur foras & aresceret: si uiolentus inimicus absconderet se forsitam ab eo. Nunc uero quez eiciet: aut a quo abscondet se: Omnes amici. & omnes inimici. omnes necessarij. & omnes aduersarij. omnes domestici & nulli pacifici: omnes proximi. et omnes que sua sunt querunt. Ministri christi sunt & seruiunt antichristo. honorati incedunt de bonis domini: cui domini honorem non deferunt. Inde is quem cotidie uides meretricius nitor. histrionicus habitus. regius apparatus. inde aurum in frenis in sellis. i calcaribus: & plus calcaria quam altaria fulgent. Inde mense splendide & cibis &

ciphis.inde comessationes ⁊ ebrietates.inde cithara.⁊ lira.⁊ tibia.in de redundantia torcularia ⁊ promptuarie plena eructantia ex hoc in illud. Inde dolia pigmentaria:inde referta marsupia. Pro huiusmodi nolunt esse ⁊ sunt ecclesiarum prepositi.decani archidiaconi epischopi. ⁊ archiepiscopi:,nec enī hec merito cedunt.sed negocio illi qđ perambulat in tenebris. Olim predictum est.⁊ nunc tempus impletionis aduenit. Ecce in pace amaritudo mea amarissima. Amara prius in nece matrem.amarior post in ꝯflictu hereticorum :amarissima nunc in moribus domesticorum. Non fugare.non fugere eos potest:ita inualuerunt ⁊ mltiplicati sunt sup numeꝝ. Intestina ⁊ insanabilis ē plaga eccle:⁊ iō ī pace amaritudo eius amarissima. Sꝫ ī qua pace:᾽ Et pax est:⁊ non est pax. Pax a paganis.pax ab hereticis:sꝫ nō ꝑfecto a filijs. Uox plāgētis ī tēpore isto.Filios enutriui ⁊ exaltaui:ipsi aūt spreuerūt me.Spreuerunt.⁊ maculauerūt a turpi uita.a turpi q̄stu.a turpi cōmertio:a negocio deniqꝫ perambulante ī tenebris.Supest ut iam de medio fiat demonium meridianū ad seducendos si qui in xp̄o residui sunt. adhuc pmanētes ī simplicitate sua. Siquidē absorbuit fluuios sapientiū ⁊ torrētes potētiū. ⁊ habet fiduciam ut iordanis influat in os eius. id est humiles ⁊ simplices qui sunt in ecclesia. Ipse est enim antichristus:qui non solum se diem. sed ⁊ meridiem mentietur. ⁊ extolletur supra id quod dicitur aut quod colitur deus:quem dominus ihesus interficiet spiritu oris sui. ⁊ destruet illustratione aduentus sui. utpote uerus ⁊ eternus meridies. sponsus ⁊ aduocat᷒ ecclesie:qui est deus benedictus in secula. Amen.

Sermo.xxxiiij. In quo tractatur de humilitate ⁊ patiētia.

[s]I ignoras te o pulchra inter mulieres.egredere ⁊ abi post greges sodaliū tuorū:⁊ pasce hedos tuos iuxta tabernacula pastorū. Oli sāctus moyses quoniā multū presumebat de gratia ⁊ familiaritate quā īuenerat apud deū:aspirabat ad quādā uisionē magnaꝫ ita ut diceret deo. Si īueni gratiā ī oculis tuis:ostēde mihi teipsum. Accepit autē pro ea uisionē lōge īferiorē:ex qua tamē ad ipsā quā uolebat posset aliquādo peruēire. Filij quoque zebedei ī simplicitate cordis sui ābulātes.magnū aliquid ⁊ ipsi ausi sūt.sed ad gradū nihilominus sūt reducti:per quē fuerat ascēdēdū. Ita ⁊ modo spōsa.quoniā rē grādē postulare uidetur:reprimitur sane austeriori responsione:sed plane utili ⁊ fideli. Oportet namque humiliter sentire de se.nitentem ad altiora.ne dum supra se attolitur.cadat a se.nisi in se firmiter per ueram humilitatem fuerit solidatus.⁊ quia nisi humilitas merito maxima minime obtinentur. Propterea qui prouehendus est.correptione humiliatur:humilitate meretur. Tu ergo cum te humiliari uideris.habeto id signum in bonum:omnino argumentum gratie propinquantis. Nam sicut ante ruinam exaltatur cor:ita ante exaltationem humiliatur. Sane utrumque legis deuꝫ scilicet ⁊ superbis resistere:⁊ humilibus dare gratiam. Non

ne deniq; seruũ suũ iob cũ post isignem triumphum tantam ⁊ tam proba az ipsius patiẽtiam. larga remunerandam benedictione censeret: prius in multis ⁊ districtis percũctationibus humiliare curauit: ⁊ sic paraz uiam benedictioni? At parum ẽ cũ per seipsum humiliat nos dñs. si tũc libenter accipimus: nisi qñ ⁊ per alium hoc facit sapiamꝰ similiter. Quã obrem accipe huius rei mirabile documentum: de sãcto dauid. Aliquã do maledictum ẽ illi. ⁊ a seruo. At ille nec cumulatã iniuriã sentit: quia presensit gratiam. Quid mihi ait ⁊ uobis filij sarue? O uere hominem secundum cor dei: qui se ulciscenti potius quam exprobranti succensendum putauit. Unde ⁊ secura consciẽtia loquebatur. Si reddidi retribuẽtibus mihi mala: decidam merito ab inimicis meis inanis. Uetuit ergo prohiberi maled cum conuiciantem: questum estimans maledicta. Et addit. Dominus misit illum ad maladicendũ dauid. Prorsus secundũ cor dei: qui de corde dei ferebat sententiam. Seuiebat lingua maledica: ⁊ ille intendebat quid in occulto ageret deus. Uox maledicentis in auribus: ⁊ animus inclinabat se ad benedictionẽ. Nũquid ĩ ore blasphemi deus? Absit. Sed eo usus est ad humiliandum dauid. Nec lature ꝓphetam. quippe cui incerta ⁊ occulta sapientie sue manifestauerat deꝰ ⁊ iõ dic. Bonũ mihi qd̃ hũiliasti me: ut discã iustificatiões tuas. Uides q: hũilitas iustificat nos? Hũilitas dixi: ⁊ ñ hũiliatio. Quãti humiliant: qui hũiles ñ sũt. Alij cũ rãcore hũiliant: alij patiẽter. alij libẽter. Primi rei sũt. sequẽtes innoxij: ultimi iusti. Quãquã ⁊ inocẽtia portio iustitie est sed consumatio eius apud humilem. Qui autem dicere põt. bonũ mihi quod humiliasti me: is uere humilis est. Non põt dicere qui inuitus tolerat minus qui murmurat. Neutri horum promittimus gratiam quod humiliatur: ⁊ si sane longe hij duo a se differant. ⁊ alter quidem in patientia sua possideat animam suam: alter in suo murmure pareat. Sed enim ⁊ si unus iram. neuter tamen gratiam promeretur: quam non humiliatis. sed humilibus deus dat gratiam. Est aũt humilis qui humiliationem conuertit in humilitatem: ⁊ ipse est qui dicit deo. bonum mihi quod humiliasti me. Nemini prorsus quod patienter fert bonum est. s; plane molestum. Scimus an quia hilarem datorẽ diligit deus. Unde ⁊ cum ieiunamus: iubemur caput nostrum ungere oleo. ⁊ faciem lauare ut nostrum scilicet opus bonum: spiritali quodam gaudio cõdiatur: ⁊ holocaustum nostrum pinguefiat. Etenim sola gratiam quam prefert: meretur leta ⁊ absoluta humilitas. Que enim coacta fuerit uel extorta qualis utiq; ẽ in uiro patiente illo qui possidet animam suam: hec inquam humilitas ⁊ si uitam obtinet propter patientiam: propter tristitiam tamẽ gratiam non habebit. Non enim congruunt ei qui eiusmodi ẽ. illud scripture. glorietur humilis in exaltatione sua: qm̃ non spõte humiliatur neq; libenter. Uis autẽ uidere humilem recte gloriantem: ⁊ uere dignum gloria? Libenter inquit gloriabor ĩfirmitatibꝰ meis: ut ĩhabitet ĩ me uirtus

christi. Non dicit patienter se ferre infirmitates suas. sed ⁊ gloriari. ⁊ li
benter gloriari in illis. probans etiam sibi bonū esse quod humiliatur:
nec sufficere omnino ut possideat animā suam tanquam patiēter humi
liatus: nisi ⁊ gratiā accipiat tanquam sponte humiliatus. Generalem
uero hinc audi regulā. Omnis qui se humiliat ait exaltabitur. Signifi
cat profecto nō omnem exaltandam esse humilitatem: sed eam tantum
que de uolūtate uenit: non ex tristitia. nec ex necessitate. Nec enim per
contrariū omnis qui exaltatur humiliandus erit. sed tamen qui se exal
tat humiliabitur. nimirū ob uoluntariam uanitatem. Ita ergo nō qui hu
miliatur sed qui spōte se humiliat exaltabitur: itaque ob meritum uolun
tatis. Esto enī quod humilitatis materia per aliū ministrāur: uerbi gra
tia probra damna supplicia. nō tamen idcirco recte ab alio quam a se
metipso humiliatus ille dicetur. qui illa omnia tacita conscientia. causa
dei subeunda decreuerit. Sed quo progredimur? Patiēter ut sentio su
stinetis excessum ī uerbo de humilitate ⁊ patientia: sed reuertamur ad
locū de quo digressi sumus. Id namque incidit nobis ex occasione re
sponsi. quo grandia presumentē sponsam. reprimendam censuit spōsus.
⁊ non ad īsipientiam illi. sed ut sane ex eo probabilioris ⁊ maioris humi
litatis daretur occasio. per quā dignior potiorum atque eorum ipsorum
que petebat capacior efficeretur. Uerumtamē quia adhuc in ianuis su
mus presentis capituli: discussionis eius iniciū principio si placet sermo
nis alterius ordiamur. presertī ne uerba sponsi uel recenseantur cum te
dio uel audiātur. Quod ipse auertat a seruis suis ihesus christꝰ dominꝰ
noster: qui est deus benedictus in secula Amen.

Sermo. xxxv. De increpatione dura quā facit sponsus ad sponsam. Et de duplici ignorantia nimium pauenda ⁊ fugienda.

s I te īquit ignoras: egredere. Dura ⁊ aspa īcrepatio: qđ dicit egre
deř. Hoc quippe ūbū hui audiř solēt a ualde irascētibꝰ ⁊ īdignāti
bꝰ dñis l' ācille. a dñabꝰ suis: cū grauit illas offēdrit. Exi hic Exi a
me: egredeř a ɔspcu meo: ⁊ a domo ista. Hoc g° ūbo aspo atqꝫ amaro sa
se significans. Ore eni ad os sicut quondã cũ sãcto moyse. loquitur cum sponsa: ⁊ palam, ñ per enigmata ⁊ figuras deum uidet. Tamẽ denique ore ꝓnunciat. qualem ⁊ mẽte cõspicatur. uisione plane sublimi ⁊ suaui. Regẽ i decore suo uiderũt oculi eius: sed tamẽ ut regẽ. sed ut dilectum. Uiderit eũ sane quis super soliũ excelsũ ⁊ eleuatũ. ⁊ alius quoque facie ad faciẽ sibi apparuisse testatus sit. mihi tamẽ uidetur eminẽtia i hac ꝑ te eẽ apud spõsam: quod ibi uisus legitur dominus hic dilectus. Sic eni habes. Uidi dominũ sedẽtẽ sup soliũ excelsũ ⁊ eleuatũ. Et itẽ. Uidi dominũ facie ad faciẽ. ⁊ salua facta ẽ aĩa mea. Sed si ego domin⁹ iquit. ubi ẽ timor me⁹? Quod si illi facta reuelatio cũ timore. q̃ ubi dominus ibi timor. ego profecto si optio dareť. tãto libẽti⁹ tãtoq; carius spõse ãplecterer uisionẽ. quanto i meliori affectione que ẽ amor factã aduerto. Nam timor penã habet: perfecta caritas foras mittit timorẽ. Multũ sane iter est apparere terribilẽ i consilijs sup filios hominũ: ⁊ apparere speciosuz forma pre filijs hominũ. Ecce tu pulcher es dilecte mi ⁊ decorus. Uerba ista plane amorẽ resonant. ñ timorẽ. Sz forte ascẽdũt cogitatiões i corde tuo: ⁊ queris dubius apud te dicẽs. Qua ratiõe ṽba ṽbi facta ad animã referuntur: ⁊ rursũ aĩe ad ṽbũ. ut illa audierit uocẽ loquẽtis sibi ⁊ ꝓhibẽtis q̃ð pulchra sit. uicissimq; idẽ preconiũ suo mox reddiderit laudatori? Quomõ possũt hec fieri? Nam ṽbo loquimur: nõ ṽbũ loquiť. Idẽque aĩa nõ hẽt unde loquať: nisi os corporis sibi ṽba formauerit ad loquẽdũ. Bene queris. sed attẽde spiritũ loqui: ⁊ spiritaliter oportere itelligi que dicuntur. Quotiens proinde audis uel legis uerbum atque animam pariter colloqui. ⁊ se inuicem intueri. noli tibi ymaginari quasi corporeas itercurrere uoces: sicut nec corporeas colloquentiuz apparere ymagies. Audi potius quid tibi sit. in huiusmodi cogitãdũ. Spiritus est uerbum. spiritusq; anima. habentq; linguas suas quibus se alterutrum alloquantur: presentesque indicent. Et uerbi quidem lingua fauor dignatiõis ei⁹ anime uero deuotionis feruor. Elinguis est anima atque infãs que hãc non habet: ⁊ non potest ipsi ullaterius sermocinatio esse cum uerbo. Ergo huiuscemodi linguam suam cum uerbum mouet uolens ad animam loqui: non potest anima non sentire. Uiuus est eniz sermo dei ⁊ efficax. ⁊ penetrabilior omni gladio ancipiti: pertingens usque ad diuisionem anime ⁊ spiritus. Et rursum cum suam anima mouet uerbum latere multominus poterit. non solum quia ubique est presens. sed propter hoc magis quod nisi ipso stimulante deuotionis lingua minime ad loquendum mouetur. Uerbo igitur dicere anime pulchra es. ⁊ appellare amicam. infundere est unde ⁊ amet ⁊ se presumat amari. Ipsi uero uerbũ uicissim nominare dilectum. ⁊ fateri pulchruz quod amat. ⁊ quod amať sine fictione ⁊ fraude ascribere illi ⁊ mirari dignationẽ. ⁊ stupeř ad gratiã. Siquidẽ pulchritudo illi⁹ dilectio eius: ⁊ iõ maior q̃ preueniẽs. Medullis ꝓinde cordis ⁊ iĩtimarũ uocibus affectionum, tãto amplius atq; ar

dentius clamitat sibi diligendũ: quanto id prius sensit diligens quã dilectum. Itaqȝ loquutio vbi. infusio doni. responsio anie: cũ graꝝ actiõe admiratio. Et idcirco plus diligit qḋ se sẽtit in diligẽdo uictã: et ideo plus miraꝝ qḋ pũetã agnoscit. Vñ nõ ꝯtẽta ẽ sel' dicere pulchꝛ. nisi repetat ⁊ decoꝝ: eminentiã ḋcoꝛis illa repetitiõe designãs. Aut certe i utraqȝ xpi substãtia dignũ expressit omni admiratõe ḋcorẽ: in altera nature. i alr̃a gr̃e. Quã pulcher es anglis tuis dñe ihesu. i forma dei. i die eternitatis tue. i splendoꝛibus sanctoꝝ ante luciferꝝ genit⁹. splẽdoꝛ ⁊ figura substantie patris. ⁊ quidã ꝑpetuus minieqȝ fucat⁹ candoꝛ uite eterne. Quã mihi decorus es dñe mi. i ipsa tui huius positiõe decoꝛis. Eteniȝ ubi te exinanisti. ubi naturalib⁹ radijs lumen ideficiens exuisti: ibi pietas magis emicuit. ibi caritas plus effulsit: ibi amplius gl̃a radiauit. Quã clara mihi oriris stella ex iacob. quã lucidus flos ḋ radice iesse egrederis: quã iocundũ lumẽ i tenebris uisitasti me oꝛiẽs ex alto. Quã spectabilis ⁊ stupendus ẽt ṽtutibus sup̃nis i ꝯceptu ḋ spiritu. i oꝛtu de uirgine. i uite innocentia. i doctrine fluẽtis. in choruscationib⁹ miraculoꝝ: in reuelationibus sacramentoꝝ. Quã deniqȝ rutilans post occasũ sol iustitie de coꝛde terre resurgis. quã formosus i stola tua demũ rex gl̃ie in alta celoꝝ te recipis. Qũo nõ pꝛo hijs oĩbus oĩa ossa mea dicent. dñe quis similis tibi? Hec ergo similiaqȝ puta in dilecto intuentẽ sponsam aduertisse cũ diceret. Ecce tu pulcher es dilecte mi ⁊ decorus. Neqȝ hec sola. sed insuper aliquid procuIdubio de nature decore superioris quod nostrum omnino pꝛeteruolat intuitum. ⁊ effugit experimentum. Ergo iteratio utriusque decorem substantie designauit. Audi ḋinde quomodo tripudiat ad aspectum affatumqȝ dilecti. ⁊ coꝛam ipso nuptiali carmine que amoris sunt gratulabunda decantat. Sequitur enim. Lectulus noster floꝛidus: tigna domorum nostrarum cedrina. laquearia cypꝛessina. Sed seruem⁹ recentiori principio sponse cantilenam. ut ⁊ nos de quiete facti alacriores: liberius exultemus ⁊ letemur in ea: ad laudem ⁊ gloriam sponsi ipsius ihesu christi domini nostri: qui est ḋus benedictus in secula. Amẽ.

Sermo. xlvj. De statu uel compositione totius ecclesie. Et quomodo ꝑ actiuam uitam. que sub obedientia agitur: peruenitur ad cõtemplatiuã.

l Ectulus noster floꝛidus. tigna domoꝛum nostrarum cedrina: laquearia nostra cypꝛessina. Epythalamum canit: cubile ⁊ thalamos pulchꝛo sermone describens. Sponsum inuitat ad requiẽ: hoc enim melius quiescere ⁊ cum chꝛisto esse. Necessarium autem exire ad lucra: pꝛopter saluandos. Uerum nunc opoꝛtunitate ut putat inuenta. oꝛnatum nuntiat thalamum. lectulumqȝ digito monstrãs. dilectuȝ ut dixi inuitat ad requiem: ⁊ cum euntibus in emaus coꝛdis ardoꝛeȝ nõ sustinens: ad mentis pertrahit hospicium. secum pernoctare compellit: ⁊ cum petro loquitur. domine bonum est nos hic esse. Iam quid spiritaliter ista contineant requiramus. Et in ecclesia quidem lectum

in quo quiescitur claustra existimo esse et monasteria : in quibus quie te a curis uiuitur seculi. ꝛ sollicitudinibus uite. Atque hijs lectus flori dus demonstrat. cum exẽplis ꝛ institutis patrum tãquã quibusdã bñ olẽtibus respersa floribus fratrũ conuersatio ꝛ uita refulget. Porro do mos populares cõnẽtus intellige xpanoꝝ. quos hij qui i sublimitate po siti sũt xpi. utique utriusq; ordinis pꝛiceps quasi tigna parietes iustis im positis legibꝰ fortiter strigũt. ne sua quiq; lege uel uolũtate uiuẽtes tan quã parietes iclinati ꝛ macerie depulse dissideant a semetipsis. ꝛ sic oĩs structura edificij corruẽs dissipetur. Laquearia ṽo que a tignis firmiter pẽdẽt ꝛ domos isignite ornant. puto bñ instituti cleri mãsuetos ꝛ disci plinatos mores riteq; ãministrata officia designare. Quomõ nãq; sta bunt ordines clericoꝝ ꝛ amministrationes eoꝝ si ñ principũ tãquam ti gnoꝝ beneficio ꝛ munificẽtia sustententur: ꝛ protegantur potentia? Qđ ãt tigna cedrina ꝛ laquearia cypressina describuntur. natura absque du bio hẽt in hijs speciebus lignoꝝ: quod congruat prefatis ordinibus. Et cedrus quidẽ qm̃ iputribile ẽ. nec cũ ꝛ odoriferũ. alteque proceritatis li gnum: satis indicat. quales oporteat assumi uiros i uices tignoꝝ. Ergo ualidos ꝛ constantes necesse ẽ eẽ eos qui super alios ordinantur. nec ñ ꝛ longanimes i spe atque i superna mẽtẽ attollentes. qui etiam bonum fidei sue ꝛ conuersationis ubique odorẽ spargentes. dicere cũ apostolo possint. Xpi enim bonꝰ odor sumus deo in oĩ loco. Cypressus item boni odoris ꝛ iputribile similiter lignum: incorrupte uite ꝛ fidei etiam quẽuis de clero debere esse demonstrat. ut merito decori domus ac laquea rum ornatu deputetur. Scriptũ ẽ enim. Domũ tuam domine decet sãcti tudo. in longitudinem dierum. Ubi sane ꝛ sanctimonie decus: ꝛ indefi cientis gratie expressa perseuerantia ẽ. Oportet ergo uirũ qui ad orna mentum ꝛ decorem assumitur domus bonis ornatum moribus eẽ. ꝛ quã uis semper ipse sit intus. bonum tamen testimonium habere ꝛ ab hijs qui foris sunt. Sunt ꝛ alia in natura lignorum hoꝝ cõpetentia hijs que spiritaliter disseruntur. sed breuitatis causa pretereo. Notandũ uero pul chre omnem ecclesie statum. breui uno uersiculo cõprehensum. auctori tatem scilicet prelatorum cleri decus: populi disciplinam. monachorum quietem. In hoꝝ prorsus cũ recte sunt omnia sancta mater ecclesia con sideratione letatur. ꝛ tunc ea quoque offert intuenda dilecto: cu; ad eiꝰ tanquã oĩum auctoris refert oĩa bonitatẽ: nihil sibi ex oĩbus tribuẽs. Nã quod ait noster ꝛ nostraꝝ. non usurpationis ẽ signu;. sed dilectionis. qđ nimie uidelicet fiducia caritatis nihil eius quẽ ualde diligit a se estimet alienum. Nec enim se sponsi contubernio. aut quietis eius putat arcen dam consortio: que semper non que sua sed que illius sunt querere con sueuit. Et hec causa cur sibi ꝛ spõso simul siue lectulum siue domos au sa sit pronunciare communes. Dixit enim. Lectulus noster. ꝛ tigna do morum nostrarum. ꝛ laquearia nostra. audacter se in possessione associ

ans:cui iunctam non dubitat in amore. Non ita illa que proprie volunta ti nōdum abrenuntiauit.sʒ per se iacet.ꝑ se habitat: magis autē nō ꝑ se sed cū meretricibꝰ luxuriose uiuēdo cōuersat.ↄcupiscentias loquor car nis.cū quibus dissipat bona sua:ꝛ portionē substātie quā diuidi sibi po stulauit.Ceterū qui tu has spiritus sancti uoces audis ul' legis. putasne aliqua horum que dicuntur ualeas applicare tibi.ac de felicitate sponse que hoc amoris carmine ab ipso spiritu canitur aliquid recognoscere in temetipso.ne dicatur ꝛ tibi.quia uocem eius audis ꝛ nescis unde ueni at aut quo uadat: En forte appetis ꝛ ipse contemplationis quietē. ꝛ 'be ne facis.tm̄ ne obliuiscaris flores quibus lectulū spōse legis aspersum. Ergo cura ꝛ tu tuū similiter circūdare bonoꝝ floribꝰ operū. ṽtutū exer citio tāquā flore fructū sāctū ociū ꝑuenire. Alioqui ꝺlicato satis ocio do mitare uoles.si ñ exercitatꝰ quiescere appetas.ꝛ lye fecūditate neglecta solis cupias rachelis āplexibꝰ oblectari. Sʒ ꝑposterus ordo ē āte meritū exigeř ꝑmiū.ꝛ āte laborē sumeř cibū.cū apl's dicat:qui ñ laborat.ñ man ducet. A mādatis tuis itellexi iquit:ut scias nisi obediētie mādatoꝝ cōtē platōis gustū penitꝰ ñ ꝺberi. Nō igiř putes ꝺ.ꝓprie amore quietis sācte obediētie actibꝰ senioꝝ ue traditōibꝰ ꝑiudiciū ullatenꝰ faciēdū. Alioqui ñ dormiet tecū spōsus i lectulo uno.illo ꝑserti quē tibi.ꝓ obediētie floribus cicutis atqʒ urticis iobedientie aspsisti. Propter qꝺ ñ exaudiet orōnes tuas uocatusqʒ nō ueniet.nec enim dabit inobedienti copiam sui tātus obediētie amator:ut mori quā nō obedire maluerit. Sʒ neqʒ approbat tue contēplationis mane ociū qui dicit per ꝓphetam.laboraui sustinens significans tempus.quo exul celo ꝛ patria summe quietis.operatus est salutem in medio terre. Magis autem uereor ne te quoqʒ inuoluat for midolosa illa sententia ita intonans in perfidiam iudeorum. Neome nias uestras ꝛ sabbatum:ꝛ festiuitates alias non feram. Item calendas ur̄as ꝛ sollempnitates ur̄as odit anima mea:facta sunt mihi molesta .et lugebit ꝓpheta super te ꝛ dicet. Uiderunt eam hostes:ꝛ deriserunt sab bata eius. Cur enim qꝺ dilectus repudiat:nō irrideat inimicꝰ: Miror ualde iprudentiā aliquoꝝ qui iter nos sūt.qui cū oēs nos sua singl'arita te turbauerint.sua impatiētia irritauerint.sua inobedientia conquinaue rint.audent nihilominus ad tam fedum conscie sue lectulū.omni oratio num instātia totius puritatis deū inuitare. At cū extenderitis ait manꝰ ur̄as auertā oculos meos:ꝛ cū multiplicaueritis orationem nō exaudiā. Quid enim: Lectulus non est floridus.magis autem putidus:ꝛ tu illic regem glorie trahis: Ad pausandum hoc facis:an ad causandum: Centurio uetat illum.intrare sub tectum suum propter suam indignita tem:cuius tamen fides inuniuerso redolet isrl'e.ꝛ tu ad te compellis in trare tantorum sordens spurcitia uiciorum: Clamat apostolorū princeps exi a me domine.quia homo peccator sum.ꝛ tu dicis intra ad me domi ne qm̄ sactus sum. Omnes iquit unanimes i oratione estote.fr̄nitatē di

ligite. ⁊ uas electionis. leuantes puras manus ait sine ira ⁊ disceptatione. Uides ne quomõ concordent sibi ⁊ eodem spiritu de pace ⁊ trãquillitate animi quã hẽre debet ille q̃ orat: loquãtur princeps aploꝝ ⁊ doctor gentium? Perge ergo tu tota die expãdere ad deum manus tuas qui fratres tota die molestas unanimitatem impugnas. ab unitate te separas. Et quid me uis facere inquis? Profecto ut primo quidem emũdes consciam ab omni inquinamẽto ire ⁊ disceptationis. ⁊ murmuris ⁊ liuoris. ⁊ quicquid omnino aduersari cognoscitur aut paci fratrũ aut obediẽtie seniorum: de cordis habitaculo eliminare festines. Deinde circũdare tibi flores bonorũ quorũq; operum ⁊ laudabiliũ studioꝝ. atq; odoramẽta uirtutum. id ẽ quecũq; sunt uera. quecumq; iusta. quecũque sancta. quecumque amabilia. quecũq; bone fame. si qua uirtus. si qua laus discipline: hec cogitare. in hijs exerceri curato. Ad istiusmodi secure uocabis sponsum. qm̃ cũ itroduxeris eũ. ueraciter dicere poteris ⁊ tu q2 lectulus nr̃ floridus. redolente nimirũ conscientia pietatẽ. sed pacẽ. sed mansuetudinem. sed iustitiã. sed obedientiam: s; hylaritatem sed hũilitatem. ⁊ de lectulo quidẽ sic. Domum uero spiritalem seipm̃ quisq; agnoscat. qui tñ iam nõ in carne ambulet s; in spiritu. Templum enim dei ait sanctum est: qd̃ estis uos. Curate ergo fratres spiritali huic edificio qui uos estis ne forte cũ in supiora proficere cepit. uacillet ⁊ corruat. si lignis fortibus nõ fuerit subnixũ ⁊ colligatum. curate inquã illi tigna dare imputribilia ⁊ immobilia. timorẽ dñi uidelicet illum qui pmanet in seculum seculi. patientiam de qua scriptũ est. q2 patientia pauperum nõ peribit in finem. longanimitatem quoq; que sub quouis structure pondere inflexibilis perseuerans. in infinita secula uite beate protenditur. saluatore loquẽte in euãgelio. Qui pseuerauerit usq; in finem: saluus erit. Magis autem sup omnia caritatẽ que nunquam excidit. q2 fortis est inquit ut mors dilectio: dura sicut inferus emulatio. Studete deniq; hijs tignis substernere ⁊ alligare ligna alia eque preciosa ⁊ pulchra: cui tñ illa ad manum fuerint in opus laquearium. ad decorem dom⁹. sermonem scilicet sapiẽtie siue scie. pphetiam. gratiã curationũ. interpretationem sermonu; ⁊c̃. talia que magis noscuntur sane apta ornatui: quã necessaria esse saluti. De hijs preceptũ nõ habeo: consiliũ aũt do. Qm̃ quidẽ istiusmõi ligna constãt ⁊ laboriose queri. ⁊ difficile inueniri. ⁊ piculose elaborari. nam ⁊ rara ea presertim his tẽporibus terra nr̃a pducere reppirĩ. cõsulo sane ⁊ moneo non multope ista requiri. magis aũt ex lignis alijs laquearia pparari. que ⁊ si minus appareãt splẽdida. ñ min⁹ tñ ualida ẽe pbanĩ: insup ⁊ facili⁹ possidẽĩ ⁊ tuti⁹. Utinã mihi illoꝝ supat copia lignoꝝ. quib⁹ ort⁹ sponsi ecclesia copiose densaĩ. pax. bonitas. benignitas. gaudiũ in spiritu sancto. misereri in hylaritate. tribuere in simplicitate. gaudere cum gaudentibus flere cum flentibus. An non tu illam domum qd̃ ad laquearia spectat satis abundeque ornatam censeas quam talibus lig

nis sꝑexeris sufficient ꝯpositeqꝫ tabulatã: Dñe dilexi decorẽ domꝰ tue.
semper da mihi ligna hec queso. quibus tibi semper ornatum exhibeam
thalamũ conscĩẽtie: dico ⁊ mee ⁊ alterius. His cõtentus ero. erũt ⁊ qui
meo i hac re ꝯsilio acquiescere uolent. q᷑ ⁊ te puto esse ꝯtentũ: cetera sã
ctis ap̃lis. ⁊ uiris ap̃licis derelinquo. Sed ⁊ uos dilectissimi tam ⁊ si illa
ligna nõ habeatis ꝯfidite. nihilominus cũ omni fiducia accedite ad lapi
dem summũ angularẽ. electũ ꝓciosũ: nihilominus sup̱ fundamẽtũ ap̃lo
rũ ⁊ ꝓphetaꝝ. ⁊ ipsi tanq̃ꝫ lapides uiui sup̱edificamini ĩ domos sp̃ũales
sacerdotiũ sanctũ offerre sp̃ũales hostias. acceptabiles deo p̱ ihesum
xp̃m sponsũ ecclesie dñm nostꝝ: qui est d̃us benedictus in secula.
Sermo. xlvij. De triplici flore. scilicꝫ uirginitatis martyrij ⁊ bone opera
tionis. Et de deuotione habenda circa diuinum officium.
Go flos cãpi: ⁊ liliũ ꝯualliũ. Ad hoc respicere puto q̃ꝺ sponsa
e de respersis lectulum floribus cõmẽdarat. Nec enim sibi flores
ascriberet illos. quibus lectulus decoratus. ⁊ uenustatus thala
mus uidebatur. infert sponsus se eẽ florem campi. nec de thalamo sane
flores prodire sed de campo. ⁊ suo munere ⁊ sui participatione fieri q̃ꝺ
retinet ⁊ q̃ꝺ redolet. Ne quis ergo exprobrare illi posset ⁊ dicere. quid
habes q̃ꝺ non accepisti. si autẽ accepisti quid gloriaris quasi non acce
pisti quid gl̃aris quasi ñ accepis. ipse dilecte siue sicut ambitiosus, ama
tor ita iformator benignus. pie illi dignãterqꝫ d̃mõstrat. cui nitorẽ d̃ quo
gl̃iabit̃ ac suaue olẽtiã lectuli debeat d̃putare. Ego flos cãpi iquit: d̃ me
ẽ q̃ꝺ gloriaris. Saluberrime mouemur ⁊ ex hoc loco. q᷑ nequaquã gl̃ari
oportet. ⁊ siquis gl̃at̃ i dño gl̃et̃. Et sc̃dꝫ litterã ist̃d. Nũc iã scrutemur ip
so de quo loquimur adiuuante: spiritualem qui i ea tegitur itellectũ. Et
p̱rio aduerte nũc mihi trifariũ quẽdã floris statũ. i cãpo i orto. i thalamo
ut post hoc ẽt ill̃d faciliꝰ cõp̱atũ fiat: cur se potissimũ cãpi florẽ elegerit
appellare. Et i cãpo quidẽ atqꝫ orto orit̃ flos: i thalamo ãt minime. Olet
⁊ lucet i eo. ñ tñ erectus ⁊ stãs ut i orto l' cãpo: sꝫ plãe iacẽs tãq̃ꝫ q̃ illatꝰ
sit ñ inatꝰ. ꝓpterea ⁊ necesse ẽ sane frequẽter ⁊ sẽp̱ recẽtiores apponere
flores q̃ꝺ diu odorẽ suũ minie retineãt. nec decorẽ. Q̃ꝺ si ut i alio s̃mone
p̱fatus suꝫ. lectulus resp̱sus floribꝰ ꝯsciẽtia ẽ bonis referta operibꝰ. uides
certe ut similitudo seruetur nequaquã sufficere semel uel secl̃o op̱ari q̃ꝺ
bonum est. nisi incessãter addas noua prioribꝰ. quatinꝰ seminans in bñ
dictionibꝰ. de bñdictionibus ⁊ metas. Alioquin iacet ⁊ marcet flos boni
operis. atqꝫ in breui omnis ex eo ⁊ nitor exterminat̃ ⁊ uigor: si nõ alijs
atqꝫ alijs superiectis pietatis actibus continue reparetur. Hoc in thala
mo. In orto aũt non ita: sed neqꝫ in campo similiter. Ex se enim semel
ꝓductis floribꝰ assidue subministrãt: vñ diu i ip̃is decus ingenitũ p̱seue
ret. Differũt tñ ⁊ ip̃i iter se. q̃ꝺ ortꝰ quidẽ, ut floreat. hominũ manu excolit̃
⁊ arte. cãpꝰ ṽo ex semetip̃o naturalit̃ ꝓduc̃ flores: ⁊ absqꝫ oi hũane dili
gẽtie a dintorio. Putasne iã tibi uideris adṽtere quisnã ille sit cãpꝰ nec

sulcatus uomere. nec defossus sarculo. nec fimo ipinguatus. nec manu hominis seminatus. honestatus tñ nihilominus illo nobili flore. super quē cōstat requieuisse spiritum domini? Ecce inquit odor filij mei sicut odor agri pleni cui benedixit dominus. Necdū speciē suā ille flos agri iduerat. ⁊ iam dabat odorē suū. quādo eū ut hoc pre gaudio exclamaret. presensit spiritu. corpore marcēs. sanctus ⁊ senex patriarcha: caligans uisu. sꝫ odoratu sagax. Nō se proide ōbuit florē thalami ꝓtestari: qui flos ē ꝑpetuo uigēs. sꝫ neque itē orti. ne hūano uidereť oꝑe generatꝰ. Pulchre āt ⁊ conuemētissime flos cāpi sū ait. qui ⁊ absqꝫ hūana idustria ꝓdijt. ⁊ semel ꝓdeūti nulla ē deiceps dñata corruptio. ut sermo iplereť quē dixit: nō dabis sanctū tuū uidere corruptionē. Sꝫ si placet accipe ⁊ aliā huius rei rationē: ut arbitror nō spnēdam. Non enim sine cā sane multiplex spiritꝰ a sapiēte describitur. nisi qđ sub uno littere cortice diuersos plerūqꝫ sapiētie itellectus tegere cōsueuit. Itaqꝫ iuxta prefatam ð floris statu partitionē. flos ē uirginitas. flos martyriū. flos actio bona. In orto uirginitas. i cāpo martyriū: bonū opus i thalamo. Et bene i orto uirginitas. cui familiaris uerecū dia ē. fugitās publici. latibuli gaudēs: patiēs disciplīne. Denique i orto flos clauditur qui i cāpo exponiť: spargiturque i thalamo. Et hēs. Ortus conclusus. fōs signatus. qđ utiqꝫ claustrū pudoris signat i ꝟgine. ⁊ iuolate custodiā sanctitatis: si tamē talis fuerit que sit sācta corpore ⁊ spiritu. Bene itē i cāpo martyriū dū martyres ludibrio omnium exponātur: spectaculū facti angelis ⁊ homibꝰ. Nonne illorꝫ miseranda uox ē i psalmo. facti sumus obprobriū uicinis nostris: subsannatio ⁊ illusio hijs qui i circuitu nostro sūt? Bene quoque i thalamo actio bona: que cōscientiam ⁊ quietā facit ⁊ tutā. Post bonū denique opꝰ securius i cōtemplatiōe dormitur. ⁊ tanto quis fiducialius sublimia ituerí ⁊ uestigare aggreditur. quāto sibi conscius est minime se proprie amore quietis caritatis operibus ðfuisse. Et hec oīa secundū aliquid dominus ihesus. Ipse flos orti. uirga. uirgīe generatus. Idem flos cāpi. martyr. martyrū corona. martyrij forma. Denique foras ciuitatem eductus ē. extra castra passus ē. in ligno leuatus ē. spectādus omnibus: subsānandus ab omnibus. Ipse itē thalami flos. speculū ⁊ exemplū totius beneficentie: quēadmodū ipse iudeis protestatus est dicens. multa bona opera feci uobis. Et item scriptura de eo. Qui pertransijt ait bñfaciendo ⁊ sanādo oīs. Si igitur hec tria dominus. que fuit cā ut e tribus se campi florē maluerit appellare? Profecto ut eā ad tollerantiam aiaret. cui nouerat iminere siquidem uellet pie uiuere i xp̄o persecutionem pati. Id se ergo libentius ꝓfitetur: ad qđ potissimū uult habere sequacem. Atque hoc est qđ alias dixi. qm̄ semꝑ ⁊ illa appetit quietem. ⁊ ille incitat ad laborem. denūtians ei qđ ꝑ multas tribulationes oportet intrare i regnuꝫ celorꝫ. Unde cū noua i terris ecclesia nouiter ðspōsata sibi redire ad patrem disponeret: dicebat ei. Uenit hora ut oīs qui iterficit uos: arbitretur

obsequiū se p̄stare deo. Itē. Si me ait persecuti sūt: ⁊ uos persequen
tur. Potes ⁊ tu i euāgelio multa colligere huic denūtiationi maloꝝ p̄e
ferēdoꝝ similia. Ego flos cāpi: ⁊ liliū cōualliū. Illa ergo monstrāte lectu
lum. ille uocat ad capū: ad exercitiū ꝓuocat. Nec putat quicquā persuasi
bilius fore illi ad ineūdū certamē: quā si seipsū certātis aut exēplū ꝓpo
nat aut premiū. Ego flos cāpi. Sane utrū uis i hoc sermone itelligi dat
uel qd̓ sit uidelicet pugnātis forma: uel qd̓ gr̄a triumphantis. Utrūque
es mihi domine ihesu: ⁊ speculū patiēdi: ⁊ premiū patientis. Utrūque
fortiter prouocat. ac uehemēter accēdit. Tu doces manꝰ meas ad preliū
exēplo v̓tutis tue. tu caput meū post uictoriā tue coronas p̄sentia maie
statis. Siue qꝛ pugnātē te expecto n̄ solū coronātē. sꝫ ⁊ coronā. i utroque
mirabiliter tibi me allicis: uterque funis uiolētissimus ad trahēdū. Tra
he me post te: libenter te sequor. libētiꝰ fruor. Si sic bonus es dn̄e sequē
tibus te: qualis futurus es consequētibꝰ? Ego flos cāpi. Qui diligit me
ueniat i cāpū. n̄ refugiat mecū ⁊ ꝓ me inire certamen: ut possit dicere.
Bonū certamē certaui. Et quoniā n̄ superbi uel arrogātes. sꝫ humiles
potiꝰ qui de se p̄sumere nesciunt martyrio idonei sūt. addit se ēt liliū
eē cōuallium. id ē humiliū coronā. specialē gloriā future exaltationis ip
sorū huius eminētia floris designans. Erit nāqꝫ cū ois uallis iplebitur.
⁊ ois mons ⁊ collis humiliabitur: ⁊ tunc candor ille uite eterne liliū plāe
nō colliū. sed cōualliū apparebit. Iustus germinabit sicut lilium inquit.
Quis iustus nisi humilis? Demqꝫ cū se manibus baptiste serui dominꝰ
inclinaret. ⁊ ille expauesceret maiestatē: sine inquit. sic enim decet nos i
plere omnem iusticiam. consumationem profecto iusticie i humilitatis ꝑ
fectione constituens. Iustus ergo humilis iustus conuallis est. Et si hu
miles inuenti fuerimꝰ germinabimus ⁊ nos sicut lilium: ⁊ florebimus in
eternum ante dominum. An non uere uel tunc maxime se liliū conual
lium comprobabit. cum reformabit corpꝰ humilitatis nostre: configuratū
corpori claritatis sue? Non ait corpus nostrum. sed corpus humilitatis no
stre. ut huius lilij miro ⁊ sempiterno candore solos significet humiles il
lustrandos: ⁊ hec dicta sunt pro eo quod sponsus se florem campi. ⁊ liliū
esse conuallium protestatus ē. Iam etiam quid de sua consequenter ca
rissima protestetur. bonum esset audire: sed hora non patitur. Ex regula
nāque nostra: nihil operi dei preponere licet. Quo quidem nomine lau
dum sollempnia que deo i oratorio cotidie persoluuntur. pater ideo be
nedictus uoluit appellare: ut ex hoc clarius apiret quam nos opi illi uel
let esse intentos. Unde uos moneo dilectissimi: pure sēper ac strenue
diuinis interesse laudibus. Strenue quidem. ut sicut reuerēter. ita ⁊ ala
criter domino assistatis. Non pigri. non sompnolenti. non oscitantes. nō
parcentes uocibus. non precidentes uerba dimidia. non integra transili
entes. non fractis ⁊ remissis uocibus muliebre quiddam balbade nare
sonantes: sed uirili ut dignum est ⁊ sonitu ⁊ affectu uoces sancti spiritꝰ

depromentes. Pure vero: ut nil aliud dū psallitis. quā qd psallitis cogite tis. Nec solas dico vitandas cogitationes vanas ⁊ ociosas. vitande sunt ⁊ ille illa dūtaxat hora. ⁊ illo loco. quas officiales frēs pro cōi necessitate quasi necessario frequenter admittere cōpelluntur. Sed ne illa quidē profecto recipere tūc ꝯsuluerim que forte paulo ante i claustro sedentes codicibus legeratis: qualia ⁊ nūc me viua voce disserente ex hoc audi torio spiritus sancti recentia reportatis. Salubria sūt: sed minime illa salu briter iter psallendum revoluitis. Spiritus enim sāctꝰ illa hora gratū ñ recipit. quicquid aliud qua debes neglecto eo quod ōbes obtuleris. Cu ius semper facere volūtatem ad eius volūtatem ipso inspirante possimꝰ gratia ⁊ misericordia sponsi ecclesie ihesu xp̄i domini nostri: qui est de us benedictus in secula. amen.

Sermo. xlviij. De laude reciproca que fit inter sponsum ⁊ sponsam Et qualiter per umbram christi itelligatur corpus et fides eius.

S Icut lilium inter spinas: sic amica mea inter filias. Non bone filie que pungunt. Attende pessimū germen eius: maledictū ē terre nr̄e. Cū inquit colueris eā: spinas ⁊ tribulos germinabit tibi. Donec ergo in carne ē anima inter spinas, pfecto versat: ⁊ necesse est patiatur inquietudines tēptationum. tribulationūq; aculeos. Quod si lilium ē ipsa iuxta verbū sponsi: videat quā vigilē sollicitamq; ēe opor teat sup custodia sui. septa undiq; spinis. hic inde aculeos intēdentibꝰ. Nec eni vel levissimā spine sustinet ullatenus punctionē floris teneritu do: s; mox ut modice p̄mit pforat. Sētis quā merito necessarieq; hortet nos ꝓpheta servire dño i timor. ⁊ itē apl's cū timor nihilominꝰ ⁊ tremor nr̄ā ipā opari salutē. Tenebāt nimir ꝓprio expimēto huiꝰ snie veritatē utpote amici sponsi qui minime prorsus ambigerent. ⁊ ad suas animas pertinere qd dicitur: sicut lilium inter spinas. sic amica mea inter filias. Deniq; unus eorum conversus sum ait in erumpna mea: dū cōfigit spi na. Bene ꝯfixus: qui ꝯversus exinde ē. Bene pungeris: si compunge ris. Multi cum sentiūt penā corrigūt culpam: ⁊ talis dicer pōt cōversus sum in erumpna mea dum configitur spina. Spina culpa est. spina pe na est. spina falsus fr: spina vicinꝰ malus. Sicut liliū int spias: sic amica mea inter filias. O candens liliū. o tener ⁊ delicate flos: increduli ⁊ sub versores sunt tecū: quomō caute ābules iter spinas. Plenus ē mundꝰ spinis i terra sūt. i aere sunt: i carne tua sūt. Versari i hijs ⁊ minie ledi: divine potētie est nō virtutis tue. Sed ꝯfidite iquit: q2 ego vici mundū. Et si igit undiq; tibi nitendi ꝓspicias tribulationū tanquā tribulor acu mina. nō turbet cor tuū neq; formidet. sciēs q2 tribulatio opatur patien tiam. patiētia, pbationē: pbatio spē. spes āt ñ ꝯfūdit. Cōsidera lilia agni: quomō iter spinas vigēt ⁊ nitēt. Si fenū qd hodie ē ⁊ cras i clibanū mit tit deꝰ sic custodit. q̄tomagis amicā ⁊ spōsā suā carissimā: Deniq; custo dit dn̄s omnes diligētes se. Sicut liliū inter spinas. sic amica mea inter

filias. Non mediocris titulus ꝑfecto uirtutis. Inter prauos uiuere bonū: ⁊ inter malignantes innocentie retinere candorē. ⁊ moꝝ lenitatē. magis autem si hijs qui oderūt pacē pacificū: ⁊ amicū ipsis te exhibeas inimicis. Id plane tibi silitudinē datā ꝺ lilio iure quodā ꝓprietatis spēaliter uendicabit. qꝺ ipsas utiqꝫ pungētes se spinas candore ꝓprio illustrare ⁊ uenustare nō cessat. An nō ꝑinde liliū tibi uideť īplere quodāmō euāgelij ꝑfectionē qua orare iubemur pro calūpniātibꝰ ⁊ ꝑsequentibꝰ nos: bn̄facere hijs qui oderūt nos? Ergo ⁊ tu fac siliter. ⁊ erit aīa tua amica dn̄i. ⁊ laudabit te de te dicēs. qꝛ sicut liliū īter spinas: sic amica mea īter filias. Sequiť. Sicut malus īter ligna siluaꝝ: sic dilectꝰ meus īter filios. Reddit sponsa preconij uicē ꝯmendāti se sponso. a quo laudari est laudabilē fieri. ⁊ quē laudare ītelligere. ⁊ āmirari. laudabilē fieri. ⁊ quē laudare ītelligere. ⁊ ammirari laudabilē. Et sicut ex eminēti flore figurata a sponsa laus eius est. ita e regione ex excellēti ligno ipsa illiꝰ singularē gl'iam emīnētiāqꝫ demonstrat. Monet tn̄ me ꝺ ligno hoc qꝺ non tante esse excellentie uideať. quāte aliqua ceteroꝝ: ⁊ ideo minꝰ digne assumi ī opus similitudinis. utpote qꝺ nō sufficiat laudis uicē īplere. Sicut malus īter ligna siluaꝝ: sic dilectus meus īter filios. Deniqꝫ nec spōsa magni estimasse uideť. que hoc ī lignis siluaꝝ tm̄ efferre curauit: nimirum sterilibus nec fructus aptos humano uictui ferentibꝰ. Cur ergo omissis melioribꝰ ⁊ nobilioribꝰ lignis. huius mediocritas arboris adducta ī mediū ē: ad formādū sponsi ꝑconiū? Ita ne ad mēsurā laudē recipe ꝺbuit: q̂ ad m̄surā spꝫ n̄ accepit? Hoc data nēpe ꝺ illa arbore silitudo fac. ut uideať hr̄e suꝑiorē: q̂ parē n̄ hꝫ. Quid dicemꝰ ad hec? Fateor ꝑua laus: qm̄ ꝑui lauſ. Nō eni hoc loco predicať magnus dn̄s ⁊ laudabil' nimis: ſꝫ ꝑuꝰ dn̄s ⁊ amabil' nimis: ꝑuulꝰ utiqꝫ qui natus ē nobis. Ergo nō maiestas attolliť hic. sed ꝯmendať humilitas: digneqꝫ ac rationabiliter qꝺ infirmū ⁊ stultū est dei. hominū fortitudini ⁊ sapie anteferť. Ipsi sunt nāqꝫ ligna siluestria ⁊ infructuosa. qm̄ secundū ꝓphetā oēs declinauerūt simul inutiles facti sūt. nō est qui faciat bonū nō ē usqꝫ ad unū. Sicut malus īter ligna siluaꝝ: sic dilectus meus īter filiosſ. Una inter ligna siluaꝝ dn̄s ihesus arbor faciēs fructū. secundū hominē sane. ⁊ si prelatus hominibꝰ. ſꝫ ab angelis minoratus. Miro eteni mō ⁊ angelis sese factus caro subiecit: ⁊ angelos sibi manens deus subiectos retinuit. Deniqꝫ uidebitis inquit angelos ascendētes ⁊ descendētes suꝑ filiū homīs. qꝺ in uno eodē qꝫ homine xp̄o ihesu ⁊ infirmitatē foueant. ⁊ stupeāt maiestatem. Quia ergo sponse id dulcius qꝺ se īminuit sapit. libentius attollit gr̄am: ꝑ̃fert misericordiā. stupet dignationē. Libuit ꝓinde hominē inter homīes ammirari. nō inter angelos deū: tanq̄ꝫ malus īter ligna siluaꝝ excellit. ⁊ nō plane īter ortoꝝ plātaria. Nec putat minui laudes. ubi de consideratōe infirmitatis pietatis bonitas exaltať. Quo eni iuxta aliquid a laudibus temꝑat: eo item iuxta aliquid magis laudat. minus ꝓsequēs gl'aꝫ digni

tis: ut gratia dignationis emineat. Sicut ergo apl's qd stultu3 ꝛ infirmũ est dei sapientius fortiusq3 dicit esse homib⁹ s3 nõ angelis. ꝛ sicut ꝑphe ta speciosũ predicat forma pre filijs hominũ. ꝛ nõ pre ãglis. sic ista certe i eodẽ spiritu loquẽs sub typo fructifere arboris silvestriũq3 lignoꝝ. hoc loco efferre noluit hominẽ deũ sup omnẽ gratiã hominũ: nõ aũt sup ex cellentiã angeloꝝ. Sicut malus iter ligna siluaꝝ: sic dilectus meus iter filios. Et bñ iter filios q: cũ esset unicus pris sui: multos illi ꝛ absq3 inui dia filios acquirere studuit. quos nũ ꝯfundit uocare fres: ut sit ipse prio genitus i multis fribus. Iure autẽ preponit universis adoptatis p grãz: is qui p naturã filius ẽ. Sicut malus iter ligna siluaꝝ: sic dilectus meus inter filios. Merito sicut malus. qui istar fructifere arboris. ꝛ umbrã re frigerij habet. ꝛ fert fructũ optimũ. An nõ uere fructifeꝝ lignũ: cui⁹ flo res fructus honoris ꝛ honestatis: Deniq3 lignũ uite ẽ apprehẽdẽtibus eum. Non ꝯpabunt huic oĩa ligna siluaꝝ. q: ꝛ si sunt arbores pulchre ꝛ magne q̃ opẽ ferre uideant. orando. ministrãdo. docẽdo. exẽplis. uiuẽdo. solus tñ dei sapia xp̃s. lignu3 est uite. solus panis uiuus qui descẽdit de celo: ꝛ dat uitã mundo. Ideo ait. Sub umbra ei⁹ quẽ desideraverã sedi: ꝛ fructus eius dulcis gutturi meo. Merito eius umbra3 desiderauit. de quo ꝛ refrigeriũ esset. ꝛ refectionẽ pariter acceptura. Nam cetera qui dem siluaꝝ ligna. ꝛ si solatij umbrã habẽt. s3 nõ uite refectionẽ: nõ fruct⁹ ꝑpetuos salutis. Unus ẽ eni uite auctor. unus mediator dei ꝛ hominu3. homo xp̃s ihesus. qui dicit sponse sue: salus tua ego sum. Non moyses inquit dedit nobis panẽ hunc de celo: sed pater meus dat nobis pane3 de celo ueꝝ. Propterea ergo xp̃i potissimũ desideraverat umbra3. qd solus sit qui nõ soliũ ab estu refrigerat uitioꝝ: sed ꝛ replet delectatiõe v tutum. Sub umbra eius quẽ desiderauerã sedi. Umbra eius caro eius: umbra eius fides. Marie obumbrauit proprij filij caro: mihi dñi fides. Quanquã ꝛ mihi quoq3 quomõ non obumbrat caro: qui i mysterio mã duco eam: Et sancta nihilominus uirgo fidei ꝛ ipsa expta est umbrã: cui dictũ est. ꝛ beata q̃ credidisti. Sub umbra ei⁹ quẽ desiderauerã sedi. Et ꝑpheta. Spirit⁹ inquit añ faciẽ uestrã xp̃s dñs: in umbra eius uiuimus inter gentes. In umbra in gentibus: in luce cũ angelis. In umbra su mus. quã diu p fidem ambulamus. ꝛ non p spẽ3: Et ideo iustus i umbra qui ex fide uiuit. At qui uiuit ex intellectu. beatus est: quia nõ i umbra iam sed i lumine. Iustus erat dauid ꝛ ex fide uiuebat. cu3 dicebat deo: Da mihi intellectũ ꝛ uiuã. sciẽs successuꝝ fidei intellectũ. intellectui re uelandũ lumẽ, uite: ꝛ uitã lumini. Prius est uenire ad umbrã. ꝛ ita ad id cuius umbra ẽ pertrãsire: quoniã nisi credideritis ait nõ intelligetis. Uides fidẽ ꝛ uita3 esse: ꝛ uite umbrã. Nam e regione uita in delicijs a gens quoniã non ẽ ex fide: ꝛ mors ẽ ꝛ umbra mortis. Que enim inquit uidua i delicijs ẽ: uiuens mortua est. Denique sapientia carnis mors ẽ. Sed, ꝛ mortis est umbra illius scilicet que cruciat in eternum. Sedimus

⁊ nos aliquando in tenebrosis ⁊ umbra mortis. carnaliter conuersantes.
⁊ non ex fide uiuentes. mortui iam quidē iusticie. a morte uero secunda
paulominus absorbendi. Quantū etenim umbra ꝓpe est corpori cuius
est umbra: tm̄ pro certo uita illa nostra inferno appropinquabit. Deniqꝫ
nisi qꝛ dn̄s adiuuit me inquit: paulominus habitasset in inferno anima
mea. Nunc autē ꝺ umbra mortis ad uite trāsiuimus umbrā: magis aūt
translati sumus ꝺ morte ad uitā. in xp̄i umbra uiuentes: si tm̄ uiuentes ⁊
nō mortui. Nec enim reor cōtinuo ut quis ī umbra eius fuerit qꝺ uiuat
in ea. qꝛ nō plane omnis qui fidem habet ex fide uiuit. Nam fides sine
opibus mortua est: nec pōt dare uitā. qm̄ minime ipsa habuerit. Ideo ꝓ
pheta cū dixisset spiritus ante faciē nostrā xp̄s dn̄s: nō contentus fuit se
qui ⁊ dicere. in umbra eius sumus. sed in umbra inquit eius uiuimus in
ter gentes. Et tu ergo uide ut uiuas exemplo prophete in umbra eius:
ut quandoqꝫ regnes in lumine eius. Nec enim tm̄ umbrā habet: habet
⁊ lucem. Ipse per carnē umbra ē fidei: ipse est intelligentie lumē ꝑ spiri
tum. Et caro est enim ⁊ spiritus. Caro in carne manentibus. spiritꝰ āte
faciem nostram. id est in futuro. si tamē que retro sunt obliuiscentes ad
ea que ante sunt nos ipsos extendimus. quo peruenientes experiamur
de uerbo qꝺ dixit. Caro non prodest quicquā: spiritus est qui uiuificat.
Nec ignoro qꝺ in carne adhuc manens quis dixerit. Et si cognouimus
xp̄m secundum carnem: sed nunc iam non nouimus. Ad hoc ille. Nos
uero qui nōdum in paradisum. nōdum ad tertium celū rapi meruimꝰ.
xp̄i interim carne pascamur: mysteria ueneremur. exempla sectemur. fi
dem seruemus: ⁊ uiuimus profecto in umbra. In umbra eius quem de
sideraueram sedi. Fortassis felicius aliquid ista exptam se gloriat̄. in eo
qꝺ se in umbra dicit nō ut propheta uiuere. sꝫ sedisse. Sedere enī quie
scere ē. Plus ē āt quiescere in umbra. quā uiuere. sicut uiuere plus ē.
quā tm̄modo esse ī ea. Igit̄ qꝺ ē cōe mlt̄oꝝ ꝓpheta assumēs sibi. ī ūbra
eius uiuimus inquit. sponsa uero habēs prerogatiuā: ēt qꝺ sub ea singu
lariter sederit gloriat̄. Non enim ut ille pluraliter uiuimus. ita ⁊ hec se
dimus dixit. sed singulariter sedi. ut agnoscas prerogatiuam. Ubi itaqꝫ
nos cū labore uiuimꝰ. qui cōscij peccatoꝝ sub timore seruimus. ibi hec
deuota ⁊ amās suauiter requiescit. Deniqꝫ timor penā hꝫ. amor suauita
tē. Uñ ait. Et fructꝰ eiꝰ dulcis gutturi meo. gustū ꝯtēplatōis eiꝰ significās
quē obtinuerat ꝑ amorē suauiter subleuata. At istud in umbra: qꝛ ꝑ spe
culum in enigmate. Erit cum declinauerint umbre crescente lumine. im
mo penitus disparuerit. ⁊ subintrabit sicut perspicua. ita ⁊ ꝑpetua uisio.
eritqꝫ non modo suauitas gutturi: sed ⁊ sacietas uentri. sine fastidio tm̄.
Sub umbra eius quē desiderauerā sedi: ⁊ fructus eius dulcis gutturi
meo. Nos quoqꝫ ubi sponsa pausat. pausemus pariter. ꝺ sumpto gustu
patremfamilias glificantes qui nos ad tales epulas inuitauit. sponsum
eccl̄ie ihesū xp̄m dn̄m nr̄m: qui ē deus sup̄ oīa bn̄dictus ī secula. Amē.

Sermo.xlviij. Qualiter per discretionem ordinatur caritas: ut omnia membra ecclesie.i.electi inuicem se colligentur.

Introduxit me rex in cellam uinariam: ordinauit in me caritaté.

i Ut quidé propositi capituli uidetur sonaꝛ littera. habito pro uotis dulci admodū familiariqꝫ colloquio cuꝫ dilecto. illo abeunte sponsa regreditꝛ ad adolostentulas. aspectu ita ipsius affatuqꝫ refecta atqꝫ accensa. quatinus ebrie similis appareret. ⁊ quasi illis stupentibus nouitaté ⁊ querétib9 causaꝫ. respondit mirum minime ée si uino estuaret que in cellam uinariam introisset. ⁊ secundum litteram ita. Secundum spiritum quoqꝫ non negat ebriam. sed amore non uino: nisi quod amor uinū é. Introduxit me in cellā uinariā. Qñ presens é sponsus ⁊ sponsa ad ipꝫ sermoné dirigit. tūc spōsus dꝛ aut dilectus. aut qué diligit aīa mea iquit: loqués uero de ipso adolostentulis regem nominat. Ut quid hoc? Propterea credo qꝛ ⁊ spōse amāti atqꝫ dilecte ꝯueniat uti familiarius qꝺ ad se é amoris nominib9. ⁊ adolostétulis tāquā disciplina idigétibus opus sit reuerédo pmi uocabulo maiestatis. Introduxit me rex i cellā uinariaꝫ. Que nā sit ista cella uinaria ꝑtereo dicere: qꝛ dixisse me recolo. Tamen si ad eccl'iaꝫ referatꝛ sermo. cū repleti spiritu sc̄o discipuli musto ebrii a ppl'o putaréꝛ: tūc tāquā amic9 spōsi ꝓ spōsa stās petrus i medio eoꝝ. ñ iquit sic̄ uos estiatis hij ebrii sūt. Attéde iteꝝ ꝙ ñ oimodo ebrios sꝫ ebrios sic̄ ab illis estimati sūt ꝺnegauit. Erant. n. ebrij: sꝫ spiritu sācto ñ musto. ⁊ q̄si testificaréꝛ ad plebé re uera se in cellā uinariā fuisse introductos: rursum petrus pro omnibus. Sed hoc é ait qꝺ dictum é per prophetam iohel. Et erit in nouissimis diebus dicit dominus. effundam de spiritu meo super omnem carnem: ⁊ prophetabunt filij uestri ⁊ filie. Iuuenes uestri uisiones uidebunt: ⁊ senes uestri sompnia sompniabunt. At non tibi uidetur cella fuisse uinaria illa domus in qua erant discipuli congregati. cū factus é repente de celo sonus tanquam aduenientis spiritus uehementis: ⁊ repleuit totam domum ubi erant sedentes. adimpleuitque prophetā iohel? Et nōne unusquisqꝫ i loꝝ exiés iebriatus ab ubertate domus illi9. ⁊ torréte uoluptatis tāte potatus dicere merito quibat: qm̄ itroduxit me rex in cellam uinariam? Sed ⁊ tu quoqꝫ si collecto tuo spiritu mente sobria ⁊ uacua curis. orationis domum solus introeas. Et stans coram domino ad unum aliquod de altaribus. celi ianuam tangas sancti desiderij manu. ⁊ presentatus choris sanctorum tua penetrante ꝺuotione. si quidem oratio iusti penetrat celos. in ipsorum presentia miserād9 ꝺplores miserias ⁊ calamitates quas pateris crebris suspirijs ⁊ gemitib9 ienarrabilib9 ꝓdas necessitaté. flagites pietaté: si inq̄ꝫ hoc egeris ꝯfido i eo q̄ dixit. petite ⁊ accipietis: qꝛ si ꝑseueraueris pulsās. ñ exibis uacu9. ueꝝ cū ꝺ nob̄ r̄ddideris plēuꝫ gr̄a ⁊ caritate. nec potis spu ferués dissimulare mun9 acceptū. qꝺ siñ iuidia cōicabis. erisqꝫ oib9 i gr̄a q̄ data é tibi ñ mō grat9 sꝫ fortassis ét āmirād9. potis ⁊ ipe ꝺacitꝛ ꝓtestari. qꝛ itroduxit me

rex in cellam uinariam:tantum cautus esto non in te sed in domino glo
riari. Nec oĩe donũ quãuis spiritu ale prodire dixeri de cella uinaria.
cum sint ⁊ alie penes sponsum celle uel apothece diuersa in se recõdita
habentes dona atq; carismata secũdum diuitias glorie eius:de quibus
cellis memini me alibi latius disputasse. Nonne hec cõdita sunt inquit
apud me:⁊ signata in thesauris meis? Ergo pro diuersitate cellarũ diui
siones grãrum sunt:⁊ unicuiq; manifestatur spiritus ad utilitatẽ.⁊ quã
quã.alij quidẽ detur sermo sapiẽtie.alij autem sermo scie.alij uero ꝓphe
ta.alij grã curationũ.alij genera linguarum.alij interpretatio sermonum
alijsq; alia hijs similia.nõ tñ quis horum pro huiusmodi dicere poterit
qd̃ fuerit introductus in cellã uinariã. Ex alijs quippe cellis siue thesau
ris ista sumunt̃. Sz si quis orando obtineat:mente excedere in id diuini
archani.unde mox redeat diuino amore uehemẽtissime flagrans.⁊ estu
ans,iustitie zelo.nec non ⁊ in cunctis spiritalibus studijs.atq; officijs.ꝑ
nimiũ feruens.ita ut possit dicere cõcaluit cor meũ intra me.⁊ in medita
tionibus meis exardescet ignis.is plane cum ex caritatis abundantia.
bonã ⁊ salutarẽ uini leticie ructare crapulã cepit: i cellã ñ imerito ꝓhibe
bit̃ uinariã itroisse. Cũ eni duo sint beate ꝯtẽplatiõis excessus i itellectu
unus ⁊ alter i affectu.unꝰ in lumie.alt̃ i feruore.unus i agnitione alter i
deuotione. Pius sane affectus.⁊ pectus amore calens.⁊ sãcte deuotio
nis infusio.etiã ⁊ uehemẽs spiritus repletus zelo.nõ plane aliunde quã
e cella uinaria reportant̃.⁊ cuicũq; cum hox copia surgere ab oratione
donatur.põt in ueritate loqui q̃ introduxit me rex in cellaz uinariã. Se
quitur. Ordinauit in me caritatẽ. Omnino necessarie. Importabilis si
quidẽ absq; scia ẽ zelus. Ubi ergo uehemens emulatio.ibi maxie discre
tio necessaria:que ẽ ordinatio caritatis. Semꝑ quidẽ zelus minus absq;
scia efficax.minusq; utilis inuenit̃:plerumq; aũt ⁊ ꝑnitiosus ualde senti
tur. Quo igit̃ zelus feruentior ac uehemẽtior spiritus.ꝓfusiorq; caritas
eo uigilantiori opus scientia ẽ.que zelũ supprimat.spirituz tempet:ordi
net caritatẽ. Proinde sane ne tanquaz nima ⁊ importabilis pro ipetu
spiritus quẽ e cella uidet̃ uinaria reportasse.ꝑsertiz ab adolescẽtulis spõ
sa timeat̃.ungit qd̃ discretionis ẽ ẽt se pariter accepisse:id ẽ ordinez ca
ritatis. Discretio quippe oĩ uirtuti ordinẽ ponit.ordo modũ tribuit.⁊ de
corẽ ẽt ⁊ ꝑpetuitatẽ. Deniq; ait. Ordinatiõe tua ꝑseuerat dies:diẽ uirtu
tem appellans. Est etiã discretio nõ tam uirtus quã quedaz moderatrix
⁊ auriga uirtutũ:ordinatrixq; affectuũ.⁊ mox doctrix. Tolle hanc ⁊ uir
tus uitium erit.ipaq; affectio naturalis in ꝑturbationẽ magis cõuertetur
exterminũq; nature. Ordinauit in me caritatẽ.factuz ẽ autẽ hoc cum in
ecclia quosdam quidẽ dedit aplos.quosdam autem ꝓphetas:alios uero
euangelistas.alios pastores ⁊ doctores ad cõsumationẽ sanctox. Opor
tet autem ut hos una omnes caritas liget.⁊ contemperet in unitatem
corporis christi.qd̃ minime omnimo facere ,poterit:si ipsa non fuerit

ordinata. Nam si suo quisqз feratur impetu secundum spiritum quem accepit. ⁊ ad queqз uolet indifferenter prout afficitur ⁊ non rationis iudicio conuolarit. dum sibi assignato officio nemo contentus erit. sed oēs oia indiscreta amministratione pariter attemptabunt. non plane unitas erit. sз magis confusio. Ordinauit in me caritatē. Utinā ⁊ in me dominꝰ ihesus tantillum ordinet caritatis qđ dedit. ut sic mihi cure sint uniuersa que sunt ipsius. ut tñ qđ mei potissimū propositi seu officij ēe cōstiterit. āte omnia curem. sз sane ita id prius. ut tñ ad multa que mihi specialit̄ nō attinēt afficiat amplius. Non enim sempˀ qđ prius curandum id etiā diligendum amplius erit. cum sepe qđ prius ē ad sollicitudinem. minus sit ad utilitatem. ac per hoc minus ēe' oporteat ⁊ in 'affectu. frequenter proinde qđ pro iniuncto ꝑponit̄. de iudicio post habetur. ⁊ qđ ueritas iudicat postponendum: id carius amplectendū ordo postulat caritatis. Nō ne uerbi grā ex iniuncto incumbit mihi cura omniū urm: Iaз quicquid huic forte pretulero opi. qđ minus ipi inuigilez digne ⁊ utiliter ꝓ uiribꝰ exequēdo. ⁊ si ex caritate fortassis id facere uidear: ordinis tñ ratio non consentit. Qđ si ante oia quidē ut debeo huic intendo cure. nō aūt mag s ad maiora gaudeo dei lucra que ꝑ alterū fieri forte cōpero. pater me ordinem caritatis ex parte tenere. ex parte nequaquā. Si uero me ⁊ ad id amplius qđ specialius incumbit. sollicitū. ⁊ nihilominus ad illud qđ maius ē magis affectum exhibeam: utrobiqз profecto inuenior caritatis ordinem assequutus: ⁊ nō ē cur dicere non possum ēt ipse. quia ordinauit in me caritatē. Si aūt dicas difficile quēquā plus alieno gaudert̄ magno bono. quā ꝓprio paruo: aduertes certe uel ex hoc excellentiā grē apud sponsā. ⁊ quā ñ cuilibet aic dicere sit. qз ordinauit in me caritatē. Quare facies deciderūt quorūdā urm mō ad hūc sermonē: Naз alta suspiria testant̄ tristiciam animoꝝ: conscientiarū deiectionē. Nimiꝝ metiētes nosmetipos nobis. sē imꝰ aliqui nostrū ꝓ nostre impfectiōis expiētia. quā rara uirꝰ sit aliene ñ inuidere uirtuti. nedū gaudere ad illā. nedū ēt tanto plus quā ad ꝓpriā quemqз gratulari. quāto ppēderit se in uirtute superatū. Adhuc modicū lumē in nobis ē fres: quotquot de nobis ita sētimꝰ. Ambulemus dū lucē habemꝰ: ne tenebre nos cōprehēdat. Ambulare ꝑficere ē. Ambulabat apl's qui dicebat. Nō arbitror me ꝯprehendisse. Et addidit. Unū aūt que retro sūt obliuiscēs. ad ea que añ sūt me extendo. Quid ē unum aūt: Unuз aūt inquit quasi remāsit mihi ad remediū: ad spē. ad cōsolationē. Quid illud: Que retro sunt uidelicet obliuiscens ad ea que añ sunt me extendo. Magna fiducia. qđ magnum electionis uas ꝑfectum abnuēs ꝑfectū fatet̄. Ergo non ambulantē sed sedentem a mortis tenebris comprehendi periculū est. ⁊ quis sedens. nisi qui nō curat ꝑficere: Id caueto. ⁊ si morte preoccupatus fueris: ī refrigerio eris. Dies deo. Impfectum meuз uiderunt oculi mei ⁊ in libro tuo nihilominus inquit omnes scribent̄. Qui omnes: Profecto qui in desiderio pro

ficiendi, inueniuntur. Sequitur enim. dies formabuntur ⁊ nemo in eis. Subaudis peribit. Dies proficientes intellige. qui si morte preoccupati fuerint in eo qd̓ eis deest. perficiendi sunt. formabuntur. ⁊ nemo ī eis īformis relinquitur. Et quomodo ais ego, pficere possum: qui fratri proficienti inuideo? Si doles qd̓ inuides: sentis. sed nō consentis. Passio est qn̄qꝫ sanāda: non actio condempnanda. Tantum non ille resideas. iniquitatem meditans in cubili tuo. qualiter uidelicet foueas morbum. satisfacias pesti. persequaris insontem bene ab illo gesta calumpniando deprimendo puertendo. atqꝫ impediendo gerenda. Alioquin nō nocet ambulanti ⁊ extendenti se ad meliora. qd̓ iam nō ipse operatur. sed qd̓ habitat in eo peccatum. Non ē ergo dampnatio illi qui non dat mēbra sua iniquitati. non linguam ad detrahendum. nō quicquā reliqui corporis ad ledendum nocendum ue aliquo modo. magis autez confunditur sic se esse male affectum. ⁊ molitum ex longo uicium confitendo. flendo orando. conatur expellere. ⁊ cum non preualet. mitior inde ad omnes: apud se humilior inuenitur. Quis sanum sapiens hominem dampnet. qui a domino didicit mitis esse ⁊ humilis corde? Absit ut inueniatur expers salutis imitator saluatoris spōsi ecclesie domini nostri ihesu christi qui est deus benedictus in secula Amen.

Sermo. l. De triplici caritate. s. actuali ⁊ affectuali. ⁊ eius ordinatione.

Os forsitan expectatis tractari sequentia: explicitum putantes u nersiculum. qui nouissime tractabatur. Uerū ego aliud molior. Habeo enim qd̓ adhuc uobis apponam. de fragmentis hesterni ꝯuiuij: que mihi collegeram ne perirent. Peribunt autem: si nulli apposuero. Nam si ea uoluero habere solus: ipse peribo. Nolo peride uestram illis quam bene noui fraudare ingluuiem. presertiz cum sint de ferculo caritatis. eo dulcia. quo subtilia: eo sapida. quo minuta. Alioquin contra caritatem est ualde nimis: de ipa caritate fraudare. Itaqꝫ hic sū. Ordinate in me caritatez. Est caritas in actu: est in affectu. ⁊ de illa quidem que operis est. puto esse datam legem hominibus: mandatumqꝫ formatum. Nam in affectu quis ita habeat ut mandatur? Ergo illa mandatur ad meritum: ista in premium datur. Cuius initium quidem profectumqꝫ uitam quoqꝫ presentem experiri diuina posse gratia non negamus. sed plane consummationem defendimus future felicitati. Quo modo ergo iubenda fuit: que implenda nullo modo erat? Aut si placet tibi magis de affectuali datum fuisse mandatum. non inde contendo dummodo acquiescas ⁊ tu mihi qd̓ minime in uita ista ab aliquo hominum possit uel potuerit adimpleri. Quis enim sibi arrogare id audeat qd̓ se paulus ipse fatetur non comprehendise? Nec latuit preceptorem precepti pondus hominum excedere uires. sed iudicauit utile ex hoc ipso sue illos insufficientie admoneri. et ut scirent sane ad quem iustitie

finem niti pro uiribus oporteret. Ergo mandando impossibilia. non pre
naricatores homines fecit. sed humiles. ut omne os obstruatur. ⁊ subdi
tus fiat omnis mundus deo: qꝛ ex operibus legis non iustificabitur om
nis caro coram illo. Accipientes quippe mandatum ⁊ sentientes de
fectum. clamabimus in celum ⁊ miserebitur nostri deus. ⁊ sciemus in
illa die quia non ex operibus iustitie que fecimus nos. sed secundum
suam misericordiam saluos nos fecit. Atque hoc dixerim siquidem con
senserimus: affectualem legem fuisse mandatam. Sed actuali id potius
conuenire inde uel maxime apparere quod cum dixisset dominus. dili
gite inimicos uestros: mox de operibus infert. bene facite hijs qui ode
runt uos. Item scriptura. Si esurierit inimicus tuus. ciba illum. Si sitit
potum da illi. Et hic de actu habes. non de affectu. Sed audi item do
minum de sui etiam dilectione mandantem. Si diligitis me inquit: ser
mones meos seruate. Atque hic quoque ad opera mittimur per iniun
ctam obseruantiam mandatorum. Superuacue autem de opere monuis
set: si in affectione iam fuisset dilectio. Sic te ergo necesse est ⁊ illud ac
cipere. quod iuberis diligere proximum tuum sicut teipsum. ⁊ si non ita
aperte expressum sit. An non denique satis tibi esse iudices ad implen
dum istud de proximi dilectione mandatum. si id perfecte obserues in
quo omni homini recte de lege nature prescribitur. quod tibi non uis fi
eri alij ne feceris: ⁊ ité illd̓ q̄cūqꝫ uultis ut faciát uobis hoíes ⁊ uos facite
illis: Neqꝫ hoc dico. ut sine affectõe sim⁹. ⁊ corde arido solaſ moueam⁹
man⁹ ad opera. Legis iter alia q̄ d̓scribit apl̓s. magna ⁊ grauia hoíum
mala. hoc quoqꝫ annumeratū sine affectione silicet esse. Sed affectio
est quam caro gignit. ⁊ est quam ratio regit: ⁊ est quam condit sapien
tia. Prima est quam apostolus legi dei dicit non esse subiectam: nec
esse posse. Secunda. quam perhibet e regione consentientem legi dei
quoniam bona est. Nec dubium distare a se contentiosam. ⁊ consenta
neam. Longe uero tertia ab utraqꝫ distat. que ⁊ gustat ⁊ sapit quoniam
suauis est dominus: primam eliminans secundam remunearns. Nam
prima quidem dulcis sed turpis. secunda sicca sed fortis: ultima pinguis
⁊ suauis est. Igitur per secundam opera fiunt. ⁊ in ipsa caritas sedet
non illa affectualis que sale sapientie condita pinguescens. magnam
menti importat multitudinem dulcedinis domini. sed quedam potius
actualis. que ⁊ si nondum dulci illo amore suauiter reficit: amore tamen
amoris ipsius uehementer accendit. Nolite ait diligere uerbo. neque
lingua: sed opere ⁊ ueritate. Uides quomodo caute medius incedit in
ter uitiosum atqꝫ affectuosum. ab utroqꝫ pariter hanc distinguens actua
lem ⁊ salutiferam caritatem. Nec lingue mentientis in hac dilectione
recipit fictū: nec rursū afficiétis exigit sapie gustū. Ope iquit diligamus
⁊ ueritate. d̓uꝫ moueamur ad bn̄ opandū magis quodā uiuide ueritatis

impulsu:quā sapide illius caritatis affectu. Ordinauit in me caritatem.
Quā putas harum? Utrāqȝ:sed ordine opposito. Nam actualis īferiora
prefert:affectualis supiora. Etenim in bene affecta mente non dubium
uerbi causa quin dilectioni hominis dei dilectio preponatur: ⁊ in homi
nibus ipsis pfectiores infirmioribus. celū terre eternitas tempori. anima
carni. Attamē in bene ordinata actione. sepe aut semper ordo oppositꝰ
inuenit̄. Naȝ ⁊ cura ꝓximi curā. ⁊ plus urgemur. ⁊ pluries occupamur.
⁊ īfirmioribꝰ fratribus diligētiori assistimꝰ sedulitate. ⁊ paci terre magis
quā celi gl̄e. uite humanitatis ⁊ ipsa necessitate intendimꝰ. ⁊ tempaliuȝ
inquietudine curaꝝ uix aliquid sentire de eternis pmittimur. ⁊ langori
bus nostri corpis postposita anime cura. pene cōtinue īseruimus. ⁊ ipsis
deniqȝ īfirmioribꝰ nostris mēbris abundantiorē honorē iuxta sententiaȝ
apl̄i circumdamus. per hoc quodāmodo facientes uerbū dn̄i de quo ha
bes. Erunt nouissimi primi ⁊ primi nouissimi. Orantem deniqȝ hoīem:
deo loqui quis dubitet? Quotiēs tn̄ inde caritate iubente abducimur ⁊
auellimur: ꝓpter eos qui nostra indigent opa uel loquela. Quotiēs pie
cedit negotioꝝ tumultubus pia quies. quotiēs bona cōscientia ponit̄ co
dex. ut opi manuū insudet̄. quotiens pro administrandis terrenis. iustis
sime ipsis supsedemus celebrandis missaꝝ solempnijs. Ordo preposte
rus:sed necessitas nō habet legē. Agit ergo suū actualis caritas ordinē
iuxta patrisfamilias iussionē:incipiens a nouissimis. Pia certe ⁊ iusta
que nō sit acceptrix psonaꝝ. nec precia cōsideret reꝝ: sed hominum ne
cessitates. At nō ita affectualis:nā a primis ipsa ducit ordinē. Est enim
sapientia. per quam utiqȝ res sapiunt queqȝ prout sunt. ut uerbi gratia
que pluris natura habet. pluris quoqȝ ipsa affectio sentiat: minora mi
nus. minima minime. Et illum quidem ordinem caritatis ueritas facit:
hunc aūt ueritatis caritas uendicat sibi. Nā ⁊ ūa ī hoc ē caritas ut qui ī
digent āplius accipiāt prius. ⁊ rursum in eo cara apparet ueritas. si or
dinē tenemus affectu quē illa ratiōe. Tu ergo si diligas dn̄m deū tuuȝ.
toto corde. tota anima. tota uirtute tua. ⁊ amorē amoris illum quo conten
ta est caritas actualis affectu feruentiori transiliens. ipso cominus diui
no amore ad quem is est gradus accepto in plenitudine spiritus totus
ignescas. sapit tibi profecto deus ⁊ si nō digne omnino ꝓut est. qđ utiqȝ
impossibile est omni creature:certe prout tuum sapere est. Deinde sapi
es etiam ipse tu tibi prout es. cum te senseris nil habere prorsus unde
te ames. nisi ī quātū dei es. quippe qui totū unde amas ī illū effuderis.
Sapies inquā tibi ꝓut es cū ipso experimento amoris tui ⁊ affectionis
quam ad teipsum habebis nihil dignum te esse inuenies:quod uel a te
ipso ametur nisi propter ipsum. qui sine ipso es nihil. Jam uero ꝓximꝰ
quem te oportet diligere tanquam teipsum. ut tibi ⁊ ipse sapiat prout ē:
haud aliud profecto sapiet quā tu tibi:qui id est qđ tu. Est enim homo.
Qui itaqȝ te nō diligis nisi qꝛ diligis deum:cōsequēter oēs qui similiter

diligunt eum. diligis tanquam teipsum. Porro inimicum hominez q̄m nihil ē pro eo quod non diligit deum. non potes quidem diligere tāquā teipsū qui deum diligis: diliges tñ ut diligat. Nō ē āt id ipsum diligere ut diligat: ⁊ diligere q꞉ diligit. Proinde ut tibi ⁊ ipse sapiat prout ē. sapi et tibi ñ quidē qđ ē. q꞉ utiqȝ nihili ē. sȝ qđ futurus forsitā ē qđ ē prope, nihil: quippe qđ adhuc pēdet sub dubio. Eteni ð quo ꝯstat qđ ad amorē dei nō sit deinceps rediturus. sapiat tibi necesse ē ñ ꝓpe iā nihili. sȝ nihili ex toto: utpote qđ in eternū nihili ē. Illo igitur excepto qui non mō iam ñ diligēdus. insuper ⁊ odio habēdus ē secūdū illđ. nōne qui oderūt te domine oderā. ⁊ super inimicos tuos tabescebam. de cetero nulli uel inimicissimo homini negari quantulūcūqȝ affectum caritas. sane in hac parte ambitiosa permittit. Quis sapiēs ⁊ intelliget hec? Da mihi hominem qui ante omnia quidē ex toto se diligat deū. se uero ⁊ proximuȝ in quantum diligūt ipsū. inimicū āt tāquam aliquādo forsitā dilecturū: porro parentes carnis sue germanius propter naturā. spirituales uero eruditores suos. profusius propter gr̄aȝ. atque i hunc modū ad cetera queqȝ dei ordinato intēdat amore. despiciēs terrā. suspiciens celū. utens hoc mundo tāquam nō utens ⁊ inter utenda ⁊ fruēda itimo quodā mentis sapore discernens. ut transitoria trāsitorie. ⁊ ad id dūtaxat qđ opus. ⁊ pro ut opus ē curet. eterna desiderio āplectatur eterno. talē inquā da mihi hominem. ⁊ ego audacter illū sapientem pronuntio. cui nimirū queque res re uera sapiūt prout sunt. ⁊ i ueritate atque securitate cōpetit gloriari. ⁊ dicere: q꞉ ordinauit in me caritatē. Sȝ ubi ille: aut quādo ista? Nō flens dico. quousqȝ odoramꝰ ⁊ ñ gustamꝰ. prospiciētes patriā ⁊ nō app̄hendētes: suspirātes ⁊ de lōge salutātes. O ūitas exulum patria. exilij finis uideo te sed intrare ñ sinor carne retentus: sed nec dignus admitti peccatis sordēs. O sapientia que attingis a fine usqȝ ad finē fortiter. in istituendis ⁊ cōtinendis rebus ⁊ disponis oīa suauiter in beandis ⁊ ordinandis affectibus. dirige actus nostros prout nostra temporalis necessitas poscit. ⁊ dispone affectus nostros prout tua ueritas requirit eterna. ubi possit unusquisque nostrum secure gloriari ⁊ dicere: q꞉ ordinauit in me caritatem. Tu es enim dei uirtus ⁊ dei sapientia xp̄s sponsus ecclesie dn̄s noster. deus benedictus in secula.

Sermo. lj. Qualiter sponsa petit sibi accumulari fructus bonoꝝ operum cum floribus. ⁊ odoramentis fidei. ⁊ de spe ⁊ timore.

f Ulcite me floribus stipate me malis: q꞉ amore langueo. Creuit amor: q꞉ incētiua amoris plura solito processerūt. Uides siquiđ quanta hac uice non uidēdi tantū sed ⁊ colloquendi copia fuit. Ipsa quoque uisio apparet uultu indulta sereniori. ⁊ sermo iocundior. ⁊ sermocinatio longior atque protractior. Nec solum oblectata colloquio: sed ⁊ gloriata preconio ē. Ad hec eius quē desiderauerat refrigerata ē umbra: cibata fructu. porata calice. Nec enim sitibūda putāda ē exisse ð

cella uinaria:in quam se introductam modo nouissime gloriatur. Immo uero sitibunda:quoniam qui bibit me inquit adhuc sitiet. Post ista omnia spōso more suo secedente illa languere amore se perhibet id ē pre amore. Quo enim gratiorem fuerat experta presētiam: eo postmodum absentiā molestiorē sensit. Subtractio nēpe rei quā amas. augmētatio ꝺ siderij ē:⁊ quod ardētius desideras. cares egrius. Rogat proinde ista interi odoramētis floꝝ ac fructuū cōfoueri. quousque denuo reuertaꝛ: quē molestissime sustinet demorātem. Atque is ordo sermonū. Nūc iā spiritualē fructū qui i ipsis ē spiritu duce ueritatis tēptemꝰ eruere. Et si communis ecclesia sanctoꝝ hic recipiꝛ loquēs. nos i floribus fructibusqꝫ designati sumus:sed ⁊ quiqꝫ conuersi de seculo. i toto seculo. In floribꝰ quidem nouella ⁊ tenera adhuc icipiētiū conuersatio demōstratur. in fructibus ṽo proficiētiū fortitudo. ⁊ maturitas perfectorum. Hijs stipata mater peregrinās ⁊ fructificans. cui uiuere xp̄s ē ⁊ mori lucrū: profecto equanimius fert molestias sue dilationis. qm̄ iuxta scripturā datur ei ꝺ fructu manuū suarum. tāquam ex primitijs spiritus:⁊ laudāt eā i portis opera eius. Si āt secundū moralē sensū i una anima uis tibi utraque hec assignari. ⁊ flores uidelicet ⁊ fructus:fidē florē. fructum actuꝫ intellige. Nec icongrue ut opinor id tibi uidebitur:si aduertis quomodo instar flores necessario fructū precedētis. bonū quoqꝫ opꝰ fide oporteat preueniri. Alioquin sine fide iposibile ē placere deo. paulo attestante. magis āt eque ipso docente:omne quod non est ex fide peccatum etiaꝫ est. Itaque nec sine flore fructus:nec sine fide opus bonum. Sed ⁊ fides sine operibus mortua est. sicut inutiliter quoqꝫ flos apparet. ubi non sequitur fructus. Fulcite me floribus. stipate me malis:qꝛ amore langueo. Ergo ex bonis operibus in fide non ficta radicatis. recipit consolationem mens assueta quieti. quotiens sibi lux ut assolet contemplationis subtrahitur. Quis enim non dico continue sed uel diu dum in hoc corpore manet: lumine contenplationis fruatur? At quotiens ut dixi corruit a contemplatiua. totiens in actiuam se recipit. nimirum tāquam e uicino familiarius reditura in id ipsum. qm̄ sunt inuicem contubernales hee due ⁊ cohabitāt pariter. Est quippe soror marie martha. Neque enim ⁊ si a cōtēplationis lumine cadit. patitur tm̄ ullatenus se incidere tenebras peccati. seu ignauiam ocij:in luce sane bone operationis se retinens. Et ut scias ēt opa lucē esse. luceat lux uestra inquit corā hominibus. quod non est dubium de operibus fuisse dictum:que homines poterant intueri. Fulcite me floribus. stipate me malis:qꝛ amore lāgueo. Cum presto ē qꝺ amatur. niget amor:lāguet cū abest. Quod ñ est aliud quā tedium quoddā impatientis desiderij. quo necesse est affici mentem uehementer amantis. absente quē amat. dū totus in expectatiōe quātālibet festinationē reputat tarditatē. Et ideo ista postulat sibi accumulari bonorum fructus opeꝝ cū fidei odoramentis. in quibus moraꝫ faciente sponso interim requiescat.

Loquor uobis experimentum meum quod expertus sum. Si quãdo sane compi pfecisse aliquos uestrum ex meis monitis: tunc nõ me pignit fateor curã ptulisse sermonis pprio otio ⁊ quieti. Cũ eni ubi grã post sermonẽ iracund⁹ quispiã repitur mutatus i mitẽ. supbus in humilẽ. pusillanimis in fortẽ. porro mitis humilis. fortis. i sua quisqȝ gratia excreuisse: ⁊ se ipso melior factus esse agnoscit: sȝ ⁊ qui forte tepuerãt ⁊ languebant circa studiũ spiritnale torpentes ⁊ dormientes. ad ignitum eloquium dñi reserbuisse ⁊ euigilasse uident. ⁊ qui deserto fonte sapientie. foderant sibi pprie uoluntatis cisternas. nõ ualẽtes aquas cõtinere. ppterea ad omẽ iniunctũ granati corde arido murmurabãt. nullus in se habentes deuotionis humorem: hij inquã cum de rore uerbi ⁊ pluuia uoluntaria quam segregauit deus hereditati sue refloruisse pbantur in opa obedientie. facti i omnibus uoluntarij ⁊ deuoti. nõ est dico uobis unde subeat mẽtẽ quasi pro interpolato studio iocunde ꝯtemplationis tristicia. cũ talib⁹ fuero circumdatus floribus atqȝ fructibus pietatis. Patiẽter auellor ab ifecunde rachelis amplexib⁹: ut mihi exuberent fructus pfectuũ uestrorum. Minime prorsus pigebit interturbate quietis pro cura sermonis: cũ uidero i uobis germinasse semen meũ: atqȝ ex eo augeri icremẽta frugum iusticie uestre. Caritas enim que non q̃rit que sua sunt id mihi iã dudum facile psuasit: nil scilicet desiderabilium meorum uestris preferre utilitatib⁹. Orare. legere. scribere meditari. ⁊ si qua sunt alia spũalis studij lucra: hec arbitratus sum ppter uos detrimẽta. Fulcite me florib⁹. stipate malis: q2 amore lãgueo. Hoc itaqȝ locuta ẽ sponsa adolescentulis i spõsi absentia: monens eas in fide pficere. ⁊ opibus bonis donec ueniat sentiẽs i eo forte ⁊ bñplacitũ sponsi ⁊ filiarum salutẽ: ⁊ suam ipsius consolationem. Scio me hunc locum in libro de dilectione dei plenius explicuisse. ⁊ sub alio itellectu potiori ne an deteriori lector iudicet: si cui utrumqȝ uidere placuerit. Non sane a prudente de diuersitate sensuum iudicabor: dum modo ueritas utrobiqȝ nobis patrocinetur. ⁊ caritas cui scripturas seruire oportet eo edificet plures. quo plures ex eis i opus suum ueros eruerit intellectus. Cur enim hoc displiceat in sensibus scripturarum: quod in usibus rerum assidue experimur? In quantos uerbi causa sola aqua nostrorum assumitur corporum usus? Ita unus quilibet diuinus sermo non erit ab re si diuersos pariat intellectus. diuersis animarum necessitatibus ⁊ usibus accommodãdos. Sequitur. Leua eius sub capite meo: ⁊ dextera eius amplexabitur me. Et super hoc quoqȝ in prefato opusculo memini uberius disputatum: sed signemus sermonis ordinem. Liquet denuo adesse sponsum: credo ut sua presentia languentem erigat. Quomodo enim non in presentia sua conualescet: quam absentia consternarat? Ergo non sustinet dilecte molestiam: adest. neque enim moram facere potest. tantis desiderijs euocatus. Et quia illam comparerat donec absens fuit fidelem ad opera. ⁊ sollicitam ad

lucra.in eo nimirꝝ qđ flores sibi ⁊ fructus preceperat adunari:etiam cũ
ꝓpensiori hac uice remuneratione gratie ẽ reuersus.Deniq₃ uno bra
chiorũ suoꝝ sustentat caput iacẽtis: alteꝝ ad amplexũ parans ut sinu fo
ueat.felix anima que in christi recumbit pectore:⁊ inter uerbi brachia
requiescit.Leua eius sub capite meo:⁊ dextera eius amplexabitur me.
Nõ ait amplexatur.sed amplexabitur me:ut noueris priori gratie adeo
nõ ingratam:ut secũdam gratiarum actiõe preuenerit.Disce i referẽdo
gratiã non esse tardus aut segnis:disce ad singula dona gratias agere.
Diligenter ĩquit cõsidera que tibi apponũtur.ut nulla uidelicet dei do
na debita gratiarũ actiõe.frustrentur nõ gaudia.non mediocria nõ pu
silla.Deniq₃ iubemur colligere fragmẽta ne.ꝑeãt:id ẽ nec minima bene
ficia obliuisci.Nunquid non perit quod donatur ingrato? Ingratitudo
inimica est anime.exinanitio meritorũ.uirtutum dispersio:beneficiorũ
ꝑditio.Ingratitudo uentus urens.siccans sibi fõtem pietatis:rorẽ mie.
fluenta gratie.Propter hoc denique spõsa.mox ut grãm de leua sẽsit.
gratias egit:nõ expectans plenitudinem que in dextera ẽ. Neq₃ enim
ubi memorata ẽ leuam iam eẽ sub capite suo:etiã secuta ẽ a dextera se
similiter amplexatam.s₃ amplexabitur me ĩquit.Ceterum quid putamus
ṽbo spõso leuã eẽ siue dexteram? Num id qđ dicitur hominis uerbum
istiusmodi corporeas partes hẽt in se diuisas.⁊ liniamenta distincta ⁊ di
stinguẽtia iter sinistram ⁊ dexterã.Quantomagis is qui dei ⁊ deus ẽ ser
mo uarietatẽ prorsus aliquã ñ admittit.s₃ ẽ qui ẽ i sua nimirꝝ natura tam
simplex ut ñ hẽat partes: tã unus ut ñ hẽat numeros.Est enĩ dei sapiẽtia
de qua nimirũ scriptũ ẽ:⁊ sapientie eius ñ ẽ numerus. At si qđ ĩuariabi
le ẽ.id icõprehẽsibile.ac per hoc ẽt ieffabile eẽ necesse est: ubi queso ĩ
uenias uerba quibus illam maiestatem uel digne assignes. uel propre
proloquaris.uel competenter diffinias? Tamen ut utrunque loquamur
quod utrunque de ea spiritu sancto reuelante sentimus.docemur auctori
tate patrum.⁊ consuetudine scripturarũ.cõgruentes d̉ rebus notis licere
siĩitudines usurpe.s₃ ⁊ ṽba ñ noua iuenire.s₃ nota mutuari:quibus digne
⁊ ꝯpetenter eedẽ siĩitudines uestiãtur. Alioquin.ridicule ignota ꝑ igno
ta docere conaberis.Ergo qr per dextrũ ⁊ sinistru₃ aduersa.solent atq₃
ꝓspera designari.uidet̃ mihi hoc loco intelligi posse.leuã quidem uerbi
cõminationẽ supplicij: dexteram uero regni ꝓmissionẽ. Est aũt cũ mẽs
nostra formidie pene seruiliter ꝑmitur.⁊ tũc nequaquã sub capite s₃ sup
caput leua ẽe dicẽda ẽ:nec põt sic affecta aĩa oĩno dicere:qr leua eius ẽ
sub capite meo. At uero si proficiens ex hoc spiritu seruitutis transierit
ĩ quendam spontanei obsequij digniorem affectum:quatinus uidelicet
premijs potius prouocetur quam artetur supplicijs.magis autem si
amore boni ipsius agatur.tunc indubitãter dicere poterit.quia leua eius
sub capite meo.quippe qui illũ seruilem mecum qui ĩ sinistra est meliori
atq₃ excellentiori habitudine animi superauerit.⁊ dignis desiderijs

etiam ipsi appropriauerit dextere: in qua sunt omnes promissiones. dicē
te propheta ad dn̄z. delectationes i dextera tua usque in finē. Unde et
certa spe cōcepta cū fiducia loquitur. ⁊ dextera eius amplexabitur me.
Tu iā mecū uideris an ita affecte ⁊ assecute hunc tāte suauitatis locum
illud quoqꝫ cōueniat de psalmo usurpare. ut dicat etiā ipsa i pace in id
ipsū dormiā ⁊ requiescā. presertim cū suppetat causa que sequitur. quo
niā tu domine singulariter i spe cōstituisti me. Quod equidē tale est. Do
nec quis premit̄ a spiritu seruitutis parūqꝫ habet de spe. de timore plu
rimū. nō ē ei pax neque requies. fluctuāte nimirū conscia inter spē ⁊ ti
morē. maximeqꝫ quod a superexcellēte timore abūdātius crucietur. Nā
timor penā habet. ⁊ ideo nō ē illi dicer̄. i pace i idipsum dormiā ⁊ requi
escā. quoniā necduꝫ se singulariter in spe constitutū dicere potest. Cete
rū si paulati per incremētū gratie ceperit deficere tior. ⁊ proficere spes:
cū demū ad hoc uētū fuerit ut perfecta car.tas ex toto foras mittat timo
rē. nonne eiusmōi anima singulariter i spe cōstituta uidebit̄. ac perinde
etiā i pace in idipsū dormire etiā ⁊ requiescere? Si dormiatis iquit iter
medios cleros. pēne columbe deargētate. Qd̄ ꝓpterea dictū puto. qm̄
ē locus inter timorē ⁊ securitatē. tanquā inter leuā ⁊ dexteram media ui
delicet spes in qua mens ⁊ cōscientia molli nimirum supposito caritatis
stratu suauissime requiescit. Et forte in cōsequētibꝰ huiꝰ ipsius cātici hic
locꝰ fuerit designatꝰ. ubi i descriptōe ferculi salomonis: inter cetera hēs.
Media caritate cōstrauit: ꝓpter filias ihrl'm. Naꝫ qui se singl'ariter in
spe constitutū sentit: nō iā i timore seruit. sꝫ requiescit i caritate. Deniqꝫ
requiescit ⁊ dormit spōsa pro qua dr̄. Adiuro uos filie iherusalem ꝑ ca
preas ceruosqꝫ cāpor̄. ne suscitetis neqꝫ euigilar̄ faciatis dilectā: quoad
usqꝫ ipa uelit. Magna ⁊ stupēda dignatio. qd̄ quiescere facit aiam con
templantē in sinu suo. insup ⁊ custodit ab infestantibꝰ curis ꝓtegitqꝫ ab
iquietudinibꝰ actionū ⁊ molestijs negotior̄. nec patit̄ omnino suscitari.
nisi apud ipsius utiqꝫ uoluntatem. At istud nō i angustijs finiēdi iam ser
monis ad oriendū ē: magis autē hunc alius inchoetur: quatinus locꝰ de
lectabilis. debita in tractando diligentia non fraudetur. non quod uel
tunc sufficientes simus cogitare aliquid a nobis tanquam ex nobis. pre
serti i taꝫ digna tanqꝫ excellēte ⁊ oio supeminēte materia: sed sufficiētia
nr̄a ex dō ē spōso ecclesie ihesu xp̄o. qui ē dn̄s bn̄dictus in secula. amē.

Sermo. lij. De excessu qui ꝯtemplatio dicitur in qua sponsus facit
quiescere animam sanctam pro eius quiete celans.

Diuro uos filie ihrl'm per capreas ceruosqꝫ camporum: ut nō
a excitetis neqꝫ euigilare faciatis dilectā. donec ipsa uelit. Pro
hibentur adolescentule. has enim filias ihrl'm dicit. qr ⁊ si deli
cate ⁊ molles ⁊ quasi femineis adhuc affectibus ⁊ actibus infirme: spon
se tamen inherent spe proficiēdi ⁊ proficiscendi in ihrl'm. Prohibētur
ergo ab infestatione sponse dormientis. ne scilicet preter uolūtatem ipsi

us ullatenus eam excitare presumant. Propterea enim dulcissimus sponsus levam suam capiti eius supposuit. secundum ea que premissa sunt: quatinus in sinu suo eā quiescere faceret ⁊ dormiret. Et nunc sicut subinde scriptura prosequiť ipe custos illius dignantissime ⁊ benivolentissime uigilat sup eam: ne adolescentularū crebris minutisq; necessitatibus ut quietata euigilare cogatur. Ista ē litteralis coherentia textus. Sed enim contestatio illa facta per capreas ceruosq; cāporum nihil omnino secūdum litteram consequētie rationabilis habere uideť: adeo totā sibi uēdicat itelligētia spiritualis. At quo quo mō illa se habeat. interim bonū est nos hic ēe. ⁊ intueri paulisp nature diuine bonitatē. suauitatē; dignationem. Quid namq; tu homo in humanis unquā affectibus expertus es dulcius: quā; mō tibi exprimitur ḋ corde altissimi? Et exprimitur ab illo qui scrutať alta dei. ⁊ nō potest nescire que in eo sunt. q; spiritus ipsius ē. nec aliud plane loqui quā apud ipsum uidit. qm̄ ueritatis spirit⁹ est. Deniq; nec deest i nr̄o genere qui hoc munere felix letificari meruerit. ⁊ sic in semetipo suauissimi archani huius habuerit expimentū; nisi tn̄ scripture loco qui pre manibus ē. omnino decredimus. ubi manifeste inducitur celestis sponsus uehemētissime zelās pro quiete cuiusdā dilecte sue. sollicit⁹ seruare inter brachia ꝓpria dormientē;. ne qua forte molestia uel iquietudine a sompno suauissimo deturbetur. Non me capio pre leticia qḋ illa maiestas tam familiari dulciq; consortio nr̄e se inclinare infirmitati minime dedignať. ⁊ superna deitas anime exultantis inire cōnubia. eiq; sponsi ardentissimo amore capti exhibere affectū n̄ despicit. Sic sic i celo ēe n̄ ambigo ut lego in terra. sentiet q; ꝓcerto aīa qḋ cōtinet pagina: nisi qḋ n̄ sufficit ista omnino quātum capere illa tūc poterit: s; nec quātū iam potest. Quid putas illic accipiet: que hic tāta familiaritate donať. ut dei brachijs amplecti se sētiat. dei sinu foueri. dī cura ⁊ studio custodiri: ne dormiēs forte a quopiā donec ultro euigilet excitet? Age iā itaq;. dicamus si possum⁹ quis nā ille sit sompn⁹. quo delicatā suā sponsus obdormire uelit. nec omnino patiať nisi ad ipsius arbitrium excitari. ne forte cum legerit quis apud apostolum. hora est iam nos de sompno surgere. siue apud prophetam exorari ab ipso deum. illuminari oculos suos ne unquā obdormiat in morte. nominum equiuocatione turbetur: nec inueniat omnino quid digne de obdormitiōe spōse que hoc loco memoratur sentire possit. Nam ne illud quidem simile est huic. qḋ de lazaro ait in euangelio dominus. Lazarus amicus noster dormit. eamus ⁊ a sompno excitemus eū. Hoc enim dicebat ḋe morte corporis eius: cum discipuli de dormitione putarent. Non est autem is sponse sompnus. dormitio corporis uel placida que sensus carnis suauiter sopit ad tempus. uel horrida. que funditus uitam tollere consueuit. Multomagis uero ⁊ ab illa alienus existit. qui obdormitur morte. cum uidelicet in peccato qḋ est ad mortem irreuocabiliter perseueratur.

Magis āt istiusmōi uitalis uigilque sopor sensum interiorē illuminat: & morte propulsata uitā tribuit sempiternā. Reuera enim dormitio ē: que tñ sensuz nō sopiat. sed abducat. Est & mors qđ nō dubius dixeri. quoniam apl's quosdā in carne adhuc uiuentes cōmendando sic loquit. Mortui estis. & uita uestra abscondita est cū xpo in deo. Proinde & ego non absurde spōse extasim uocauerim mortē: que tñ nō uita. sed uite eripiat laqueis: ut possit dicere. Anima nostra sicut passer erepta ē de laqueo uenantium. Inter medios nāque laqueos i hac uita inceditur. qui utiqz totiens ñ timētur. quotiēs sancta aliqua & uehemēti cogitatione aia ab semetipsa abripitur. si tamē eousqz mente secedat & auolet. ut hūc cōmunē transcendat usum & cōsuetudinē cogitandi. Etenim frustra iacitur rete ante oculos pennatoz. Quid enim formidetur luxuria: ubi nec uita sētitur? Excedēte quippe aia & si nō uita: certe uite sensu. necesse est ēt ut nec uite tēptatio sentiatur. Quis dabit mihi pennas sicut columbe: & uolabo & requiescā? Utinam hac morte ego frequēter cadā ut euadam laqueos mortis. ut nō sentiam uite luxuriantis mortifera blandimenta. ut obstupescam ad sensuz libidinis. ad estū auaricie. ad iracūdie & ipatiētie stimulos. ad angores sollicitudinum. & molestias curarū. Moriatur aia mea morte iustoz. ut nulla illa que et iniusticia: nulla oblectet iniquitas. Bona mors que uitam ñ aufert: sz trāsfert i melius. Bona qua ñ corp9 cadit: sed anima subleuatur. Uerum hec hominum est. Sed moriatur anima mea morte si dici potest etiam angelorum. ut presentium memoria excedens. rerum se inferiorum corporearumqz ñ modo cupiditatib9 sz & similitudinibus exuat. sitqz ei pura cum illis cōuersatio: cum quibus ē puritatis similitudo. Talis ut oppinor excessus: aut tm̄ aut maxīe contemplatio dicitur. Rerum etenim cupiditatibus uiuēdo ñ teneri. humane uirtutis ē. corpoz uero similitudinibus speculādo ñ inuolui. angelice puritatis ē: utrūqz tñ diuini muneris ē. Utrunqz excedere. utrunqz teipsum transcendere ē: sed longe unum: alterum ñ longe. Beatus qui dicere potest. Ecce elongaui fugiens: & mansi in solitudine. Non fuit contētus exire. nisi & lōge se faceret: ut posset quiescere. Transilisti carnis oblectamenta ut minime iā obedias cōcupiscētijs eius. nec tenearis illecebris. profecisti. Separasti te. sed nundum elongasti. nisi & irruentia undique fantasmata corporearum similitudinum transuolare mētis puritate preualeas. Hucusque noli tibi promittere requiē. Erras si citra inuenire te estimas locum quietis. secretum solitudinis. luminis serenum: habitaculuū pacis. Sed da mihi qui illuc peruenerit. icunctāter fateor quiescētem. qui merito dicat. Conuertere anima mea in requiem tuam: quia dominus benefecit tibi. Atque hic uere in solitudine locus. & in lumine habitatio. prorsus iuxta prophetam tabernaculum in umbraculum diei ab estu. in securitatem et absconsionem a turbine & a pluuia. De quo & sanctus Dauid. Abscondit me inquit in tabernaculo

suo in die malorum: protexit me in abscondito tabernaculi sui. Puta er
go i solitudinē, hanc secessisse spōsam. ibiq̄ȝ pre amenitate loci. iter am
plexus sponsi suauiter obdormisse. id est i spiritu excessisse: quando pro
hibite sūt adolescentule expergefacere illā quoad ipsa uoluerit. At istō
qualiter? Nō enim simpliciter. neqȝ leui ut assolet cōmonitōe. prohibite
sunt sed omnino noua ⁊ isueta cōtestatione: per capreas ceruosque cam
poꝝ. Quo quidem genere ferarum uidentur mihi satis congruenter ex
presse sancte anime exute corporibus. simul ⁊ qui cū deo sunt angeli: ni
mirum propter acumē uisus. ⁊ saltus celeritatē. Utrūqȝ hoc siquidē utris
que spiritibus cōuenire cognoscimus: nā facile ⁊ petunt summa. ⁊ intīa
penetrant. Quorum quoqȝ in cāpis designata conuersatio: euidenter li
beros atque expeditos signat in cōtēplatione discursus. Quid sibi uult
ergo adiuratio facta per istos? Profecto ne inquiete adolescentule au
deant leui ex causa euocare dilectam a tam reuerendo collegio: cui abs
que dubio totiens admiscetur. quotiens cōtemplādo excedit. Pulchre
itaque horum auctoritate terrētur. a quorum societate constat auelli illā
ipsarum importunitate. Attendāt adolescentule quos offendant pariter
cum matrem iquietant. ⁊ minime ita materna ꝺ caritate confidan: ut nō
in illum celestē cōuentū sine magna necessitate irruere uenerantur. Id
quippe se agere cogitēt: quotiens i cōtēplatiōe quiescēti plus iusto mo
leste sunt. Ponitur sane i uolūtate ipsius. ⁊ uacare sibi. ⁊ cure illarū in
tendere. prout oportere iudicauerit: cū uetatur excitari ab illis quousqȝ
ipsa uelit. Nouit sponsus quanta flagret dilectione etiam erga proxios
sponsa. ⁊ satis propria caritate sollicitari matrem de profectibus filiarum
nec se ullo pacto uel subtracturā seu denegaturā. quātū ⁊ quotiens opꝰ
fuerit. proptereaqȝ secure discretioni eius credendā cēsuit hanc dispēsa
tionem. Nō eni ē talis quales multos uidemus prophetica inuistione no
tatos: qui qꝺ crassum ē ⁊ forte assumētes qꝺ debile est proijciunt. Nun
quid medicus ualentes requirit: ⁊ nō potiꝰ egrotantes? Si contingat fa
cit forsitā ut amicꝰ: sed nō ut medicus. Quos docebis magister bone? si
oēs indoctos reppuleris? Quibꝰ queso habebis diligētiā discipline. si in
disciplinatos uel effugaueris omnes uel fugeris? In quibꝰ obsecro tuā
probabis patientiam: si solos admiseris mansuetos. iquietos excluseris?
Sunt tamē de hic sedētibꝰ qui utinā presens capitulū attētius obserua
rent. Cogitarēt certe quāta prepositis reuerētia debeat. quos temere in
quietādo celi quoque ciuibꝰ se reddūt infestos. ⁊ nobis forte plusculum
solito parcere demum iciperent: nec tā irreuerenter leuiterqȝ se iā inge
rerēt cū uacamꝰ. Rara satis mihi ad feriādū a superuenientibus ut bn̄
norunt cōceditur hora: etiā cū ipsi me in omni patientia sustinebūt. Ue
rum ego scrupulosius moueo istiusmodi querelam. ne quis forte pusilla
nimum supra uires proprie patientie dissimulet a necessitatibus suis:
dum me inquietare ueretur. Supersedeo igitur. ⁊ ne magis ipatientie

exemplum uidear dare infirmis. Pusilli domini sunt.i eum credentes:
nō patior ut ex me scandalum patiantur. Non utor hac potestate magis
autē ipsi me utanť ut libet.tm̄ ut salui fiant. Parcent mihi si non pepce
rint.⁊ in eo potius requiescam: si nō me inquietare timuerint pro neces
sitatibus suis. Geram eis morem quoad potuero.⁊ in ipsis seruiam deo
meo quā diu fuero:i caritate nō ficta. Non querā que mea sunt nec qd̄
mihi est utile:sed qd̄ multis id mihi utile iudicabo. Hoc solū d̄precor ut
fiat acceptū eis fructuosūq; ministeriū meū.si forte uel ex hoc inueniā i
die mala miam i oculis pr̄is eoꝝ.simul ⁊ sponsi ecclie ihesu xpi dn̄i nr̄i:
qui cum eo est super omnia deus benedictus in secula. Amen.

Sermo.liij. Qualiter per montes ⁊ colles significantur beatudines cele
stium spirituum in quibus transilijt filius dei.i.notum fecit ministerium
sue incarnationis.ueniens se ad incarnandum.

n Vox dilecti mei. Uides sponsā nouā adolescentulaꝝ uerecūdiā
⁊ uerecundū timorē.qd̄ scilicet d̄ nouo cepissent nō audere se i
gerere sancto otio ipsius.nec sicut heri ⁊ nudius terti⁹ moleste
fieri quiescenti i ɔtemplatiōe presumerēt.agnoscit hoc sibi ꝑuenire cu
ra ⁊ opa sponsi.⁊ exultans in spiritu siue pro illaꝝ ꝑfectu q̄ a nimia ⁊ su
perflua inquietudine cōpescunť.siue pro sua deinceps futura liberiore
quiete:siue etiam pro dignatione ⁊ fauore sponsi adeo pro hac ipsa ei⁹
quiete zelantis.⁊ tanto studio defensantis suauissima otia sua immo stu
dia feruentissima.ait hoc facere uocē dilecti sui.huius rei gr̄a factaȝ ad
illas.Eteniȝ is qui alijs preest in sollicitudine.uix unquā uel raro secure
uacat sibi.dum semꝑ timet sui penuriā facere subditis:⁊ nō placere deo
quod cōmuni utilitati ꝓpriam prefert quiete ɔtemplatiōis dulcedinem.
Non autē paꝝ gaudij ⁊ securitatis accedit:interdū suauiter ferianti.cuȝ
ex metu quodā ⁊ reuerentia erga se i missa diuinitus cordibus subdito
rū intelligit suā deo placere quietē.qui facit ut illi equo magis aīo suas
necessitates sustineant.quā patris spiritualis grata audeant otia temere
ꝑturbare. Nam iusta trepidatio paruuloꝝ manifeste signat audisse eos
intus quasi minacē.atq; increpatoriā illius ꝓculdubio uocē qui i ꝓphe
ta loquiť. Ego qui loquor iusticiā. Uox eius inspiratio eius:ac iusti timo
ris incussio. Compta ergo hac uoce.sponsa gaudēs ⁊ exultās: uox iquit
dilecti mei. Amica ē.⁊ gaudio gaudet ꝓpter uocē sponsi. Et addit. Ecce
is uenit saliēs i montib⁹ transiliēs colles. Compta ex auditu uocis dilecti
pn̄tia incūctanter itendit bn̄ curiosos oculos ad uidēdū quem audierat.
Auditus ducit ad uisū.q: fides ex auditu:qua corda mundanť ut possit
uideri deus. Sic eni habes. Fide mundās corda eoꝝ: Uidet itaq; ueni
entē quē loquētē audierat.obseruante etiā hic ordinē illū spiritu sc̄o.qui
apd̄ ꝓphetā d̄script⁹ ē ita. Audi filia ⁊ uide. Et ut certi⁹ aduertas n̄ cāu
neq; fortuitu.sȝ d̄ studio magis ⁊ idustria ob illā scilicet rōnem quā pre
misimus.auditū hoc loco premissū uisui.uide si nō hic ordo ūboꝝ a sc̄o

quoque iob obseruatus inuenitur.ubi sic loquitur deus. Auditu auris
audiui te:⁊ nunc oculus meus uidet te. Sed ⁊ ubi spiritus sanctus super
apostolos in die pentecostes descendisse memoratur:nonne auditus ui
sum preuenisse describitur? Ait enim. factus est repente de celo sonus
tanquã aduenientis spiritus uehementis. Et infra. Et apparuerũt illis
dispꝑtite lingue tanquã ignis. Et hic ergo spiritꝰ sãcti aduentũ prio audi
tus:dehinc uisus ꝑcepisse refert. Sed d hoc satis.qm̃ tu quoqꝫ si curas
opam dare huiuscemodi inquisitiõi.poteris ⁊ ipse for assis i alijs scriptu
re locis nõnulla similia repꝑire. Nunc iam illud cõsideremus qđ diligen
tioris eget inquisitionis:⁊ difficiliores habet accessus. Ad qđ nimirum
oĩno egere me fateor adiutorio spiritꝰ sancti.ut ponere i lucẽ possiꝫ qui
illi sint montes seu colles.supꝑ quos saliẽtẽ ⁊ trãsiliẽtẽ eos eccl'ia sponsũ
letis spectauit obtutibꝰ.credo cũ ꝓparet ad ipsiꝰ redẽptionẽ:cui ꝯcupie
rat dcorẽ. Nã id quidẽ ꝓpterea ita ⁊ nõ dubie senserim.qm̃ sile quid.d
ꝓpheta occurrit mihi.euidẽter i spiritu ꝓuidẽte ⁊ exprimente saluatoris
aduentũ. In sole posuit tabernaculũ suũ:⁊ ipse tanquã sponsus ꝓcedẽs
de thalamo suo. Exultauit ut gygas ad currendã uiã.a sũmo celo egres
sio eiꝰ.⁊ occursus eius usqꝫ ad summũ eiꝰ. Cursus ⁊ recursus is notissi
mus est:a quo ⁊ ad quid initus.ꝯsũmatusqꝫ notissimũ. Quid igit? Pin
gemus nobis siue i psalmis ista legẽtes.siue i pñti cantico uiꝝ gygantẽ
ꝓcere statuere.absẽtis cuiuspiã muliercule amore captũ.⁊ dum ꝓperat
ad cupitos ãplexus.trãsilientẽ montes collesqꝫ hos quos uidemꝰ mole
corꝑea supꝑ plana terre tanta altitudine eminentes.ut ⁊ supra nubes ali
qui illoꝝ uerticẽ extulisse cernant. Uerꝫ nõ decet istiusmõi corꝑeas phã
tasias ymaginari.presertim tractãtes hoc canticũ spũale:sed nec lꝫ oĩno
nobis qui meminimꝰ legisse nos i euãgelio.q2 spiritꝰ ẽ deus:⁊ eos qui
adorãt eũ oportet i spiritu adorare. Qui sunt ergo hij spũales mõtes ⁊
colles.ut postmodũ ꝯsequẽter agnoscamꝰ.sponsus qui deus.ac ꝑ hoc et
spiritus ẽ.quales ⁊ cuiusmodi dabat saltus i illis:siue supꝑ illos? Si illos
putamꝰ i quibꝰ euangeliũ refert oliꝫ fuisse relictas nonagitanouẽ oues
cũ pius pastor eaꝝ uenit unã i terris q̃rere q̃ ꝑierat.nihilominꝰ adhuc i
obscuro res ẽ.⁊ itellectus heret:dũ difficile sit inenire.spũales ille ⁊ supꝑ
celestes beatitudines nã ipse sunt sine dubio q̃ ibi memorate sũt oues.
quos uel quales alios habeãt spũales similiter montes uel colles ad ha
bitandum pascendumue in illis. Uerumtñ si nõ i ueritate aliquid essẽt:
ueritas hoc nõ dixisset. Sed neqꝫ ꝓpheta longe ante de ciuitate super
na ierusalem protulisset.quia fundamenta eius sunt in montibꝰ sanctis:
si non uere inibi essent montes sancti. Deniqꝫ quod celestis habitatio
illa uere hẽat nõ mõ spũales sꝫ ⁊ uiuos ac rationabiles montes collesqꝫ
audi ysaiam. Montes ⁊ colles cantabunt coram deo laudes. Quinam
igitur isti,nisi idemipsi celi inhabitatores spiritus.quos dominica uoce
oues diximus appellatos. ut ipsi sunt montes qui oues? Si non ta

men absurde dici uideatur. uidetur aut in montibus montes. aut oues in ouibus pasci. Et iuxta litteram quidem durum sonat: secundum spiritualem át intelligentiam dulce sapit si subtiliter aduertamus quomodo utrarũque ouiũ pastor dei scʒ sapientia xp̄s. unum idéque pabl'm vitatis aliter in terris aliter in celestibus gregibus suis amministret. Nam nos quidem mortales homines interim in loco peregrinationis nostre in sudore uultus nostri comedere panem nostrum necesse habemus. foris illum in labore ⁊ erumpna mendicãtes. id ē uel a doctis uiris uel a sacris libris uel certe per ea que facta sunt inuisibilia dei intellecta conspicientes. Angeli aũt in omni plenitudine ⁊ si non a semetipsis tamen in semetipsis tanta facilitate quanta felicitate accipiũt. unde ⁊ beate uiuunt. Sunt enī oĩs docibiles dei. quod sane electos hominum quandoqʒ assecuturos certe ueritate ꝓmittitur. ⁊ nōdũ experiri tribuitur felicitate secura. Pascunť proinde in montibus montes. uel oues in ouibus cũ sane superne ille substantie spiritales inter semetipsas de ṽbo uite unde suam beatam perpetuent uitam affluenter inueniũt. idē ipsi ⁊ montes ⁊ oues. montes propter plenitudinem uel celsitudinem. oues propter mã suetudinē. Plem quippe deo celsi meritis. cumulati uirtutibus. nihilo minus tamen erectos ṽtices tota ⁊ humili obediētia submittunt. ⁊ inclinant illius longe supereminentis īperio maiestatis: tãquã oues mansuetissime ad nutum sui pastoris per omnia ambulantes. ⁊ sequentes eum quocũque ierit. Et in hijs secundum prophetam dauid uere montibus sanctis tanquam prima omnium creata sapientia. fundamenta ciuitatis domini ab initio firmiter stabilita consistunt que utique una est in celo ⁊ in terra: licet ex parte regnans ⁊ ex parte peregrinans. Et ex hijs nihilominus iuxta ysaiam tanquam quibusdam uitalibus cimbalis bene sonantibus iugis resonat gratiarum actio ⁊ uox laudis. suaui ⁊ icessabili uoce implentibus. quod ex eodem propheta pauloante memorauimus quia montes ⁊ colles cantabunt coram deo laudes: ⁊ item quod ille ali⁹ loquens ad dominum deum: beati ait qui habitant in domo tua domine in secula seculorum laudabunt te. Hij ergo ut ad id recurramus unde aliquantum sed ut puto necessarie digressum est illi sunt montes atqʒ colles in quibus ecclesia uidit celestem sponsum mira alacritate salientem. cum ad suos properaret amplexus: non modo salientem sed ⁊ transilientem eos. Uis tibi hos saltus ex litteris prophetarum apostolorũ que demonstrem? Non quod nunc omnia que de hac re apud illos ab ociosis inueniri queunt testimonia replicare incipiam. Hoc enim longum est ⁊ opus non est: sed ea tantum pono que breuiter ⁊ aperte astruerẽ uideanť id qđ dicit̃ đ spōsi saltib⁹. Dicit đ illo sãct⁹ dauid. qꝛ posuit ī sole tabernacl'ʒ suũ: ⁊ ipe tãquã spōsus ꝓcedēs đ thalamo suo. exultauit ut gygas ad currēdã uiã: a sũmo celo egressio ei⁹. en q̃ztũ saltũ đdit: a sũmo celo ad terras! Sane. n. n̄ inuenio alibi ubi ī sole posuerit taber

naculum suum . id est in luce ⁊ in manifesto suam sit dignatus exhibere presentiam ipe lucis inaccessibilis habitator. nisi utiqz i terris. Deniqz in terris uisus ē: ⁊ cum hominibus cōuersatus est. In terris inquā palā. qđ est in sole posuit tabernaculum suuz corpus uidelicet qđ de uirginis corpore ad hoc sibi aptare dignatus est: ut in eo in se inuisibilis uideret: omnis caro salutare dei cum in carne uenisset. Salijt ergo in montibus id est in illis supremis spiritibus cum ad eos usqz descendit. sacramētuz a seculis absconditum ⁊ magnum pietatis mysteriū eis dignanter apiēs. Sed trāsiens hos supiores atqz eminentiores montes. cherubyn scilicet atqz seraphin nec nō dñationes. principatus. ⁊ potestates. uirtutesqz ēt ad inferiorem usqz angeloꝝ ordinem descendere tanquam ad colles dignatus ē. Sz nunquid uel in illis remansit? Transilijt ⁊ colles? Non eni inquit angelos sz semen habrahe apprehēdit. qđ utiqz angelis iferius ē: ut sermo ipleret̃ quē dixit memoratus ꝓpheta loquens ita ad patrem de filio. Minuisti eum paulominus ab angelis. Quanquā hoc sane ad cōmendationem nature humane dictuz possit itelligi qđ homo ad ymaginem ⁊ similitudinem dei conditus ac preditus ratione. ad instar utiqz angeli: modicū tamen distet ab angelo ꝓpter corpus de terra. Sed audi apostolum paulū apte ꝓnuntiantē de eo. qui in forma dei cum essz non rapinā arbitratur ēe se equalem deo: qꝛ semet ipm exinaniuit formā serui accipiēs. in similitudinē hominū factus. ⁊ habitu iuentus ut homo. ⁊ rursū. Ubi uenit plenitudo temporis. misit deus filiū suum factū ex muliere. factū sub lege: ut eos qui sub lege erāt redimeret. Qm̄ ergo fact⁹ ex muliere factus ⁊ sub lege ē: ꝓculdubio nō soluz montes. id ē maiores supioresqz beatitudines. sed ēt minores angelos descendēdo trāsilijt. qui quidē in compatione supioꝝ: merito collium nomine designant̃. Ceterū qui minor ē in regno celoꝝ: maior ē quouis carnē portante sup terram. ēt si sit ille magn⁹ iohānes baptista. Nā ⁊ si sane deū hominē fateamur ēt in homine sup omnē principatū ⁊ potestatē longe incompabiliter preminere: certum tñ qꝛ ⁊ si preit maiestate. sed infirmitate succumbit. Ita ergo salijt i montib⁹. ⁊ trāsilijt colles. cum nō solum supiorib⁹ sz ⁊ iferioribus spiritib⁹ dignantissime se inferiorem exhibuit. Nec mō supnis illis spiritib⁹. sz ⁊ ipis qui domos luteas inhabitāt subiectū se exhibuit. trāsiliēs ⁊ uincēs humilitate ēt hominū hūilitatez. Erat deniqz subdit⁹ Marie ⁊ ioseph. cū essz puer i nazareth ⁊ apud iordanē iohānis se manib⁹ iā iuuenis iclinauit. Sz iclinata ē dies: nec adhuc oino de hijs montib⁹ descendere libet. Ceterū si hac uice uoluerimus cūcta hoꝝ ꝓut delectat explorare amena. abdita pscrutari. uerendū ne aut sermo grata breuitate careat. aut larga excellēsqz materia debita diligentia festinatiōe fraudetur. Pausemus proinde hodie iam si placet in montibus istis quoniam bonum est nos hic esse. ubi a pastore christo una cum sanctis angelis in loco paschue collocati: ⁊ iocundius pascimur ⁊ uberius. ⁊ nos

siquidem oues pascbue eius. Ruminemus ergo tanquã munda anima lia boni pastoris que bodierno sermone tota auiditate glutiuim⁹: sermo ne altero residua capituli eiusdem attentius percepturi: largiente spon so ecclie ihesu xp̃o dño nr̃o. qui ẽ super omnia de⁹ bñdict⁹ i sc̃la Amẽ.

Sermo. liiij. Qualit̃ tantum per mõtes significantur angeli ꝛ homines. ꝛ per colles demones. Item de triplici timore. quo quisque timere de bet. ne perdat gratiam bene operandi. quã ꝗ a deo suscepit.

Uper eodem capitulo quod besterno sermone uersatum est. S dicturus sum aliũ intellectũ quẽ bodierno seruaui: nos ꝓbate ꝛ eligite potiora. Non est opus superiora repetere que excedisse nõ arbitror in tam breui. Si quominus tñ scripta sunt ut dicta sunt. ꝛ ex cepta stilo sicut ꝛ sermones ceteri: ut facile recupet̃ quod forte exciderit. Quapropter accipite alia. Ecce uenit is inquit saliens i montib⁹: transi liens colles. Sponsũ loquit̃. qui ꝓfecto tũc i montibus salijt: cũ missus a patre ad euangelizandũ paupibus. angeloꝝ fungi nõ est dedignatus of ficio: factus magni ꝯsilij angelus qui dñs erat. Per se descendit ad ter ras. qui alios delegare ꝯsueuerat. ꝑ se notũ fecit dñs salutare suũ: ꝑ se i ꝯspectu gentiũ reuelauit iusticiã suã. Cum itaqꝫ oẽs iuxta pauli sentẽtiã amministratorij sint spiritus missi i ministeriũ ꝓpter eos qui hereditatẽ capiũt salutis. qui erat sup illos. factus est inter illos tanq̃ꝫ unus ex illis: dissimulãs iniuriã ꝛ accumulãs gratiã. Sed audi ip̃m. Non ueni inquit ministrari sed ministrare. ꝛ animã meã dare pro multis. Qd̃ quidẽ cete roꝝ nemo fecisse inuent⁹ ẽ. ut oẽs quotquot ministrasse uisi sunt. ipse d̃ uotis trãsierit fidelibusqꝫ obsequijs. Bonus minister. qui carnẽ suã i ci bum. sanguinẽ in potũ: animã ministrauit in preciũ. Bonus plane qui spiritu alacer. caritate feruens. pietate deuotus. nõ solũ salit i montibus. sed ꝛ transilit colles. id est superat ꝛ uincit alacritate ministrandi. utpote quem unxit deus deus suus oleo leticie pre consortibus suis: in quo uti qꝫ exultauit ut gigas ad currendam uiam. Deniqꝫ transilijt Gabrielem ꝛ peruenit ad uirginem: eodem archangelo attestante cuꝫ ait. Aue gra tia plena dominus tecum. Quid? Quem modo reliquisti in celo: nunc in utero reperis? Quonã modo uolauit ꝛ preuolauit super pennas uento rum. Uictus es o archangele: transilijt te. qui premisit te. Aut certe sali ebat in montib⁹. cum in angelis olim patrib⁹ apparebat: qd̃ utiqꝫ pro prietati litere magis conuenire uidetur. Non eniꝫ ait saliens in mõtes: sꝫ in montib⁹. ut ipse in eis salire uideatur. qui facit ꝛ dat ut saliant. quẽ admoduꝫ loquitur in prophetis. operatur in iustis: cum illis uerba. istis opera tribuit. Adde qd̃ aliqui illorum personam eius gerebant: ita ut loquetur quisqꝫ illorum non tanquam angelus. sꝫ tanquam dñs. Uerbi gratia. ille angel⁹ qui cum Moyse loquebatur dicebat. non ego dñi. sꝫ ego dñs: atque id frequentius iterabat. Saliebat ergo in montib⁹ id est angelis in quibus ꝛ loquebatur: ꝛ suam hominib⁹ exhibebat presẽtiã.

Ad homines enim saliebat:sꝫ in angelis non in se. Non in sua natura:
sꝫ in subiecta creatura. Qui enim salit. de loco ad locum uadit qđ nõ ca
dit in deum. Ergo in montibus id est in angelis saliebat. qui in se non
poterat: ⁊ saliebat usqꝫ ad colles. id est patriarchas ⁊ prophetas ceteros
que spiritales uiros de terra. Sed transiliebat ⁊ colles. cum non solum
magnis ⁊ spiritalibus uiris. sed ⁊ aliquibus de populo etiam ⁊ nonnul
lis mulieribus eque in angelis loqui ⁊ apparere dignatus sit. Uel colles
dicit aerias potestates que inter montes quidem minime iam numerã
tur. pro eo quod a uirtutum celsitudine per superbiam defluxerint. nec
tamen usque ad humilia uallium siue ad valles humilium per penitenti
am detumescunt. De hijs arbitror illud dictum in psalmo. Montes si
cut cera fluxerunt. a facie domini. Hos itaque tumentes ac steriles col
les. tanquam medios positos inter montes perfectorum ⁊ ualles peni
tentium proculdubio transilit qui in montibus salit. hijsque preteritis ⁊
despectis descendit ad ualles: ut ualles abundent frumento. Porro illi
eterna e regione ariditate ac sterilitate dapnãtur: sicut habes prophete
imprecationeꝫ super illos. Nec ros inquit nec pluuia descendant super
uos. Atqꝫ ut noueris qđ ad ãgelos qui preuaricati sunt sub figura mon
tium gelboe ista loquať. ubi ĩquit ceciderunt uulnerati multi. Quã mlti ĩ
hijs maledictis montibꝰ de exercitu isrl' ceciderũt a prĩcipio: ⁊ cotidie ca
dunt. De quibus ⁊ habes ĩ eodem propheta: cum dicit do. Sicut uulne
rati dormientes in sepulcris quorum non es memor amplius: ⁊ ipsi de
manu tua repulsi sunt. Non est ergo mirum si steriles ⁊ infructuosi per
manent isti. non montes celici. sed aerij colles super quos nec ros nec
pluuia descendit. quippe auctore gratie ⁊ benedictionum largitore tran
siliente eos ⁊ descendente ad ualles. ut celesti imbre perfundat humiles
qui sunt super terram. ⁊ fructum afferunt in patientia: fructum tricesimũ
⁊ sexagesimum. ⁊ centesimum. Deniqꝫ uisitauit terram ⁊ inebriauit eã:
multiplicauit locupletare eam. Terram uisitauit non aerem: quia miseri
cordia dñi plena est terra. Deniqꝫ operatus est salutem in medio terre:
nunquid ⁊ in medio aeris? Hoc aduersus origenem qui in aere domi
num glorie denuo pro demonibus impudenti crucifigit mendacio. cum
huius conscius misterij paulus affirmet. quod resurgens ex mortuis iaꝫ
non moritur: ⁊ mors illi ultra nõ dominabiť. Uerum non solum uisitauit
terram qui aerem transiliuit: sed etiam celum dicente scriptura. Dñe in
celo mia tua: ⁊ ueritas tua usqꝫ ad nubes. Usqꝫ ad nubes enim celum
est. qđ inhabitant sancti angeli quos nõ transilit sponsus. sed salit ĩ eis.
ita ut imprimat ipsis duo quedam uestigia pedꝫ suoꝝ. miaꝫ ⁊ ueritatẽ.
De quibus dñi uestigijs memini me in superioribus sermonibus pleni
us disputasse. A nubibꝰ uero ⁊ infra demonuꝫ habitatio est. ĩ aere isto
infimo ⁊ caliginoso in quibus non salit sponsus sed transilit illos ⁊ prete
rit: nec ullum in se retinent dei transeuntis uestigium. Nam quomõ ĩ di

abolo ueritas ẽ de quo ĩ euangelijs ueritatis sententia extat. qđ in ueri
tate non stetit: sed mendax extitit ab initio. Sed nec misericordem quis
dixerit eum qui nihilominus ab initio homicida fuisse eadem ipsa euan
gelij ueritate cõuincitur. Porro autem qualis paterfamilias: tales ⁊ do
mestici eius. Pulchre proide de spõso ecclesia psallẽs qđ ĩ altis hitet ⁊
humilia respiciat in celo ⁊ in terra. nullã oĩo mẽtionẽ facit de hijs qui in
aere uersantur spiritibus superbis: qm̃ deus superbis resistit ⁊ humilib⁹
dat gratiã. Uidet ergo illũ saliẽtẽ in montibus. ⁊ transilientem colles: iux
ta ĩ precationẽ dauid dicentis. Omnes mõtes qui ĩ circuitu eius sunt. id
est in circuitu gelboe uisitet dominus: a gelboe ãt transeat. Diabolo nẽ
pe qui per gelboe designatur hinc inde sunt mõtes quos uisitat domi
nus: supra ãgeli. infra homines. In penã siquidẽ suã locum in aere isto
medium inter celum ⁊ terram. de celo cadẽs sortitus est. ut uideat ⁊ inui
deat: ipsaque inuidia torqueat scriptura dicẽte. Peccator uidebit ⁊ ira
scetur dentibus suis fremet ⁊ tabescet. Quam miser cum suspicit celos
in quibus innumeros montes intuetur diuina claritate fulgentes. diui
nis laudibus resultantes: sublimes in gloria. abũdantes in gratia. Quã
miserior cũ respicit terrã montes nihilominus quam plurimos de popu
lo acquisitionis habentem. fide solidos. spe excelsos. caritate spaciosos.
cultos uirtutibus. bonorum operum fructibus refertos: de rore celi tãquã
de saltu sponsi cotidianam capiẽtes benedictionem. Cum quanto puta
mus dolore ⁊ rancore aspiciat ille cupidissimus glorie. istos in circuitu
suo tam gloriosos montes. cũ se ⁊ suos e regione incultos. tenebrosos.
bonis omnibus infecundos despiciat. ita ut se sentiat esse opprobrium
hominum ⁊ angelorum qui omnibus exprobrabat. secundum illud ĩ psal
mo. draco iste quem formasti ad illudendum ei. Atque hoc: quia ob ipso
rum superbiam transilit eos sponsus. saliens in montes qui in circuitu
eius sunt: tanquam fons ascendens de medio paradisi. irrigans uniuer
sa: ⁊ implens omne animal benedictione. Beati qui torrente uoluptatis
huius potari interdum uel raro promerentur. in quibus ⁊ si non conti
nue fluit saltim per horas salit aqua sapientie ⁊ fons uite. ut fiat in ip
sis quoque fons aque salientis in uitam eternam. Et quidem huius flu
minis impetus letificat ciuitatem dei: sane perhenniter ⁊ affluenter.
In nostros autem montes qui in terra sunt utinam interdum facta ẽ si
inundatione saltus dare aliquos non despiciat. quibus sufficienter irri
gati. nobis quoque qui ualles sumus stillare uel raras guttulas possint:
ne omnino aridi ⁊ steriles remaneamus. Miseria ⁊ egestas. ⁊ om
nino fames ualida in regione illa que nullis unquam istiusmodi uel
saltibus uel instillationibus humectatur: preterfluẽte ⁊ trãsiliẽte illaꝫ fon
te sapientie. Et quia inquit non habuerunt sapientiam: perierunt prop
ter suam insipientiam. Ecce uenit is saliens in montibus: transili

ens colles. Ad hoc salit ut transiliat. qui non uult ad omnes pertingere: neqꝫ enim in omnibus beneplacitum ē deo fratres. si iuxta sapiam pau li scripta sunt ista ad correptionem nostrā. obseruemus sponsi discretos ⁊ circumspectos saltus: quēadmodum uidelicet tam apud angelos quaꝫ apud nos: ⁊ in humiles saliat. ⁊ supbos transiliat. Si quidem excelsus dominus ⁊ humilia respicit. ⁊ alta a lōge cognoscit. Hec inquaꝫ attēda damus quo cauti simus sponsi nos salutiferis saltibꝰ pparare. ne ueluti a montibus gelboe forte transeat ⁊ a nobis: si indignos sua uisitatione conspexerit. Quid supbis terra ⁊ cinis: ⁊ de anglis transilit dn̄s execrās eorꝫ superbiā. Ergo repudiatio anglorꝫ fiat emendatio hominū. scripta est eni ad ipsorꝫ correptionem. Cooperetur mihi in bonum etiam diaboli malum: ⁊ lauem manꝰ meas in sanguine peccatoris. Qualiter inquis? Audi. Supbo certe diabolo horrenda ⁊ formidolosa maledictio itorquet ppheta dauid in spiritu dicente de illo sub typo gelboe: ut supra memo ratum ē. Montes inquit qui in circuitu eiꝰ sunt uisitet dn̄s: a gelboe aūt trāseat. Sane ego hoc legēs referēsqꝫ oclos i me ⁊ ituēs diligēter inēio me peste ipa ifectū quā i euāgelio dn̄s i tm̄ exhorruit. q̄tinꝰ ppea dēclia ret ab eo. cū oēs i circuitu eiꝰ mōtes siue de anglis siue hominibꝰ uisita tionis sue gr̄a dignaretur: ⁊ pauens tremensqꝫ aio ad memetipm̄. Si sic actum ē cum anglo: quid de me erit terra ⁊ cinere? Ille in celo intu muit: ego insterquilinio. Quis non tolerabiliorem in diuite superbiam: quam in paupere ducat? Ue mihi. Si tam dure in potente illo animad uersum est pro eoꝙ̄ elevatum est cor illius. nec ei profuit qđ cognata potentibus superbia esse cognoscitur: quid de me exigendum ⁊ misero ⁊ superbo? Deniqꝫ iam luo penas: iam acerbissime uapulo. Non sine causa sane ab eri ⁊ nudius tertius inuasit me languor iste animi et mentis hebitudo: insolita quedam merita spiritus. Currebam bene. sꝫ ecce lapis offensionis in uia: impegi ⁊ corrui. Superbia inuenta est in me: ⁊ dominus declinauit in ira a seruo suo. Hinc ista sterilitas anime mee: ⁊ inopia deuotionis quam patior. Quomodo ita exaruit cor meum coagulatum ē sicut lac: factum est sicut terra sine aqua? Nec compungi ad lacrimas queo: tanta est duricia cordis. Non sapit psalmus. non lege re libet: non orare delectat. Meditationes solitas non inuenio. Ubi illa inebriatio spiritus? Ubi mentis serenitas: ⁊ pax ⁊ gaudium in spiritu sancto? Ideo ad opus manuum piger. ad uigilas sompnolentus. ad irā preceps. ad odium pertinax: lingue ⁊ gule indulgentior. segnior obtū sioꝛqꝫ ad predicationeꝫ. Heu omnes montes in circuitu meo uisitat do minus: ad me autem non appropinquat. Num collis non sum ex hijs quo trāsilit spōsus? Nam aliū quidē ituéor singl'aris abstinētie. aliū uero patiētie admirāde. aliū aūt sūme humilitatis. ⁊ mansuetudinis. aliū mīe mie ⁊ pietatis. alium in contemplatione frequenter excedere: hunc pul sare ⁊ penetrare celos orationum istantia aliosqꝫ in alijs preminere uir

tutibus. Uos inquam considero oēs feruentes. oēs deuotos. oēs in xp̄o unanimes. oēs donis celestib⁹ ⁊ gratia affluentes. tanquam spirituales reueralmontes qui a domino uisitantur: ⁊ spōsum in se salientē frequē ter recipiūt. Ego autē qui horum in me inuenio nihil. quid me aliud pu tem quam unum e montib⁹ gelboe quem preterit in ira ⁊ indignatione sua ceterorꝫ: ille oīuꝫ benignissim⁹ uisitator? Filioli. hec cogitatio tollit ex tollentiam oculorum. conciliat gratiam: sponsi saltib⁹ preparat. Hec er go in me transfiguraui propter uos: ut ⁊ uos ita faciatis. Imitatores mei estote. Qd̄ nō de exercitio dico modo uirtutum aut morū disciplina. aut gloria sanctitatis: nec enim de huiusmodi quicquam mihi temere arro gauerim imitatione dignum. Sed uolo uos nō parcere uobis. sed accu sare uosmetipsos. quotiens forte in uobis uel ad modicum tepere grām uirtutem languescere deprehēditis: sicut ⁊ ego pro huiusmōi memetipꝫ accuso. Hoc facere hominis est qui curiosus circumspector est sui. ⁊ scru tator uiarum suarum ac studiorum: atqꝫ in omnibus semper suspectum habet arrogantie uitiuꝫ ne surrepat. In ueritate didici nil eque efficax esse ad gratiam promerendā. retinēdā. recupandā: quā si omni tp̄e corā deo ieniaris ñ altū sape. sed timere. Beat⁹ homo qui sēp ē pauidus. Time ergo cum arriserit gratia. time cū abierit: time cum denuo reuer tetur. ⁊ hoc est semper pauidum esse. Succedant uicissim sibi in animo tres isti timores: secundum qd̄ gratia uel adesse dignanter. uel offensa recedere. seu iterum redire placata sentietur. Cuꝫ adest time ne idigne operis ex ea. nam hoc monet apl's: uidete inquiens ne in uacuum grāꝫ dei recipiatis. ⁊ ad discipuluꝫ. Noli inquit negligere grām que in tē ē. ⁊ de semetipso dicebat: qꝛ gratia dei in me uacua non fuit. Sciebat homo consiliū dei habens redundare in contemptum donantis donū neglige re. nec expendere ad qd̄ donatum ē. idqꝫ intolerabilem ēe superbiam iu dicabat: ⁊ ꝓpterea studiosissime hoc maluꝫ ⁊ ipse cauebat dicebatqꝫ ca uendum. Sꝫ rursum latet fouea hic que nolo uos lateat. de qua is ipse supbie spiritus tanto insidiatur piculosius. quāto occultus. sicut habetis in psalmo. insidiatur in abscondito quasi leo in spelunca sua. Nam si im pedire nō preualet actionem. tēptat intētionē: suggerēs ⁊ suadēs quati nus effectum grē arroges tibi. Quod quidē superbie genus longe illo priore intolerabilius esse non ambigas. Quid enim odiosius illa uoce qua quidā dixerunt man⁹ nr̄a excelsa: ⁊ ñ dn̄s fecit hec omnia? Sic ergo timendū manēte grā. Quid si recesserit? Nō multomagis tūc timenduꝫ. Plane multomagis. qꝛ ubi tibi deficit gratia: deficis tu. Audi eniꝫ quid dator gratie dicat. Sine me ait. nihil potestis facere. Time ergo subtra cta gratia tāquam mox casurus. Time ⁊ contremisce: deo tibi ut sentis irato. Time. quia reliquit te custodia tua. Nec dubites in causa esse su perbiam. etiam si non appareat. etiam si nil tibi conscius sis. Quod eni tu nescis. scit deus: ⁊ qui te iudicat ipse est. Sed nec qui seipsum commē

dat ille probatus ē:sed quem deus commendat. Nūquid commendat te deus:cum gratia priuat? Aut nūquid qui humilibus dat gratiam: humili auferret datam? Ergo argumentū superbie priuatio gratie est. Quanquam tamen interdum subtrahitur gratia siue retrahitur. nō pro superbia que iā est:sed que futura est nisi subtrahatur. Habes huius rei euidens documentū de apostolo. qui stimulos carnis sue sustinebat inuitus:nō quia extolleretur. sed ne extolleretur. Sed siue iam existēs. siue nondum:supbia tn̄ semp cā erit subtracte gratie. Iam si gratia propitiata redierit. multo amplius tunc timendum est ne forte ꝯtingat recidiuū pati:iuxta illud de euangelio. Ecce sanus factus es. uade ⁊ amplius noli peccare:ne aliquid deterius tibi cōtingat. Audis recidere quā incidere esse deterius? Proinde inualescēte periculo:inualescat ⁊ met⁹. Beatus es. si cor tuum triplici isto timore repleueris. ut timeas quidem pro accepta grā. amplius pro amissa. lōge plus pro recupata. Hoc fac ⁊ erit hydria i xp̄i cōuiuio ipleta usqꝫ ad sūmū. ꝯtinens nimirꝝ metretas nō binas tm̄. sed ternas. ut xp̄i mereatis benedictionē:que aquas tuas cōuertat in uinū leticie. ⁊ pfecta caritas forac mittat timorē. Qd̄ dico:tale est. Aqua timor ē:qm̄ ab estu refrigerat desideriorꝝ carnaliū. Initiū inquit sapie:timor dn̄i. ⁊ hēs. Aqua sapie salutaris potabit illū. Si timor sapia. ⁊ sapia aq̄:timor aq̄ ē. Deniqꝫ timor dn̄i iquit fōs uite. Porro hydria mēs tua. Capiētes iquit singl'e. metretas binas l' ternas. Tres metrete timores tres. Et ipleuerūt eas ait usqꝫ ad sūmū. Nō un⁹ timor. n̄ duo quoqꝫ:sꝫ toti tres simul īplēt usqꝫ ad sūmū. Oi tp̄e time deū. ⁊ ex oi corde tuo:⁊ iplesti hydriā usqꝫ ad sūmū. Amat deus integrū munus. affectū plenū. pfectū sacrificiuꝫ. Cura ꝓinde nuptijs celestib⁹ plenā inferre hydriam. ut de te quoqꝫ dicat. qꝛ īplenit eū spirit⁹ timoris dn̄i. Qui sic timꝫ:nihil negligit. Uñ nāqꝫ diligētia itret i plenitudie? Alioqui qd̄ caper adhuc aliq̄d pōt: plenū n̄ ē. Eadē sane rōne n̄ potes simul ⁊ sic timere:⁊ altū sape. Non ē eni quo admittas supbiā:replet⁹ timore dn̄i. Et sic d̄ ceteris uitijs sentiēdū:qꝛ necesse ē oia plētudie timoris excludi. Tūc dm̄ū si plene si pfecte timueris. dabit saporē caritas aquis tuis ad dn̄i bendictionē. Sine caritate eni timor penā hꝫ. Et quidē caritas uinū qd̄ letificat cor hois. Perfecta āt caritas. foras mittit timorē. ut ubi aq̄ fuerat uinū eē icipiat. ad laudē ⁊ gl'aꝫ spōsi eccl'ie ihesu xp̄i dn̄i nr̄i:q ē sup oia de⁹ bn̄dict⁹ i scl'a. amē.

Sermo. lv. Qualiter homo per uerā penitētiā pōt euadere iudiciū dei.

s Imilis ē dilect⁹ me⁹ capree hynnuloqꝫ ceruorꝝ. Ex precedēti v̄siculo pēdet. Quē eni saliētē ⁊ properātē mō descripserat. consequēter cōparat capree hynnuloque ceruorꝝ. Apte quidē quod hoc genus animantium cursu uelox ⁊ saltu agile sit. Porro sermo de sponso est:⁊ sermo sponsus est. Et propheta dicit de deo. quia uelociter currit smo ei⁹. sane ꝯgruēs huic loco. ubi spōsus qui sermo dei ē saliens trāsiliēsqꝫ describitur:similis perīde factus capree hynnuloque cer

uoꝛum. ⁊ hec ratio similitudinis. Adde tñ ne ulla similitudinis ipsius uł
minima ꝓpoꝛtiuncula uacet. qꝛ caprea quidē non mō cursus ꝑnicitate.
sꝫ ⁊ acumine uisus eminet. Qđ utiqꝫ proprie illam respicit narrationis
partē. qua sponsus nō tm̄ saliens. sꝫ ⁊ transiliens apparere referť. quia
nisi acuto ⁊ ꝑspicaci intuitu ñ posset omnino ꝑsertim inter currenduꝫ di
scernere: in quos salire. ⁊ quos trāsilire deberet. Alioquin poterat suffi
cere ad designandā festinātis uelocitatē: de solo hynnulo compatio. Is
quippe rapidioꝛi se ferre nosciť cursu. Nūc uero qm̄ sponsus iste ⁊ si ar
denter amans cursum ruere in dilecte uideať amplexus. nihilomin⁹ tñ
gressus uel poti⁹ saltus suos prudenti cōsideratione dirigere nouit. cau
tus ubi figere opoꝛteat pedē. opoꝛtuit ꝓfecto cum hynnulo ēt de caprea
similitudinē dari: qua inus ⁊ per illum saluantis desiderium. ⁊ per hanc
exprimeretur eligentis iudiciū. Christus nēpe iustus ⁊ misericoꝛs. salua
toꝛ ⁊ iudex. ⁊ quia amat. uult omnes homines saluos fieri. ⁊ ad agnitio
nem ueritatis uenire. ⁊ qꝛ iudicat nouit qui sunt eius: ⁊ ip̄e scit quos ele
git a principio. Igiť duo hec bona sponsi. mīa scilicet ⁊ iudiciuꝫ in hijs
duobus animātibus cōmendata a spiritu sancto nobis interim sentiam⁹
ut in testimoniū integritatis ⁊ ꝑfectionis fidei nostre nos quoqꝫ ꝓphetā
imitantes: misericoꝛdiā ⁊ iudicium cantemus dño. Ego aūt nō dubito ⁊
alia de hoꝝ natura ab hijs quidē qui taliū curiosi ⁊ gnari sūt posse mō
strari. que spōso aptari utiliter ⁊ cōgruēter queāt. sꝫ hec ut arbitroꝛ suffi
cere possunt ad dandā rationē adducte similitudinis. Pulchre tñ spiri
tus sāctus ñ đ ceruo sꝫ de hynnulo ceruoꝝ similitudinē dedit: i quo ⁊ pa
trū fecit mētionē e quib⁹ christus secūdū carnē. ⁊ infantie meminit salua
toꝛis. Ut hynnulus quippe appuit: paruulus qui natus ē nobis. Uerꝫ tu
qui aduentū đsideras saluatoꝛis. time scrutiniū iudicis: time oclos cap̄e.
time illū qui ꝑ ꝓphetā dicit. Et erit i die illa. ⁊ ego scrutaboꝛ iherlm̄ i lu
cernis. Acuto uisu ē. nil iscrutatū reliquet ocłs eius. Scrutabiť renes et
coꝛda: ipsa quoque cogitatio hominis confitebitur illi. Quid tutum i ba
bylone: si iherusalem manet scrutiniū? Puto eniꝫ hoc loco prophetam
iherlm̄ nomie designasse illos qui in hoc secło uitam ducunt religiosā.
moꝛes su̾ne illius iherlm̄ cōuersatiōe honesta ⁊ oꝛdinata ꝓ uirib⁹ imitā
tes: ⁊ ñ ueluti hij qui de babylone sunt uitam in ꝑturbatiōe uitioꝝ scele
rumqꝫ ꝯfusione uastātes. Deniqꝫ illoꝝ. pc̄cā manifesta sunt ꝑcedētia ad
iudiciū: ⁊ ñ egēt scrutinio sed supplicio. Mea aūt qui uideoꝛ monach⁹ ⁊
iherosolimita pc̄ca certe oclta sūt nomie ⁊ habitu mōachi obūbrata. ⁊ id
circo necc̄e erit subtili ea iuestigari discussiōe. ⁊ q̄i admotis lucernis đ te
nebris i lucē ꝓdi. Possum⁹ afferre aliquid ⁊ de psalmo: ad ꝯfirmādū
id qđ dr̄ đ scrutāda iherlꝫ. Ait nāqꝫ sub ꝑsona dn̄i. Cū accepero tp̄s ego
iustitias iudicabo. Uias iustoꝝ nisi falloꝛ et act⁹ eoꝝ discussurū se ⁊ exa
miaturꝝ dic̄. Uerēdū ualde cū ad h⁰ uētū fuerit ne i taꝫ subtili exaīe mr̄e
nr̄e iustitie ut putāť. pc̄ca appareāt. Unū ē tñ si nos metip̄os diiudicaue

rimus:non utiqꝫ iudicabimur. Bonū iudicium qđ me illi districto diui
noque iudicio subducit ⁊ abscondit. Prorsus horreo incidere i manus
dei uiuentis. Uolo uultui ire iudicatꝰ presentari:nō iudicandus. Spiri
talis homo omnia diiudicat : ⁊ ipse a nemine iudicatur. Iudicabo pro
inde mala mea : iudicabo ⁊ bona. Mala melioribus curabo corrige
re actibus.diluere lacrimis.punire ieiunijs:ceterisqꝫ sanctis laboribꝰ di
sciplinę. In bonis de me humiliter sentiā.⁊ iuxta preceptū domini ser
uum me inutilem reputabo:qui quod facere debui tantum feci. Dabo
operam ne lolia pro granis.nec paleas cū granis offerre uidear. Scru
tabor ego uias meas ⁊ studia mea.quo is qui scrutaturus ē ierl'm in lu
cernis.nil inscrutatū in me siue indiscussum inueniat. Neqꝫ enim iudi
caturus ē bis in idipsum. Quis mihi det ita ad liquidum prosequi ⁊ per
sequi uniuersa delicta mea.ut i nullo oporteat ueteri oculos capree:i nul
lo ad lumen contingat erubescere lucernaꝝ?Et nunc uideor. sed non ui
deo. Presto est oculus cui oia patent:⁊ si nō patet ipse. Erit qn̄ cogno
scam.sicut ⁊ cognitus sum. At nunc quidem cognosco ex parte:nō tamē
ex parte cognitus.sed ex toto. Uereor aspectum exploratoris illius. qui
post parietem stat. Hoc enim scriptura addit de illo. quem pro acumie
uisus capree assimulauit. En ipse stat iquit post parietē.respiciēs per fe
nestras.prospiciēs per cācellos?De quo suo loco uidebimꝰ. Nūc ergo
uereor occultū occultoꝝ exploratorē. Sponsa nihil ueretur;qꝛ nihil sibi
cōscia ē. Quid deniqꝫ uereatur amica:colūba.formosa? Nempe subide
hēs. Et dilectꝰ meꝰ iquit loquitur mihi. Mihi nō loquitur.⁊ iō formido
aspectū:qm̄ nō hēo testimonium. Tu quid audis de te o spōsa? Quid ti
bi loquitur dilectꝰtuꝰ?Surge iquit propera amica mea. colūba mea. for
mosa mea. Uerꝝ hoc quoqꝫ alteri seruabo pricipio.nec breuitate artabo
ea que diligētiam desiderātia sunt.ne forte ⁊ đ hoc reus ieniat: si quo
minꝰ uos ieniamini i hac pte edificati ad itelligētiā ⁊ amorē.spōsi eccle
sie ihesu xp̄i dn̄i nr̄i:qui ē sup oia deꝰ benedictus in secula.amen.

Sermo.lvj. Quod peccata ⁊ uicia sint tanquam parietes mediantes in
ter deum ⁊ peccatorem.

e N ipse stat post parietē.respiciens p fenestras: prospiciēs per
cācellos. Secūdū litterā quidē uidet̃ dicere.qꝛ is qui cū saltibꝰ
aduētare prospiciebat̃ appropiasse usqꝫ ad cōtubernū spōse;⁊
stas pꝰ pietē curiosiꝰ itrospiceret p fenestras ⁊ rimas.⁊ uerecūde se ige
rere n̄ p̄sumeret. Scđm aūt spiritū appropiasse quidē nihilominꝰ itelligi
tur:ſꝫ alit̃. Ita sane quēadmodum ⁊ a celesti sponso agi oportuit:⁊ a spi
ritu sancto dici. Nil quippe quod uel auctorem deduceat uel narrato
rem; uerus spiritualis intellectus admittet. Ergo appropiauit parieti.
cum adhesit carni. Caro paries ē.⁊ appropiatio sponsi uerbi icarnatio.
Porro cancellos ⁊ fenestras per quas respicere perhibetur.sensus ut
opinor carnis ⁊ humanos dicit affectus:per quos experimentuꝫ cepit

omnium humanarum necessitatum. Denique langores nostros ipse tulit: et dolores nostros ipse portauit. Humanis ergo affectionibus sensibus quam corporeis pro foraminibus usus est et fenestris. ut et miserias hominum homo factus experimento sciret et misericors fieret. Sciebat et ante: sed aliter. Sciebat denique uirtutem obediendi ipse dominus uirtutum. et tamen teste apostolo didicit ex hijs que passus est obedientiam. in hunc modum et misericordiam didicit: et si misericordia domini ab eterno. Docet hoc quoque idem gentium doctor: ubi eum asserit temptatum per omnia pro similiter. absque peccato. ut misericors fieret. Videsne factum esse quod erat. et quod nouerat didicisse. et sibi apud nos quesisse rimas et fenestras: per quas calamitates nostras diligentius exploraret? Tot autem in nostro ruinoso et pleno rimarum pariete inuenit foramina. quod nostre infirmitatis et corruptionis in suo corpore sensit experimenta. Sic itaque sponsus post parietem stans. et per fenestras et cancellos respiciens erat. Et bene stans: quia solus reuera in carne stetit: qui carnis peccatum non sensit. Possumus et hoc fideliter sapere. quia stetit per diuinitatis potentiam: qui per carnis infirmitatem occubuit. dicente ipso. Spiritus quidem promptus est. caro autem infirma. Ego autem puto etiam illud huic sententie suffragari. quod sanctus dauid in hoc mysterio utpote propheta domini. et prophetans de domino loquebatur: et quidem Moysen loquens sed dominum intuens. Ipse enim uerus est Moyses. qui uere per aquam uenit. et non in aqua tantum: sed in aqua et sanguine. Ait itaque memoratus propheta. Dixit ut disperderet eos. patrem siquidem loquebatur: si non moyses electus eius stetisset in confractione in conspectu eius. ut auerteret iram eius ne disperderet eos. Quonam modo queso moyses stetit in confractione? Quemadmodum inquam aut stetit si confractus est: aut si stetit confractus est? At ego ostendo tibi si uis: qui uere stetit in confractione. Ego alium noui neminem qui hoc potuerit nisi dominum meum ihesum. qui certe in morte uiuebat: qui corpore fractus in cruce diuinitate stabat cum patre: in uno nobiscum supplicans. in altero cum patre propitians. Et stabat post parietem. dum quod iacebat in illo manifestum erat in carne. et quod stabat in ipso quasi post carnem latebat. sane unus idem que homo manifestus. et deus absconditus. Sedet unicuique nostrum. qui desideramus aduentum ipsius. puto illum nihilominus post parietem stare. dum corpus hoc nostrum quod certe peccati est. abscondat interim nobis faciem eius: et presentiam intercludat. Denique quam diu sumus in hoc corpore inquit: peregrinamur a domino. Non quia in corpore. sed quia in corpore hoc: quod utique de peccato est et sine peccato non est. Et ut scias quoniam obstant non corpora. sed peccata: audi scripturam. Peccata nostra inquit separant inter nos et deum. Et utinam unus mihi tantum obstet paries corporis. solumque obicem patiar id quod est, in carne peccatum: et non multe intersint maceries uiciorum. Vereor enim ne etiam preter illud quod in natura est quam plurima de propria iniquitate adiecerim. quorum a me interiectu nimium elongauerim sponsum: ita ut si uerum dicere uelim post parietes magis mihi illum stare fateat. non post parietem. Sed dico hoc

planius. Sponsus quidem equaliter atque indifferenter presto ubique
est diuine utique presentia maiestatis: ⁊ magnitudine uirtutis sue. Gra
tie tñ exhibitione seu inhibitione. quibusdã longe quibusdã ꝓpe esse di
citur. angeloꝝ dũtaxat ⁊ hominum: idest rationabilium creaturaꝝ. De
niq; longe a peccatoribus salus. ⁊ scs nihilominus dicit. Ut quid dñe re
cessisti lõge: Ceteꝝ a scis pia dispẽsatiõe ad tẽpus. ⁊ nõ ex toto. sꝫ iuxta
aliquid aliquãdo longe se facit. Peccatoribus autẽ de quibus dicit. sup
bia eoꝝ ascendit semꝑ. ⁊ item. inquinate sũt uie illoꝝ in omni tempore.
semper ualdeq; longe est: atq; in ira hoc ⁊ nõ in mia. Quamobrez orat
ad dñm scs ⁊ ait. nõ declines in ira a seruo tuo: sciens q: ⁊ in mia potue
rit declinare. Prope est ergo dñs sanctis ⁊ electis suis etiã cum longe
esse uideatur. ⁊ nõ equaliter omnibus: sed alijs plus alijs minus ꝓ me
ritorum diuersitate. Nam ⁊ si prope est dñs omnibus inuocantibus euz
in ueritate. ⁊ iuxta est hijs qui tribulato sunt corde: non tñ omnibus for
san ita ut dicere possint: quia ipse est post parietem. Sponse uero quaz
prope est. que uno tm̃ pariete diuiditur: Propterea cupit dissolui: ⁊ ru
pto medio pariete cuz illo esse. quem post parietem esse ꝯfidit. Ego au
tem qm̃ peccator sum dissolui non cupio. sed formido: sciens quia mors
peccatoꝝ pessima. Quomõ nõ pessima mors. ubi nõ subuenit uita: For
mido exire: ⁊ in ipso contremisco portus ingressu: dum non confido ꝓp
ter assistere qui excipiat exeuntem. Quid enim: Secure ne ex cor: si nõ
dominus custodiat exitum meũ: Heu ero ludibrio demonum. intercipiẽ
tium me. non assistente qui redimat: neqne qui saluum faciat. Nihil ta
le uerenduz erat anime pauli: cui ab aspectu ⁊ amplexu dilecti unus tã
tummodo paries obsistebat: uidelicet lex peccati quam inueniebat i mẽ
bris suis. Ipsa est carnis concupiscentia: qua carere omnino nõ potuit
donec in carne fuit. Hoc sane uno interiecto pariete: non longe peregri
nabatur a domino. Unde ⁊ optabat clamans quis me liberabit de cor
pore mortis huius: sciens se mortis compendio continuo peruenturum.
Hac ergo paulus se fatebatur una lege teneri: concupiscentia scꝫ. quaz
carni sue immobiliter insitam tollerabat inuitus. De cetero nihil mihi i
quit conscius sum. Uerum quis similis paulo. qui non uidelꝫ huic inter
dum consentiat concupiscentie ad obediendũ peccato: Nouerit ꝓinde
is qui peccato cõsenserit ⁊ alteꝝ sibi se opposuisse parietẽ: ipsũ utique
prauum illicitũq; consensum. nec potest gloriari qui huiusmodi est. quia
stet sibi post parietem sponsus: quãdo iam parietes intersint nõ paries.
Multominus si consensus peruenerit ad effectum: cum tertius quoq;
iam paries sponsi arceat impediatq; accessum: actus uidelicet ipse pec
cati. Quid si ⁊ consuetudo forte peccatum in usum. aut usus etiam in
contemptum perduxerit: Sicut scriptum est. Impius cum uenerit
in profundum malorum contempnit. Nonne si ita exieris milies
ante a rugientibus preparatis ad escam poteris deuorari. quam perue

nire ad sponsum.non uno siquidem iam sed tanta a te parietum nume
rositate interclusum: Primus concupiscentia.secũdus consensus.terti⁹
actus:quartus consuetudo quintus contẽptus.Cura ergo priori concupi
scentie totis resistere uirib⁹.ut ñ ꝑtrahat i consensu.⁊ omnis deinceps
malignitatis fabrica euanescit:nec ẽ omnino qđ sponsuꝫ ꝓhibeat appro
pinquare tibi.preter solum pariete̋ corꝑis.quatinus glꝰari possis ⁊ tu di
cens de illo qꝛ en ipse est post parietem. Sed ⁊ hoc tibi tota uigilantia
prouidendum.ut aptas semꝑ inueniat fenestras.⁊ cancellos quosdã con
fessionum tuarum . per quos te intus benigne respiciat:qm̃ respectus
eius ꝓfectus tu⁹.Aiunt cãcellos angustiores ẽe fenestras.quales utiqꝫ
hij qui libros describunt aptare sibi solent:ad recipiẽduꝫ lumen paginis
Unde ⁊ puto cãcellarios appellari eos qui cartis ꝯscribendis ex officio
deputantur.Cum ergo sint duo genera cõpunctionis.unuꝫ in merore ꝓ
nr̃is excessib⁹.alterꝝ i exultatiõe ꝓ diuinis muneribus: quotiẽs sane eã
q̃ sine ãgustia cordis minime fit peccatorꝝ scilꝫ meorꝝ facio ꝯfessionẽ.ui
deor mihi cãcellũ.id ẽ ãgustiorẽ apir̃ fenestrã.Nec dubiũ quin libẽter ꝑ
istã respiciat. is qui stat post ꝑietẽ.pi⁹ explorator:qꝛ cor ꝯtritũ ⁊ humilia
tum deus nõ despiciet.Deniqꝫ ⁊ hortatur ad hoc ipꝫ dic tu inquiẽs ini
quitates tuas ut iustificeris.Qđ si interdũ corde dilatato in caritate pro
consideratiõe diuine dignatiõis ac miseratiõis.libet animũ laxar̃ i uocẽ
laudis ⁊ gr̃arum actionẽ.puto me nõ iam angustã sed amplissimã stanti
post parietẽ spõso apire fenestrã.per quã nisi fallor tanto libentius respi
cit:quãto amplius sacrificiũ laudis honorificat eũ. Ad manũ ẽ đ scriptu
ris utramqꝫ hãc approbare cõfessionẽ.sꝫ scientib⁹ista loquor.⁊ nõ estis
suꝑfluis onerãdi.qui uix necessarijs idagãdis sufficitis:tãta quippe sũt
sacramẽta epythalamij hui⁹⁊ laudũ p̃conia q̃ i eo decãtant̃ ecclie ⁊ spõ
so ei⁹ihesu christo dño nr̃o:qui ẽ suꝑ omnia deus bñdict⁹ i scl'a.Amen.
Sermo.lvij.De uisitationibus domini que fiunt anime sibi recte uacan
ti.Et quid per martham lazarum ⁊ mariam significatur.

e T dilectus meus loquitur mihi.Uidete ꝓcessus gr̃e:⁊ dignatio
nis diuine aduerite gradus. Attẽdite spõse deuotionẽ atqꝫ sol
lertiam .quã uigili utiqꝫ oclo spõsi obseruat aduentũ:⁊ deiceps
ipsius omnia intuetur. Uenit ille.accelerat.appropiat. adest.respicit.al
loquitur:⁊ nihil horum momentorꝝ industriam sponse effugit.anticipat
ue noticiam. Uenit in angelis.accelerat in patriarchis .appropiat in
prophetis:adest in carne.respicit in miraculis.alloquitur in apostolis.
Uel sic.Uenit affectu ⁊ studio miserendi.accelerat subueniendi zelo.
appropiat humiliando semetipsum.adest presentibus.proficit in futu
ros:loquitur docens ⁊ suadens de regno dei. Sic ergo est aduentus
sponsi.Benedictiones ⁊ diuitie salutis cum eo.⁊ un uersa que de ipso
sunt affluunt delicijs: redundantia certe iocundis ac salutaribus sacra
mẽtis.Porro q̃ amat uigilat ⁊ obseruat:⁊ beata quã dñs iuenerit uigilã

tem. Non transibit illam. nec preteribit ab ea. sed stabit ꝛ loquetur ei. lo
que urqꝫ amatoria: loquetur siquidē ut dilectus. Sic quippe hēs. Et di
lectus meus loquit̃ mihi. Bene dilectus. qui uenit amatoria loquutur⁹.
Non āt icrepatoria. neque enim de illis ē qui a domino merito argun
tur. quod faciem celi diiudicare nouerant: tēpus v̓o aduentus eius minie
cognouissent. Hec nanque tā solers ꝛ prudens. ac bene uigilans. ꝛ ue
nientem a longe prospexit. ꝛ salientem pro festinatione aduertit. ꝛ trāsi
lientem superbos. ut humili sibi per humilitatem propinquaret uigilan
tissime obseruauit. ꝛ demum cum iam staret ꝛ occultaret se post pari
etem nihilominus presentem agnouit. sꝫ ꝛ respicientē per fenestras can
cellosque persensit: ꝛ nunc pro remuneratione tante deuotiōis ꝛ religio
se sollicitudinis loquētem audit. Sane nisi si respexisset ꝛ minie loquut⁹
fuisset. suspectus poterat eē respectus: ne forte magis indignatōis foret
quam dilectionis. Denique respexit petrū. ꝛ nō fecit ei v̓bū. Et fortassis
ideo fleuit ille: q̓d respiciens se tacuerit. Hec āt qm̄ post aspectum me
ruit ꝛ affatum: ñ mō nō flet. sed ꝛ gloriatur pre letitia clamans. Et dile
ctus meus loquitur mihi. Uides intuitum domini. cū i se semper mane
at idē nō tamen eiusdem semper efficacie eē. sed conformari meritis sin
guloꝝ quos respicit. ꝛ alijs quidē icutere metum. alijs uero magis conso
lationem ꝛ securitatē afferre. Denique respicit terraꝫ ꝛ facit eā tremere
cū e regione respexit mariam. ꝛ infuderit gratiā. Respexit ait humilita
tem ancille sue: ꝛ ecce ex hoc beatam me dicēt oēs generationes. Non
sunt hec v̓ba plorantis aut trepidantis: sed gaudētis. Respexit similiter
hoc loco spōsā. ꝛ nec tremuit illa nec fleuit ad instar petri: qꝛ nō sapiebat
terram sicut ille. Dedit uero leticiam i corde eius. affatu testificans quo
eā affectu respexerit. Denique v̓ba que loquitur audi. quā nō idignā
tis sint: sꝫ amantis. Sequitur. Surge ꝓpera amica mea. colūba mea. for
mosa mea. Felix cōsciētia que ō se ista mereretur audire. Quis putas in
nobis ē adeo uigilās ꝛ obseruās tempus uisitationis sue. sponsūque ad
ueniētem ita per singula eius momēta diligēter explorās: ut cū uenerit
ꝛ pulsauerit cōfestim aperiat ei? Nō eni sic ista de ecclesia referūtur. ut
nō singuli nos qui simul ecclesia sum⁹ participare hijs eius benedictiōi
bus debeamus. Etenim i hoc generaliter oēs atque indifferēter uocati
sum⁹: ut benedictōes hereditate possideamus. Unde ꝛ audebat dicere
ad dominū quidā. Hereditate acquisiui testimonia tua i eternū: qꝛ exul
tatio cordis mei sunt. Illa puto hereditate. qua se presumebat esse fi
liū patris sui: qui est i celis. Porro si filiū. ꝛ heredē: heredē dei. cohere
dem xp̄i. Magnā uero rem gloriatur se acquisisse hereditate ista: testi
monia domini. Utinā ego de me uel unū meruei tenere testimonium
domini: qꝛ is nō i uno sed i multis exultat testimonijs. Deniqꝫ ait iteꝝ.
In uia testimonioꝝ tuoꝝ delectatus sum: sicut i oib⁹ diuitijs. Et reuera
quid diuitie salutis. quid cordis delicie. quid aie uera ꝛ cauta securitas:

nisi domini attestationes: Non enim inquit qui seipsum commendat. il le probatus est. sed quem deus commédat. At quid nos hacten⁹ adhuc fraudamur cōmédationib⁹ seu attestationib⁹ hijs diuinis: ꝛ paterna he reditate priuamur: Quasi minie ꝛ nos uolūtarie genuerit ṽbo ṽitatis. sic in nullo nos meminimus ab illo taliter commendatos: nec ulla de no bis assecutos testimonia eius. Ubi ē qđ apostolus dicit. qꝛ ipse spiritus testimoniū ꝑhibet spiritui nr̄o: qđ filij dei sumus: Quomodo filij: si exꝑ tes hereditatis: Arguit nos ꝓ certo negligétie ꝛ icurie: ipa inopia nr̄a. Nam si quis nostrū integre ꝛ ꝑfecte iuxta uerbū sapientis cor suum tra dat ad uigilandum diluculo ad dominū qui fecit illum. ꝛ in conspectu al tissimi d̄precetur. simulque uotis omnib⁹ studeat secundum ysaiā ꝓphe tā parcere uias dn̄i. rectas facere semitas dei sui: cui cum ꝓpheta sit di cere. oculi mei semꝑ ad dn̄m. ꝛ qꝛ ꝓuidebā dn̄m in cōspectu meo semꝑ. nonne hic accipiet benedictionē a dn̄o: ꝛ miam a deo salutari suo: Uisi tabitur profecto frequenter. nec unquam ignorabit tempus uisitationis sue. quantumlibet is qui in spiritu uisitat clādestinus ueniat ꝛ furtiuus: utpote uerecundus amator. Adhuc ergo longe agentem bene uigilās anima sobria mente prospiciet. ꝛ deinceps uniuersa comperiet que in dilecti aduentu sponsam tam sollerter quam signanter aduertisse mon strauimus: qꝛ ipse ait. qui mane uigilauerint ad me. inuenient me. Naꝫ ꝛ desiderium festinantis agnoscet. ꝛ quando prope ꝛ quando presto iaꝫ erit continuo sentiet. sed ꝛ respicientis se oculum quasi solis radium per fenestras ꝛ rimas parietis subeuntem. beato oculo cernet. ꝛ demum au diet uoces exultatiōis ꝛ amoris. appellata amica. colūba formosa. Quis sapiens ꝛ intelliget hec. ita ut ea etiam digne ab inuicem distinguere ꝛ designare singula queat: ac diffinire ad itelligentiam aliorum: Si a me illud speratur. ego ea mallem ab experto audire: ꝛ qui assuet⁹ sit ꝛ exer citatus in talibus. At quoniam quisque huiusmodi est. uerecunde ma gis silentio abscondere eligit quod silentio percipit. ꝛ seruare secretum suum sibi. id sibi tutius arbitratur. dico ego cui ex officio loqui est. nec tacere licet. quicquid illud est quod de huiusmodi uel meo uel alieno te neo experimento. ꝛ quod facile experiri plures queunt. sane altiora re linquens apprehendere illa ualentibus. Si igitur ammonitus fuero uel foris ab homine. uel intus a spiritu de tuenda iusticia ꝛ seruanda equi tate. istiusmodi salutaris suasio erit mihi profecto prenuntia imminentis aduentus sponsi ꝛ preparatio quedam ad digne suscipiendum supernū imitatorem: propheta id mihi indicante dicendo. qꝛ iusticia ante eū am bulabit. Et item loquitur deo sic. Iusticia ꝛ iudicium inquit preparatio sedis tue. Nihilomin⁹ uero spes eadē arridebit. si sermo isonuerit d̄ hu militate uel patientia seu etiam de fraterna dilectione. ꝛ obedientia de ferenda prelatis. maxime autē de sectanda sanctimonia ꝛ pace. ꝛ cordis puritate querēda: quoniā quidē scd̄m scripturas. ꝛ domū domini decet

sanctitudo. ⁊ factus est in pace locus eius. ⁊ mundi corde dn̄m uidebūt.
Nunquid itaqꝫ siue de hijs siue de alijs quibuslibet uirtutibus sugge
stum animo fuerit. significatio ut dixi erit mihi. uisitationē dn̄i uirtutum
īminere anime mee. Sed ⁊ si corripuerit me iustus in misericordia ⁊ in
crepauerit me: idipsum sentiam. sciens qꝛ emulatio iusti ⁊ beniuolentia
iter faciunt ei qui ascendit super occasum. Bonus occasus. cū ad correp
tionē iusti stat homo. ⁊ corruit uiciū. ⁊ dn̄s ascendit sup̱ illud conculcans
pedibus hoc. ⁊ cōterens ne resurgat. Non ergo contēpnēda increpatio
iusti. que ruina peccati cordis sanitas ē: necnō ⁊ dei uia ad aīaꝫ. Sꝫ nec
ullus omnino sermo qui edificet ad pietateꝫ. ad uirtutes. ad mores opti
mos. negligenter ē audiendus: qm̄ ⁊ illic iter quo ostendit̃ salutare dei.
Qđ si sermo grat⁹ uenit ⁊ placitus. quatinus pulso fastidio cū desiderio
audiatur iā non mō uenire spōsus sed accelerare. id ē cū desiderio ueni
re credēdus ē. Illius namqꝫ desideriū. tuū creat: ⁊ qđ tu ei⁹ ꝓperas ser
monē admittere. inde ē qđ ip̄e festinatītrare. Non eni nos eū. sed ipse
inquit prior dilexit nos. Iā si ēt ignitū eloquiū sentis. atqꝫ ex eo cōsciē
tiā uri ī recordatiōe pcc̄i: recordare tūc đ q° scriptura dic̄: qꝛ ignis an̄ ip̄ꝫ
p̄cedet. ⁊ ip̄m ꝓpe ēe n̄ dubites. Deniqꝫ iuxta ē dn̄s hijs q̄ tribulato sūt
corde. Si uero nō solū cōpungeris in sermone illo. sꝫ ⁊ cōuerteris totus
ad dn̄m. iurās ⁊ statuēs custodire iudicia iustitie ei⁹: ēt adēe ip̄m iā noue
ris. p̄serti si te iardescer̄ sētias ī amore ei⁹. Eteniꝫ utrūqꝫ de illo legis: et
ignē uidelicet an̄ ip̄m p̄cedere. ⁊ ip̄ꝫ nihilominus ignē esse. Moyses si
quidē de illo dicit: qꝛ ignis cōsumēs ē. Differūt autē qđ is qui p̄mittitur
ignis ardorē hēt. sꝫ n̄ amorē. quoquēs. sꝫ n̄ excoquēs: mouēs. nec promo
uēs. Tantū ad excitandū p̄mittit̃. ⁊ preparādū. simulqꝫ ad cōmonendū.
quid ex te sis: quo dulcius sapiat. postmoduꝫ qđ ex deo mox eris. At ue
ro ignis qui deus est. consumit quidem sed non affligit: ardet suauiter.
desolatur feliciter. Est enim uere carbo desolatorius: sed qui sic in uicia
exerceat uim ignis. ut in anima uicem exhibeat unctionis. Ergo in uir
tute qua immutaris. ⁊ in amore quo inflammaris dominum presentem
intellige: nam dextera domini facit uirtutem. Non autem fit hec muta
tio dextere excelsi. nisi in feruore spiritus. ⁊ in caritate non ficta: ita ut
dicat qui huiusmodi est. Concaluit cor meum intra me: ⁊ in meditatione
mea exardescet ignis. Porro hoc igne consumpta omni labe peccati. ⁊
rubigine uitiorum. si iam emundata ac serenata conscientia. sequatur su
bita quedam atqꝫ insolita latitudo mentis ⁊ infusio luminis illuminan
tis ītellectū. uel ad' sciētiā scripturaꝝ. ad mysterioꝝ noticiā. quorū alteꝝ
ꝓpter nos oblectādos. alteꝝ ꝓpter edificationes ꝓximos reor dari: ocl's
absqꝫ dubio respicientis est iste. educens quasi lumen iusticiam tuam: ⁊
iudicium tuum tanquam meridiem. iuxta illud prophete ysaie. Oriet̃ in
quit tanquā sol lux tua ⁊c̄. Sꝫ sane nō p̱ ostia apta sꝫ per angusta forami
na is tante claritatis radius se infundet. stante adhuc duntaxat hoc

ruinoso pariete corporis. Erras si aliter speras. ad quantamcūq3 cordis proficias puritatē: cum ille precipuus cōtemplator dicat. Uidemus nunc per speculum ⁊ in enigmate: tunc āt facie ad faciē. Post hunc tante dignationis ac miserationis respectum. sequitur uox blande ⁊ leniter diuinam insinuans uolūtatem. quod nō ē aliud quam ipse amor qui ociosus eē non potest. de hijs que dei sunt sollicitās ⁊ suadens. Denique audit sponsa ut surgat ⁊ properet: haud dubium quin ad animarum lucra. Hoc siquidem uera ⁊ casta cōtemplatio hēt. ut mentē quā3 diuino igne uehementer succenderit. tanto interdū repleat zelo. ⁊ desiderio acquirēdi deo qui eum similiter diligant. ut ocium contemplationis pro studio predicationis libentissime intermittat. ⁊ rursum potita uocis aliquaten⁹ in hac parte. tanto ardentius redeat in idipsum. quanto se fructuosius itermisisse meminerit. ⁊ item sumpto contemplationis gustu ualentius ad conquirenda lucra solita alacritate recurrat. Ceterum inter has uicissitudines plerūque mens fluctuat. metuens ⁊ uehementer exestuās ne forte alteri horum dum suis affectionibus hinc inde distrahitur. plus iusto inhereat: ⁊ sic in utrolibet uel ad modicu3 a diuina deuiet uoluntate. Et fortasse tale aliquid sanctus iob patiebatur: cum diceret. Si dormiero dico quando consurgā: ⁊ rursum expectabo uespera3. Hoc ē. Et quietus neglecti operis. ⁊ occupatus. perturbate nihilominus quietis me arguo. Uides uirum sanctum inter fructum operis ⁊ sompnum contēplationis grauiter estuare. ⁊ in bonis licet semper uersantem. semper tamē quasi de malis penitentiam agere: ⁊ dei cum gemitu momentis singulis inquirere uoluntatem. Unicum quippe in huiusmodi remedium seu refugium oratio est. ⁊ frequens gemitus ad deum. ut quid. quando. ⁊ quatinus nos facere uelit: assidue nobis demonstrare dignetur. Habes ut ego opinor tria hec. id est predicationem. orationem. contemplationem: in tribus commendata ⁊ designata uocabulis. Etenim merito amica dicitur. que sponsi lucra studiosa ⁊ fideliter predicando. consulendo. ministrando conquirit. Merito columba. que nihilominus pro suis delictis in oratione gemens ⁊ supplicans. diuinam sibi non cessat conciliare misericordiam. Merito quoque formosa. que celesti desiderio fulgens. superne contemplationis decorem se induit. horis dūtaxat quibus commode ⁊ oportune id potest. Sed ⁊ illud uide si ualeat coaptari huic triplici anime bono. de tribus uidelic3 personis illis in domo una commanentibus. amicis utique saluatoris. ⁊ admodum familiaribus ei. martham loquor ministrantem. ⁊ mariam uacantem. ⁊ lazarum quasi gementem sub lapide. ⁊ resurrectionis gloriam flagitantem. Hec dicta sunt pro eo quod sponsa describitur adeo sollers ⁊ peruigil in obseruādo semitas spōsi. ut minie eā latere possit quādo. ⁊ i quāta festinatiō i ad se ueniat. s3 ⁊ quādo lōge ⁊ quādo prope. ⁊ quādo p̄sēs sit nulla subitatōe p̄occupari ualeat ut ignoret. ⁊ quia peride meruerit n̄ solū respici

misericorditer. sed ꝛ dignanter letificari. amoris uocibus: ꝛ gaudere gaudio ꝑpter uocē sponsi. Nos quoqȝ ad hec quāuis audacter adiecimus. qꝺ quęuis etiā ꝺ nobis anima. si similiter uigilet. similiter ꝛ salutabitur ut amica. ꝯsolabitur ut columba: amplexabitur ut formosa. ¶Perfectus oīs reputabitur in cuius anīa tria hec ꝯgruenter atqȝ oportune ꝯcurrere uidebunť. ut ꝛ gemere pro se ꝛ exultare ī deo nouerit. simul ꝛ ꝓximoꝝ utilitatibus potens sit subuenire. placens deo. cautus sibi. utilis suis. Sed ad hec quis idoneus? Utinā ipsa ī uniuersis nobis ꝛ si nō tota ī singulis saltē singula ī diuersis. sicut hodie habere uidenť. longis reseruētur temporibus. Habemus siquidē marthā. tanquā saluatoris amicā: ī hijs qui exteriora fideliter amministrāt. Habemus ꝛ lazaꝝ tanquā columbā gementē. nouitios utiqȝ qui nuꝑ peccatis mortui. pro recentib⁹ adhuc plagis laborāt ī gemitu suo sub timore iudicij. ꝛ sicut uulnerati dormientes ī sepulchris. quoꝝ nemo ē memor amplius. sic se reputari nō putant. donec ad xp̄i iussionem sublato pondere timoris tanquā prementis lapidis mole respirare ī spem uenie possint. Habem⁹ quoqȝ mariā ꝯtemplantē. in illis qui ꝓcessu longioris tēporis coopante gratia dei in aliquid melius ꝛ letius ꝓficere potuerūt. qñ iam ꝺ idulgētia presumentes. nō tā uersare intra se solliciti sūt tristē ymaginē peccatoꝝ. quā certe ī lege dei meditari die ac nocte īsatiabiliter delectanť. interdū etiā reuelata facie gloriam sponsi cum ineffabili gaudio speculātes. in eandē ymaginē trāsformantur de claritate in claritatē: tanquā a dñi spiritu. Jam ad quid sponsam surgere ꝛ ꝓperare hortetur is qui paulo ante ꝺfensare uisus ē eam ne dormiēs suscitareť: ī alio sermōe uidebim⁹. Assit ipse ut ꝛ hui⁹ nobis sacramenti rationem aperire dignetur. sponsus ecclesie ihesus xp̄s dominus noster: qui est super omnia deus benedictus in secula. Amen.

Sermo. lviij. Qualiter sponsus ortať sponsā. i. uiros pfectos ad regimē ī pfectoꝝ. Et ꝺ putatiōe uicioꝝ ī eis fienda. ut uirtutes succrescant.

s Urge ꝓpa amica mea. colūba mea. formosa mea: ꝛ ueni. Quis hoc dicit? Absqȝ dubio sponsus. Et nōne ipse ē qui paulo ante suscitare dilectā tantopeꝛ ꝓhibebat? Quo pacto ergo nūc nō solum ut surgat: sȝ etiā ut acceleret iubet? Uenit ī mentē simile quid ī euāgelio. Ea nempe nocte qua dominus tradebatur cū fatigatos productioribus uigilijs discipulos qui secum erant dormire demum ac requiescere pcepissȝ ī ipa hora surgite eam⁹ īquit: ecce appropiquauit qui me tradet. Nūc quoqȝ siliter uno pene momēto ꝛ prohibȝ suscitari spōsā ꝛ suscitat: surge inquiens ꝛ ueni. Quid sibi itaque uult tam subita hec mutatio uoluntatis. consilij ue? Putamus ne leuitate usum spōsum: ꝛ aliquid noluisse prius. qꝺ mox uoluerit? Minime. Sed agnoscite eas quas nobis supra si meministis. ꝛ non semel commendaui. uicissitudines utique sancte quietis. ac necessarie actionis. ꝛ qꝛ nō sit in hac uita copia contemplandi. nec diuturnitas ocij. ubi officij ꝛ operis cogentior urget instātior

qȝ utilitas. More igitur suo sponsus ubi dilectam paululum sinu ꝓprio quieuisse psentit: ad ea denuo que utiliora uisa sunt trahere nō cūctat. Non tamē quasi inuitam: nec enī qđ fieri uetuit faceret ullatenus ipse. Sed trahi sane a sponso. sponse est: ab ipso accipe dsideriū quo trahit. desideriū bonoꝝ opeꝝ. dsideriū fructificandi sponso: quippe cui uiuere sponsus est ⁊ mori lucrū. Et est desideriū uehemens. qđ eā nō tm̄ surgere: sed ⁊ surgere festināter sollicitat. Sic quippe habes. surge. ꝓpera. et ueni. Nec paꝝ cōfortat qđ audit. ueni. ⁊ nō uade: p hoc se intelligēs nō tam mitti quā duci. ⁊ secū pariter sponsū esse uenturū. Quid enim difficile sibi illo comite reputet? Pone me inquit iuxta te: ⁊ cuiusuis manus pugnet cōtra me. Itē. Si ambulauero i medio umbre mortis: non timebo mala qm̄ tu mecū es. Non itaqȝ suscitatur preter quā uelit: qñ fit prius ut uelit. qđ nō est aliud nisi sancti questus immissa auiditas. Animatur etiā ad opus iniunctū: ⁊ de temporis oportunitate redditur alacrior. Tempus faciendi inquit o sponsa: quia hyemps transijt quādo operari nemo poterat. Imber quoqȝ qui inundatione facta opiebat terram. culturas impediebat. ⁊ uel sata necabat. uel seri uetabat: is inquā imber excurrit: abijt ⁊ recessit. Flores apparuerunt i terra nostra uernalē ꝑfecto tempiem adesse signantes. operandi cōmoditatem: frugū uicinitatē ac fructuū. Deinde subdit. ubi ⁊ quid primū opari oporteat: tempꝰ inquiēs putationis aduenit. Ad uineas igitur excolendas ducitur. Que ut possint uberioribus fructibus respondere colonis: ante omnia necesse est. sarmenta sterilia proici. succidi noxia. putari supflua. Hec iuxta litterā. Nunc iam uideamus quid istiusmodi quasi hystorico scemate: spiritaliter nobis innuatur intelligendū. Et uineas quidem animas esse uel ecclesias. simulqȝ huius rei rationem quenam sit: dixi uobis iā ⁊ audistis. nec opus habetis iterato audire. Ad has itaqȝ reuisendas. corrigendas. instruendas. saluandas. anima perfectior inuitatur. que tamen id ministerij sortita sit. non sua ambitione: sed uocata a deo tanquam aaron. Porro inuitatio ipsa quid est. nisi intima quedam stimulatio caritatis. pie nos sollicitantis emulari fraternam salutem. emulari decorem domꝰ dñi. i cremēta lucroꝝ eiꝰ. icremēta frugū iusticie eiꝰ: laudē ⁊ gl'aȝ nois eius? Istiusmodi itaqȝ circa deuȝ religiosis affectibus. quotiens is qui animas regere. aut studio predicationis ex officio intendere habet. hominem suum interiorem senserit permoueri: totiens pro certo sponsum adesse intelligat. totiens se ab illo ad uineas inuitati. Ad quid. nisi ut euellat. ⁊ destruat: ⁊ edificet. ⁊ plantet? Uerum quoniam operi huic sicut ⁊ omni rei sub celo non omne tempus suppetit ⁊ aptum est: addit is qui inuitat. tempus putationis aduenisse. Adesse hoc nouerat: qui clamabat. Ecce nunc tempus acceptabile ecce nunc dies salutis: nemini dantes ullam offensionem. ut non uituperetur ministeriuȝ nostrum. Uitiosa sine dubio atqȝ superflua. ⁊ omne deniqȝ quod offendiculum da

re.⁊ impedire fructum salutis possit:putare iam ⁊ resecare monebat:sci
ens quia tempus putationis aduenerit. Ideo ⁊ aiebat fideli cuidam cul
tori uinearum:argue.increpa.obsecra. In primo ⁊ secundo horum puta
tionem uel extirpationem:in ultimo plantationem indicens. Et hec qui
dem sponsus per os Pauli de tempore operandi.sed audi quid per ꝓ
prium os de temporum consideratione.sub alio quidem rerum scemate
⁊ nomine cum noua sponsa locutus sit. Nonne nos dicitis inquit quia
quattuor menses sunt.⁊ messis uenit? Ecce dico nobis.leuate oculos ue
stros ⁊ uidete regiones:q; albe sunt iam ad messem. Item. Messis qui
dem multa operarij pauci. Rogate dominum messis:ut mittat operari
os in messem suam. Sicut igitur ibi metendi animarum segetes temp⁹
adesse monstrabat.ita ⁊ hic uineas eque itelligibiles id est animas uel
ecclesias tēpus putandi aduenisse denuntiat:id forsitan iter utrasq; res
uolens uocabulorum diuersitate distingui.ut messes plebes.uineas cō
gregationes sanctorum cohabitantium intelligamus. Porro hyemale
tempus quod preterisse significat:illud mihi designare uidetur.cum do
minus ihesus iam non in palam ambularet apud iudeos.eo quod cōspi
rassent aduersus eum uolētes eum interficere. Unde ⁊ dicebat ad quos
dam. Tempus uestrum semper est paratum:tempus autem meum non
dum aduenit.⁊ rursum. Ascendite uos ad diem festum hunc : ego non
ascendam. Ascendit tamen postea ⁊ ipse:non palam.sed quasi in occul
to. Ex tunc ergo ⁊ deinceps usq; ad aduentum spiritus sancti quo reca
luerunt torpentia fidelium corda tanquā igne quem dominus ad hoc ip
sum misit in terram:hyemps fuit. Tu ne negaueris hyemem tunc esse.
cum petrus sederet ad prunas:non minus gelido corde quam corpore?
Deniq; erat frigus inquit. Magnum reuera frigus cor negantis con
strinxerat. Nec mirum tamen:cum ignis ab eo ablatus esset. Naz pau
lo ante non paruo feruebat zelo.quippe adhuc igni proximus: qui eua
ginato gladio ne ignem perderet.serui auriculam amputauit. Sed non
erat tempus putationis:⁊ ideo audit. Conuerte gladium tuum in locum
suum. Erat enim hora ⁊ potestas tenebrarum.⁊ quisquis tunc discipulo
rum leuaret gladium uel ferri uel uerbi.aut ferro truncandus erat.⁊ ne
minem lucraretur.nec quippiam fructus afferret : aut certe timoris gla
dio ad negandum cogendus.⁊ sic magis ipse periret.iuxta uerbum do
mini quod subiunxit.mox ita dicens. Omnis qui acceperit gladium.gla
dio peribit. Quis nempe ceterorum ante pauendam mortis ymaginem
impauidus staret trepidante ⁊ cedente principe ipso.⁊ qui uoce confor
taria sui imperatoris fuerat premunitus:⁊ premonitus alios confortare?
Ceter; nec is nec illi sibi adhuc iduerāt ṽtutē ex alto.⁊ ob h°tutū ñ erat
eis exire i uineas.exerere ligue sarculū ⁊ gladio sps putar̄ uites. purga
re palmites ut fructū pl⁹ afferēt. Deniq; ipē dñs tacebat i passiōe.⁊ in

mltis iterrogat⁹ ñ rñdebat.fact⁹ iuxta ꝓphetã sicẽ hõ ñ audiẽs: ⁊ ñ hñs i
oꝛe suo redargutiones.Dicebat aũt.Si uobis dixero non creditis mihi.
si autem ⁊ interrogauero non respondebitis mihi:sciens tempus puta
tionis nũdum aduenisse.nec responsuram prorsus uineam suam impen
sis laboribus:id ẽ nec fidei nec boni operis fructuꝫ aliquẽ relaturã.Qua
re:Quia hyemps erat in cordibus perfidorum.⁊ hyemales quidam ma
licie imbres occupauerant terram: iacta semina uerbi suffocare. qm̃ fo
uere paratiores:sed ⁊ cultui uinearum omnem nihilominus impenden
dam operã frustrari.Quos uos me nũc putatis dicere imbres: Istosne
quos uidemus currentes per aera nubes:turbulento spiritu spargere
super terram:Non est ita.Sed quos de terra i aerem sursũ ferũt hoĩes
turbulenti spiritus.ponentes i celum os suum.⁊ lingua eorum transiens
in terram.tanquam pluuia amarissima terram ipsam palustrem ac steri
lem facit:⁊ tam plantis quam satis inutilem. Non quideꝫ hijs uisibilib⁹
atqꝫ corporeis.ad nostros utiqꝫ corporeos usus datis.de quibus nulla
plane sic nec ð bobus cura est deo.Sed quibus: Profecto que seuit ⁊
plantauit dei manus.⁊ non hominis.que ⁊ uel germinare uel radicari
in fide ⁊ caritate.poterant ⁊ fructus parturire salutis:si bonis tempera
neis imbribus rigarentur.Anime deniqꝫ sunt pro quibus christus mor
tuus est.Ne nubibus pluentibus huiusmodi imbres super eas:que lutũ
faciant . fructum non afferant . Nam sicut sunt ⁊ bone ⁊ male arbores.
ferentes queqꝫ fructus pro sui dissimilitudine differentes.bone uideliꝫ
bonos.⁊ male malos.ita arbitror nubes ⁊ bonas que bonos.⁊ malas ẽe
que malos pluant imbres.⁊ uide ne forte innueret nobis hanc nubium
imbriumqꝫ distinctionem:qui dicebat.Mandabo nubibus meis ne plu
ant sup eã:haud dubiũ qui sup uineã. imbrẽ.Cur pu as adiũxisse signã
ter meis .nisi qꝛ sũt ⁊ male nubes.q̃ ñ sũt ei⁹:Tolle.tolle iquiũt: crucifi
ge eũ.O nubes moletas ⁊ turbidas.o imbrẽ ꝓcellosũ.o torrẽtẽ iniquita
tis:euertere magis quã fecũdare idoneũ.Nec min⁹ mal⁹ minusue ama
rus.minori licet ipetu,pruens:imber ille qui subsecut⁹ ẽ.Alios saluos fe
cit:seipsum ñ põt saluũ facere:Xp̃s rex israel descendat nunc de cruce:
⁊ credimus ei. Philosophorum uentosa loquacitas non bonus est im
ber.qui sterilitatem magis intulit terris quã fertilitatem. Multomagis
praua dogmata hereticoꝝ mali ibres sũt:q̃ p fructib⁹ spinas,pducũt ⁊ tri
bulos.Mali ibres ẽt traditiões pharisecoꝝ q̃s saluator redarguit: ⁊ ipi nu
bes male.Et nisi existimes me iniuriã facere Moysi.naꝫ bona nubes ẽ
illa.nõ omne qð pluit uel ipa bonũ ẽẽ dicã:ne illi cõtradicã qui ait. De
di illis id ẽ iudeis precepta ñ bõa:haud dubiũ qui p moysen.⁊ iustifica
tiones i quib⁹ ñ uiuẽt i eis.Litteralis illa uerbi cã obseruatio sabbati.so
nãtis requiẽ ñ donãtis.indict⁹ sacrificioꝝ rit⁹.iterdict⁹ porcine esus.nõ
nulloꝝqꝫ similiũ que imunda a Moyse pcensent.pluuia ẽ hoc totuꝫ ab

illa nube descendens:sed nolo in agrum uel ortum meum qn̄q3 descen
dat.fuerit sane bona suo tempe:post tempus si uenerit non bonam iam
censeo. Omnis etiā lenis.ēt leniter descendens pluuia:si sit intēpestiua
molesta ē. Donec ergo istiusmodi aque pestilentes occupauerūt terram
⁊ inualuerūt sup ea3. tēpus suū uinee non habuerūt:nec fuit qd̓ sponsa
inuitaretur ad putandas uineas. Ceterū illis decurrētib⁹ terra apparuit
arida. ⁊ flores apparuerunt in ea:significantes tēpus putationis adesse.
Queris qn̄ hoc fuit? Qn̄ putas:nisi cū refloruit caro christi in resurrectio
ne? Et hic primus ⁊ maximus flos qui apparuit ī terra nr̄a:na3 primitie
christus. Ipse inquā flos cāpi ⁊ lilium conualliū ihesus ut putabať filius
ioseph.a nazareth qd̓ interpretať flos. Is ergo flos apparuit primus n̄
solus. Nā ⁊ multa corpa sanctoꝝ qui dormierāt pariter surrexerunt.qui
ueluti quida3 lucidissimi flores simul apparuerunt in terra nr̄a. Deniq3
uenerūt in sanctā ciuitatē:⁊ apparuerūt multis.flores ēt fuerunt qui pri
mi crediderunt de populo:primitie sanctorū.flores eoꝝ miracula:instar
floꝝ adducentia ad fructū fidei. Nam postquam ille infidelitatis imber
aliquātulu3 uel ex parte abijt ⁊ recessit.secuta mox ē pluuia uoluntaria:
quā segregauit deus hereditati sue. ⁊ flores apparere ceperūt. Dn̄s de
dit benignitatē ⁊ terra nr̄a dedit flores suos.ita ut una die tria milia.in
alia quinq3 milia de pplo crederēt.adeo in breui creuit floꝝ numerus:
id ē credentium multitudo. ⁊ n̄ potuit gelu malicie preualere aduersus
flores qui apparebāt:nec preripere ut assolet fructū uite quē pmittebāt.
Nam cu3 oēs qui crediderāt iduerenť uirtute ex alto.surrexerūt ex eis
homines qui minas hominū contēpserūt.fortes i fide. Passi sūt quide3
quā plurimos cōtraditores.s3 n̄ cesserūt.neq3 subterfugerūt:quo minus
⁊ facerēt ⁊ ānuntiarēt opa dei. Nā iuxta illud i psalmo spiritaliter quidē
⁊ seminauerunt agros ⁊ plantauerunt uineas. ⁊ fecerunt fructum natiui
tatis. Processu temporis tempestas sedata ē. ⁊ pace reddita terris cre
uerunt uinee. ⁊ propagate dilatate sunt: ⁊ mł'tiplicate sūt super numerū.
⁊ tunc demum sponsa ad uineas inuitatur.non quidem ad plantandu3.
sed ad putandum qd̓ plantatum iam erat. Oportune quidem. Na3 hoc
nas qui non ponit sine sumptu euangelium.qui euangelizat ut mandu
cet:qui questum estimat pietatem.qui non requirit fructum.sed datum.
Impuri sunt tales.⁊ cum non habent unde uideant ueritatem propter
impuritatem:habent tamen unde illam loquantur. Quid prepropere
agitis? Cur lucem non expectatis? Cur opus lucis ante lucem p̄sumitis?
Vanum est nobis ante lucem surgere.lux est puritas.lux caritas:que n̄
querit que sua sunt. Hec precedat.⁊ pes lingue ī incerto nō ponitur.
Superbo oculo ueritas non uidetur:sincero patet. Non est qd̓ se ueri
tas deneget intuēdam puro cordi:ac per hoc ne eloquendam.Peccato
ri autem dicit deus.quare tu enarras iustitias meas:⁊ assumis testamē
tum meum per os tuum? Multi puritate neglecta ante loqui quam ui
dere conati sunt.⁊ aut grauiter errauerūt.nescientes de quibus loque
rentur neq; de quibus affirmarent.aut turpiter uiluerunt:dū qui alios

docerent seipsos non docuissent. A quo nos gemino malo semp custo diat exoratus a nobis sponsus ecclesie ihesus christus dominus noster: qui est super omnia deus benedictus in secula. Amen.
Sermo. lxiij. Quod uiro sapienti uita seu mens sua sit sibi uinea i cultu. Et de tentationibus monachorum nouitiorum.

c Apite nobis uulpes paruulas que demoliuntur uineas. naz ui nea nostra floruit. Liquet qd nõ ociose ad uineas itum sit: quan do ibi inuente sunt uulpes demolientes eas. Littera quidẽ istd. Spiritus quid? Ante omnia sane ut communem ⁊ usitatum litere sen sum. ab hac explanatione penitus respuamus: utpote ineptuz ⁊ insulsũ. indignũqz plane qui recipiať i scriptura tã sãcta tãqz autẽtica. Nisi quis forte ita uecors ⁊ anio stolidus sit. ut pro magro hẽat didicisse ex ea. in star utiqz filioꝝ huius scľi curã gerere terrenaꝝ possessionũ. custodire ⁊ defensare uineas ab incursantibus bestijs. ne forte ꝯtingat amittere fru ctũ uini. in quo ẽ luxuria: simulqz ꝑeat opa ⁊ impensa. Grande scilcz dã pnum ut ꝑpterea librum sanctum tanto studio ⁊ tanta cum ueneratione legamus qd docemur i eo a uulpib⁹ uineas custodire: ne in excolendis illis frustra marsupia uacuenť: si i custodiendis pigri fuerimus. Nõ estis tam rudes. neqz adeo spiritalis exptes gratie: ut ita carnaliter sapiatis. Ergo in spiritu ista queramus. Ibi sane inuenimus sano quidem intel lectu. sensuqz nihilominus digno. ⁊ uineas florentes ⁊ uulpes demoliẽ tes: in quibus capiendis uľ amouẽdis ⁊ honestius laborať et fructuosi⁹. An uos dubitatis longe uigilantius insistendum. mentibus seruandis quã frugibus: longe curiosius inuigilandum cauendis propter illas spiri talibus nequitijs: quaz capiendis propter istas fraudulentis uulpeculis? Sed iam a me demonstrande sunt spiritales iste tam uites quã uulpes. Uestra intererit o filij. sue quemque uinee prouidere. cum me disputan te aduerterit in quibus sibi ⁊ a quibus maxime sit cauendum. Uiro sapi enti sua uita uinea est: sua mens. sua conscientia. Nil quippe incultum desertumue in se: sapiens delinquit. Stultus non ita. Cuncta apud eum neglecta inuenies: cuncta iacentia. cuncta inculta ⁊ sordida. Non est ui nea stulto. Quomodo uinea ubi nil plantatum: nil elaboratum uspiã pa ret? Tota spinis sunescit ⁊ tribulis stulti uita: ⁊ uinea est? Et si fuit iaz nõ est: redacta in solitudinem. Ubi uitis uirtutis. ubi botrus boni operis: ubi uinum leticie spiritualis? Per agruz hominis pigri. transiui inquit. ⁊ per uineam uiri stulti: ⁊ ecce totum repleuerant urtice. operuerant su perficiem eius spine: ⁊ maceria lapidum destructa erat. Audis sapien tem irridentem stultum. quod bona nature ⁊ dona gratie. que forte per lauacrum regenerationis acceperat. tanquam illam quam plantau t deus ⁊ non homo. primam suam uineam in non uineam negligendo redegit? Denique non potest uinea esse: ubi uita non est. Nam stult⁹ quod uiuit: mortem potius quã uitã esse censuerim. Quõ uita cũ sterili

tate? Arbor arida ⁊ in sterilitatē uersa: nōne mortua indicat? Et sarmen
ta mortua sunt. Et occidit inquit in grandine uineas eorum: monstrans
uita priuatas. que sterilitate dampnate sint. Sic stultus eo ipso quod in
utiliter uiuit: uiuens mortuus est. Soli itaque conuenit sapienti habere
uel potius esse uineam: qui uitam habet. Est lignum fructiferum in do
mo dei: ac per hoc lignum uiuens. Siquidem ⁊ ipsa sapientia qua sa
piens dicitur ⁊ est: lignum uite est apprehēdētibꝰ eā. Quid ni uiuat ap
phēsor eiꝰ. Uiuit: sed ex fide. Iustꝰ nēpe ē. sapiens: ⁊ iustꝰ ex fide uiuit.
⁊ si anima iusti sedes est sapientie. sicut est: profecto is sapiens. qui iu
stus. Is ergo siue iustum nomines siue sapientem. nunquam absqꝫ ui
nea uiuet: quia nunquam non uiuet. Hoc quippe est illi uinea qꝺ uita.
Et bōa uinea iusti. imo bona uinea iustꝰ. cui uirtꝰ uitis. cui actio palmes.
cui unum testimonium conscientie: cui lingua torcular expressionis.
Deniqꝫ gloria nostra hec est inquit: testimonium conscientie nostre. Ui
des apud sapientem uacare nihil? Sermo cogitatio. conuersatio. ⁊ si
quid aliud est ex eo: quidni totum dei agricultura. dei edificatio est. ⁊ ui
nea domini sabaoth? Quid deniqꝫ illi de se perire possit: quādo ⁊ foliū
eius non defluet? Ceterum tali uinee nunquam infestationes: nunquaꝫ
insidie deerunt. Nēpe ubi multe opes: multi sunt ⁊ qui comedunt eas:
Sapiens erit sollicitus seruare uineam suam non minus quam excolere:
sinet eam uorari a uulpis occultus detractor: sed non minus nequam
adulator blandus. Cauebit sapiens ab hijs. Dabit operam sane qꝺ in
ipso ē. capere illos qui talia agunt: sed capere beneficijs atqꝫ obsequijs
montisqꝫ salutaribus: orationibus pro eis ad deū. Non cessabit istiusmo
di carbones ignis congerere super caput maledici. ⁊ item super adula
toris: quousqꝫ si fieri potest ⁊ illi inuidiam. ⁊ huic simulationeꝫ de corde
tollat faciens mandatuꝫ sponsi dicentis: capite nobis uulpes paruulas
que demoliuntur uineas. An non tibi captus ille uidetur. qui suffusus
ora rubore. quippe proprium erubescens iudicium. ipse sue confusionis
⁊ penitudinis testis ē. siue qꝺ oderit hoieꝫ amore dignissimū. siue qꝺ di
lexerit tm̄ uerbo ⁊ ligua eū. a quo se diligi ope ⁊ ueritate uel sero exptus
est? Captus plane ⁊ captus dn̄o: secundū qꝺ nominatiꝫ ipe expressit. ca
pite iquiēs nobis. Utinā ego oēs aduersantes mihi sine causa ita capere
possim: ut christo eos uel restituam uel acquiram. Sic sic cōfundantur
⁊ reuereant. qui querunt animā meā. auertantur retrorsum ⁊ erubescāt
qui uolunt mihi mala: quatinus inueniar ⁊ ipse obediens sponso: non
modo in capiendo uulpes. sed in capiendo ipsi. Sed reflectatur
sponso ad sui principium: ut suo ordie series explanatiōis procedat.
Sermo. lxiiij.

Apite nobis uulpes paruulas: que demoliuntur uineas. Locus
c moralis est. ⁊ iuxta moꝝ disciplinam nos iam ostendimus. spiri
tales has uineas nō nisi spiritales uiros ēe: quoꝝ cuꝫ omnia in

teriora culta sint oiaqꝫ germinantia.omnia fructificantia ⁊ parturientia spiritum salutis.quomō ꝺ regno dei sic de hijs uineis eque dn̄i sabaoth possunt dicere qm̄ intra nos sunt.Deniqꝫ i euāgelio habes:dari regnū facientibus fructus eius.Hij sunt quos paulus enumerat. fructus aūt spiritus est:caritas.gaudium.pax.patientia.longanimitas.bonitas.benignitas.mansuetudo.fides.modestia.continentia.castitas.Fructus isti:ꝑfectus nostri.Hij accepti sponso:qꝛ ipsi cura ē de nobis. Num de uirgultis cura ē deo:Homines non arbores amat homo deus:⁊ nostros ꝑfectus suos fructus reputat.Tempus hoꝝ diligenter obseruat. arridet apparentibus:⁊ sollicitus satagit ne pereant nobis cū apparuerint. Immo uero ne pereant sibi:se enim reputat tanquam nos. Ideoque prouides capi sibi iubet insidiantes uulpeculas:ne nouellos fructus ipse preripiant.Capite inquit nobis uulpes paruulas:que demoliuntur uineas. Et quasi quis dicat prepropere times.nondum uenit fructuuꝫ tempus: nō ē ita iquit.naꝫ uinea nostra floruit.Post flores nō ē fructuum mora: adhuc illis cadētibus illico erūpunt isti.illico icipiūt apparere. Parabola ista instantis ē tēporis.Uidetis istos nouitios? Nuper uenerunt.nuper conuersi sunt:nō possumus de ipsis dicere.qꝛ uinea nostra floruit. floret enim.Interim qꝺ in eis uidetis flos ē fructuū tempus nondum aduēit flos nouella conuersatio:flos formula recens uite emēdationis ē. Induerunt sibi faciem disciplinatam:⁊ bonam totius corporis compositionem. Placent fateor que i facie sūt.negligentior utiqꝫ is qui foris apparet corporum cultus ⁊ uestiū.sermo rarior.uultus hylarior.aspectus uerecūdior:incessus maturior.Uerū qꝛ ꝺ nouo ista cepere.ipsa sui nouitate flores censenda sunt:⁊ spes fructuū magis quam fructus.Uobis filioli non timemus a fraude uulpiū:que fructibus magis quam floribus inuidere noscuntur. Uestrum aliunde periculum est. Ustionem certe metuo floribus.non subreptionem sed ustionem a frigore. Aquilo mihi suspectꝰ est ⁊ frigora matutina.que intempestiuos solent perdere flores:preripere fructus.Itaqꝫ ab aquilone panditur uestrum malum. A facie frigoris eius quis sustinebit?Hoc frigus si semel animam anime quidem incuria spiritu dormitante persuaserit.ac nemine deinde quod absit inhibente ad interiora eius peruenerit.descenderit in uiscera cordis ⁊ sinū mentis.concusserit affectiones.occupauerit consilij semitas perturbauerit iudicij lumen.libertatē addixerit spiritus.mox qꝺ i corꝑe solꝫ euenire febricitātibus subit quidam animi rigor.⁊ uigor lentescit.langor fingitur uirium.horror austeritatis intenditur.timor sollicitat paupertatis. contrahitur animus.subtrahitur gratia.protrahitur longitudo uite. sopitur ratio.spiritus extinguitur:deferuescit nouitius feruor. ingrauescit tepor fastidiosꝰ.refrigessit fraterna caritas.blādit̄ uoluptas.fallit securitas:reuocat ꝯsuetudo.Quid plra?Dissimulat̄ lex abiudicat̄ ius.fas ꝓscribit̄:dereliquit̄ timor dn̄i.Dantur postremo manus impudentie.presumitur ille

temerarius. ille pudendus. ille turpissimus: plenus ille ignominia et cõfusione saltus: de excelso in abysum. de pavimento i sterquilinium. de solio in cloacam. de celo in cenũ. de claustro in seculũ: de padiso in ifernũ. Principium et originẽ huius pestis. et uel qua arte utetur uel qua superetur uirtute: nõ est huius tempis demonstrare. Alias erit hoc: nunc cepta prosequamur. Ad provectiores et firmiores sermo ẽ retorquẽdus. ad vineam que iam floruit: cui quidẽ et si nõ est qḋ floribus formidet a frigore. sed nõ fructus sunt securi a uulpibus. Dicendũ aptius quid sint spiritaliter hee uulpes. cur pusille dicantur. cur iubeantur potissimũ capi. et non abigi uel occidi: etiã introducenda diversa genera harum bestiarũ ad maiorem audientiũ noticiã. et cautelã. Nõ sane sermone isto ut fastidio consulamus: et nostre deuotiõis alacritas perpetuetur i gr̃a et confessiõe glorie magni ecclesie spõsi dñi nostri ihesu xpi: qui ẽ sup omia deus bñdictus in secula.

Sermo. lxv.

a Dsum mee pmissioni. Capite nobis uulpes paruulas que demoliuntur vineas: nam vinea nostra floruit. Uulpes temptationes sunt. Necesse ẽ: ut ueniãt tẽptatiões. Quis eni coronabitur. nisi qui legitime certauerit? Aut quomõ certabũt: si desit qui impugnet? Tu ergo accedẽs ad seruitutẽ dei sta in timore. et prepara animam tuam ad tẽptationẽ: certus oẽs qui pie uolũt uiuere i xpo psecutionẽ passuros. Porro tẽptatiões diuerse sunt: pro temporum diversitate. Et initijs quidẽ nostris tanquã nouellarum teneris floribus plantationũ. i euidenti uis algoris incumbit: cuius meminimus i sermone altero. et incipiẽtes ab hac peste cautos reddimus. Jam uero pficiendũ sanctioribus studijs minime quidẽ sese opponere cõtrarie uirtutes apte audẽt. sed solẽt ex occulto insidiari quasi quedã frauduléte uulpecule: spiritus quidẽ uirtutes. re autem uitia. Quantos uerbi gr̃a ingressos uias uite. pgressos ad meliora sup semitas iusticie bene securequm pficiscentes et pficientes. fraude propudior uulpiũ harum turpiter supplantatos exptus sum: et sero in se uirtutum suffocatos plangere fructus. Uidi ego hominẽ currẽtẽ bene: et ecce cogitatio. Quid ni uulpecula fuit? Quãtis iquit bonum quo solus fruor si essẽ in patria possẽ utique impertiri: fratribus et cognatis et notis. Amant me: et facile acquiescerẽt suadenti. Ut quid pditio hec? Uado illuc et saluo multos ex illis: et me piter. Nec uerẽdũ i loci mutatiõe. Etenim dũ bñ faciã: quid interest ubi? Nisi qḋ illic pculdubio satius: ubi fructuosius degam. Quid pulchra? It et perit miser. nõ tam exul ad patriã: quã canis reuersus ad uomitũ. Et se pdidit ifelix: et suorum acquisiuit neminẽ. En una uulpecula ista uidelicet frustratoria spes: quã habuit in acquisitione suorum. Porro tu quoque per te ipsum i teipso alias atque alias similes huic inuenire seu aduertere: si nõ negligas. Uis tñ ut unã adhuc ego ostendam.

tibi:' Facio.etiam ⁊ tertiam ⁊ quartam quoqȝ demonſtrabo.ſi te ad capi
endas eas quas forte ex hijs in tua aduerteris uinea. inuenero uigilan
tem. Interdum bene proficientis cuiuſpiam cum ſibi profuſius aliquid
ſuperne gratie ſenſerit irrorari.ſubit animum deſiderium predicādi:nō
quidem ad parentes ⁊ propinquos iuxta illud.cōtinuo nō acquieui car
ni ⁊ ſanguini.ſed quaſi purius fructuoſius.fortiuſqȝ paſſim ad extrane
os ⁊ ad omnes.Caute omnino.Sane timet propheticum incurrere ma
ledictum.ſi que in abſcondito accepit frumenta abſcondat in populis. ⁊
contra euangelium facere : niſi que in aure audiuit predicauerit ſuꝑ te
cta.Uulpes eſt.atqȝ illa priore eo nociuior:quo occultior ueniens . Sed
capio tibi eam.Primus moyſes dicit:non arabis ī primogenito bouis.
Hoc paulus interpretans nō neophitū inquit.ne in ſuperbiā elatus ici
dat ī iudicium diaboli.Et rurſuȝ.Nec quiſquā inquit ſumit ſibi honorē:
ſed qui uocat̃ a deo tanquā aaron. Itē ipſe.Quomodo predicabunt ait
niſi mittantur:'Et ſcimus monachi officium non docere eſſe:ſed luger̃.
Ex hijs ſimilibuſqȝ collectis mihi.texo rete.⁊ capio uulpem: ne demoli
atur uineam.Ex hijs nempe claret ⁊ certuȝ eſt.quod publice predicare
nec monacho conuenit.nec nouitio expedit: nec nō miſſo licet. Porro
contra hec tria uenire:quanta conſcientie demolitio eſt:'Ergo quicquid
tale animo ſuggeratur.ſiue ſit illud tua cogitatio.ſiue immiſſio ꝑ angl'm
malū:doloſam agnoſce uulpeculā.id eſt malū ſub ſpe boni . Sed aſpice
aliā.quātos ex monaſterijs ſpiritu feruentes heremi ſolitudo ſuſcepit. ⁊
aut tepefactos euomuit.aut tenuit contra heremi legē nō mō remiſſos.
ſȝ etiā diſſolutos ſicqȝ apꝑuit uulpeculā affuiſſe.ubi tanta facta ē uaſta
tio uinee:id eſt uite ⁊ cōſcientie hominis detrimentum. Cogitabat ſi ſo
lus degeret multo ſe copioſiores fructus ſpirit⁹ ꝑceptuꝝ:quippe qui in
communi uita tantū ſpiritualis grē fuiſſet exꝑtus.⁊ bona uiſa ē ſua cogi
tatio ſibi.ſȝ rei exit⁹ īdicauit magis eādē illi cogitatōeȝ uulpē ꝺmoliētē fu
iſſe.Quid illud quod nos quoque tot ens in domo iſta ⁊ tam grauiter ī
quietat.notabilem loquor quorumdam qui inter nos ſunt ſuperſtitioſā
qȝ abſtinentiā:ex qua ſe omnib⁹.ſibiqȝ omnes moleſtos reddunt:'Quo
mō ñ hec ip̄a diſcordia tā generalis.⁊ ſue illi⁹ conſcie diſſipatio ē.⁊ qꝺ
in ipſo eſt grandis uinee huius quam plantauit dextera domini:ueſtre
ſcilicet omnium unanimitatis demolitio.Ue homini: per quem ſcanda
lum uenit.Qui ſcandalizauerit inquit unum ex hijs puſillis.durum eſt
quod ſequitur.Quanto duriora meretur:qui tantam ⁊ tam ſanctam mul
titudinem ſcandalizat.Duriſſimum prorſus iudicium portabit:quicum
que eſt ille.Sed hec alias.Nūc uero intendam⁹ hijs que a ſpōſo dicūt̃
ſuper puſillis ⁊ aſtutis hijs animalibuſ demolientibus uineas.Puſillis
dixerim:non malicia ſed ſubtilitate.Aſtutum ſiquidē natura hoc gen⁹ ē
animātis ꝓmptūqȝ admodū ad nocēdū ī occulto:⁊ uidet̃ mihi cōgruētiſ
ſime deſignare ſubtiliſſima q̄dā uitia ſpe palliata uirtutuȝ:qualiū utiqȝ

formam premissis ad noticiam exemplis paucis licet. iam aliquantisper
expressi. Nec enim aliter nocere queunt: nisi qd se uirtutes uirtutum
quedam similitudine mentiuntur. Sunt autez aut cogitationes hominū
uane. aut facte immissiones per angelos malos. angelos sathane qui se
transfigurant in angelos lucis: parantes sagittas suas in pharetra. hoc
est in occulto: ut sagittent in obscuro rectos corde. Unde ⁊ pusillas eas
propter hoc reor dici qd cum cetera uitia quadam quasi corpulentia sui
manifesta se prebeant: hoc genus pro sui subtilitate haud facile agnosci
⁊ ideo nec caueri possit: nisi dumtaxat a perfectis ⁊ exercitatis. ⁊ qui ha
beant illuminatos oculos cordis ad discretionem boni ⁊ mali. maximeqz
ad discretionem spirituum. qui cum aplo dicere possint: qr nō ignoram⁹
astutias sathane neqz cogitationes eius. Et uide ne forte ob hoc a spon
so iubeant non quidem exterminari uel abigi. uel occidi sed capi: qd ui
delicet huiusmodi spiritales dolosasqz bestiolas omni uigilantia ⁊ caute
la. obseruari oporteat ⁊ examinari: ⁊ sic capi id est comprehendi in astu
tia sua. Ergo cum proditur dolus. cum fraus apitur: conuincitur falsitas.
rectissime tunc dicitur capta uulpis pusilla: que demoliebatur uineam.
Deniqz dicimus hominem in sermone capi. sicut habes in euangelio:
quia conuenerunt pharisei in unuz ut caperent ihesum in sermone. Ita
ergo sponsus capi iubet uulpes pusillas que demoliuntur uineas: id est
deprehēdi. cōuici. pdi. Solū hoc malignitatis gen⁹ id ppriū hēt. ut agni
tuz iā minie noceat: ita ut agnosci sit illi expugnari. Quis. n. nisi demēs.
compta decipula sciēs ⁊ prudēs pedē mittit i illā? Sufficit pinde si capiā
tur q̄ huiusmōi sūt: hoc ē si pdas ⁊ ͦducas ad mediū. quippe quib⁹ appa
rere pire ē. Nō sic cetera uitia. Nēpe manifesta ueniūt. manifeste nocēt
sciētes captiuāt. supāt reluctātes: utpote ui nō dolo agētia. Ergo cōtra hu
iuscemodi aperte seuientes bestias non inuestigatione opus est: sed re
frenatione. Solas has uulpes paruulas. dissimulatrices maximas. quia
prodite iam non nocent. sufficit educi in lucem: ⁊ capi in caliditate sua.
Nam foueas habent. Tali itaqz ex causa uulpes iste ⁊ capi iubentur: et
paruule desc ibun ur Uel ideo paruule. ut nascentia uitia in ipso ortu
donec utiqz paruula sunt uigilanter obseruans illico comprehendas:
ne crescentia plus noceant. ⁊ difficilius capiantur. etiam si iuxta allego
riam ecclesias uineas. uulpes hereses uel potius hereticos ipsos intelli
gamus. simplex est sensus: ut heretici capiantur potius quaz effugent.
Capiantur dico non armis. sed argumentis quibus refellantur errores
eorum: ipsi uero si fieri potest reconcilientur catholice: reuocentur ad fi
dem christi. Hec est enim uoluntas eius qui uult omnes homines sal
uos fieri: et ad agnitionem ueritatis uenire. Hoc denique uelle se
perhibet: qui non simpliciter capite uulpes. sed capita inquit no
bis uulpes paruulas. Sibi ergo et sponse sue id est catholice iu
bet acquiri has uulpes cum ait: capite eas nobis. Itaque homo

de ecclesia exercitatus ⁊ doctus. si cuȝ heretico homine disputare aggre ditur. illo suam itentioné dirigere debet quatinus ita erráté cóuicat. ut ⁊ cóuertat. cogitans illud apostoli iacobi. qui conuerti fecerit peccatorem ab errore uie sue. saluabit animam eius a morte. ⁊ operit multitudinem peccatoꝝ. Quod si reuerti noluerit nec conuictus post primam iam ⁊ secundam ammonitionem. utpote qui omnino subuersus est: erit secundũ apostolũ deuitandus. Ex hoc iam melius ut quidé ego arbitror effugatur aut ét religatur: quã sinitur uineas demoliri. Nec propterea sane nihil se egisse putet qui hereticum uicit ⁊ conuincit. hereses cófutauit: uerisimilia a uero clare aperteque distinxit. praua dogmata plana ⁊ irrefragabili ratione praua eé monstrauit: prauum denique intellectum extollentem se aduersus scientiam dei. in captiuitatem redegit. Nempe cepit nihilominus qui talia operatus est. uulpem. ⁊ si non ad salutem illi: ⁊ cepit eé spóso ⁊ spóse. quãuis aliter. Nã ⁊ si hereticus non surrexit de fece. ecclesia tamen cófirmatur in fide: ⁊ quidem de profectibus sponse. sponsus sine dubio gratulatur. Gaudiũ eteni domini: fortitudo nostra. Denique non putat a se aliena lucra nostra. qui se nobis tam dignanter associat: dum iubet capi uulpes non sibi sed nobis secũ. capite inquiens nobis. Aduertere é eni quod ait nobis. Quid hac uoce socialius? An non tibi uidetur hoc dicere quasi quidã paterfamilias qui per se nil habeat sed oia cóia cũ uxore ⁊ liberis ⁊ domesticis? Et qui loquitur deus é. minime tamen ut deus loquitur id: sed ut sponsus. Capite nobis uulpes. Uides quam socialiter loquitur: qui sociũ nó hét. Poterat dicere mihi. sed maluit nobis: cósortio delectatus. O suauitaté o gratiaȝ: o amoris uim. Ita ne sũmus oium: unus factus est omnium? Quis hoc fecit? Amor. dignitatis nescius. dignatóe diues. affectu potés: suasu efficax. Quid uiolentius? Triũphat de deo amor. Quid tamen tam nó uiolétũ? Amor est. Que ista uis queso tam uioléta ad uictoriã: tam uicta ad uiolétiã? Denique semetipsũ exinaniuit. ut scias amoris fuisse quod plenitudo effusa est. quod altitudo adequata est: quod singularitas associata é. Cum quonam tibi o admirande sponse: tam familiare consortium? Nobis inquit capite. Cui tecum? An ecclesie de gentibus? De mortalibus ⁊ peccatoribus collecta est. Illam scimus que scit. Sed tu quis es ethyopisse huius tam ambitiosus amator? Sane non alter. moyses: sed plus quã moyses. Num tu ille es speciosus forma pre filijs hominũ? Par dixi. cándor es uite eterne. splendor ⁊ figura substantie dei: postremo super omnia deus benedictus in secula. amen

Sermo. lxvj.

d Uos nobis super uno capitulo disputani sermones: tertiũ paro si audire non tedeat. Et necessariũ reor. Nam quod ad uestrã quidé spectat domesticã uineã que uos estis satis me arbitror i

duobus fecisse sermonibus pro munimento illi aduersus insidias triptiti
generis uulpium: qui sunt adulatores. detractores ac seductorij quidam
spiritus: gnari ⁊ assueti mala sub specie boni inducere. Uerum domini
ce uinee non ita. Illam loquor que impleuit terram. cuius ⁊ nos portio
sumus: uineã grãdẽ nimis. domini plantatam manu. redẽptã sanguine:
rigatam uerbo. propagatam gratia. fecundatam spiritu. Ergo plus pro
prij curã gerens: incõmune minus profui. mouet ne aũt ꝑ ipa multitudo
demolientium eam: defensantium paucitas. difficultas defensionis. Dif
ficultatem occultatio facit. Nam cũ ecclesia semper ab initio sui uulpes
habuerit: cito oẽs cõperte ⁊ capte sunt. Confligebat hereticus palã. nã
inde hereticus maxime quod palã uincere cupiebat. ⁊ succũbebat. Ita
ergo facile ille capiebantur uulpes. Quid enim si posita in lucẽ uerita
te. hereticus in sue pertinacie tenebris remanẽs solus foris religat⁹ are
sceret. Nihilominus capta reputabatur uulpes. condẽnata impietate. ⁊ i
pio foras misso. ostẽtui utique iam uicturo non fructui. Ex hoc iuxta pro
phetam illi erant ubera arentia. ⁊ uenter sterilis: q̃ nõ repullulat error
publice confutatus: ⁊ falsitas aperta nõ germinat. Quid faciemus hijs
malignissimis uulpibus ut capi queant. que nocere quã uincere malũt:
⁊ ne apparere quidem nolunt sed serpere? Omnibus una intentio here
ticis semper fuit. captare gloriã de singularitate sciẽtie. sola ista maligni
or ceteris. uersutiorqꝫ heresibus: dampnis pascitur alienis ꝓprie glorie
negligens. Docta credo exemplis ueterum. que prodite euadere nõ ua
lebant. sed cõfestim capiebantur: cauta ẽ. nouo maleficij genere operari
mysteriũ iniquitatis eo licentius quo latentius. Deniqꝫ indixere ut dici
tur latebras sibi: firmauerunt sibi sermonem nequã. Iura periura: secre
tum prodere noli. Enim uero alias ne tenuiter quidem iurare nullaten⁹
acquiescunt. propter illud de euangelio. non iurare neque per celũ ne
que per terram ⁊ cetera. O stulti ⁊ tardi corde. repleti plane pharisiaco
spiritu. liquantes culicem: ⁊ camelum glutientes. Iurare nõ licet: ⁊ licet
periurare? An i hoc solo utrũqꝫ licet? De quonam mihi euãgelior loco
producitis istam exceptionẽ: qui ne iota quidem ut gl'amini preteritis?
Patet uos ⁊ superstitiose obseruare ꝺ iuramẽto: e flagitiose presumere
ꝺ periurio. O peruersitatẽ. Quod ad cautelã ꝯsultũ ẽ uidelꝫ nõ iurare.
hoc isti mãdati uice tã cõtẽtiose obseruãt. ⁊ quod imobili iure sãcitũ ẽ. ñ
peierãdũ scilicet. hoc tãquã idifferẽs ꝓ sua uolũtate dispẽsãt. Nõ iquiũt:
sꝫ ne mysteriũ publicem⁹. Quasi gl'a dei ñ sit reuelare sermonẽ. An dei
iuidẽt glorie? Sed magis credo quod pandere erubescant: sciẽtes i glori
um. Nã nefãda ⁊ obscena dñr agere i secreto. siquidẽ ⁊ uulpiũ posterio
ra fetẽt. Sed taceo que negarẽt: ad manifesta respõdeãt. An iuxta euan
gelium cauent sanctum dare canibus: ⁊ margaritas porcis? At istõ aper
te fateri ẽ. se non eẽ de ecclesia: qui oẽs qui de ecclesia sunt canes censẽt
⁊ porcos. Sine exceptione enim omnibus qui de sua secta non sunt. su

um illud quicquid est subtrahendum existimauit. Ceterum hoc ⁊ si senti
ant non respondebunt ne manifesti fiant: nempe quod oī mō fugiunt.
Sed non effugient. Responde mihi o homo qui plusquā oportz sapis:
⁊ plusquā dici potest desipis. Dei est an nō mysteriū qđ occltas? Si est:
cur nō ad eius gloriā pandis? Nam glā dei: reuelare sermonē. Si non.
cur fidem hēs in eo quod non est dei: nisi qꝛ hereticus es. Aut igiť dei
secretū ad gloriā dei ꝓdant. aut dei negēt mysteriū. ⁊ minime se hereti
cos negent: aut certe nihilominus manifestos se fateātur inimicos glo
rie dei: qui nolunt manifestum fieri. quod ei norunt fore ad gloriā. Stat
nempe scripture ueritas. Gloria regū. celare uerbū: gloria dei reuelare
sermonem. Non uis tu reuelare? Non ergo uis deū glorificare. Sz for
te non recipis scripturam hanc. Ita est. solius se euangelij profitentur
emulatores. ⁊ solos. Respondeant proinde euangelio. Quod dico ait in
tenebris. dicite in lumine: ⁊ quod in aure auditis predicate super tecta.
Iam nō licet silere. Usqz quo occultū tenetur: quod palā deus fieri iu
bet? Usqz quo optū, euangeliū nostꝝ? Suspicor nostꝝ nō ē pauli: nā ille
suum fatetur optum nō esse. Et si inquit optum est euangeliū meū: i hijs
optuz est qui ꝑeunt. Uidete ne uos diceret: apud quos euangeliū inue
nitur apertum. Quid apertius qđ pereatis? An forte nec paulū recipi
tis? De quibusdā ita audiui. Non eni inter uos omnes per omnia con
cordatis: ⁊ si a nobis omnes dissentiatis. At uero eoꝝ uerba ⁊ scripta ⁊
traditiones qui corꝑaliter cū saluatore fuerūt pari auctoritate euangelij.
cuncti ni fallor indifferenter recipitis. Nunquid illi optuz tenuere euan
geliū suum? Nunquid in deo carnis infirma. mortis horrida: crucis igno
miniam tacuere? Et quidem in omnem terram exiuit sonus eorum. Ubi
apostolica forma ⁊ uita quam iactatis? Illi clamant: uos susurratis. Illi
in publico: uos in angulo. Illi ut nubes uolant: uos in tenebris ⁊ subter
raneis domibus delitescitis. Quid simile illis in uobis ostenditis? An
quod nobiscum mulierculas non circumducitis: sed includitis? Non e
que comitatio ut cohabitatio suspicioni patet. Uerum quisnam de illis
sinistrum quippiam suspicaretur: qui mortuos suscitabant? Fac tu simili
ter: ⁊ una recumbantem putabo feminam uirum. Alioquin temere ti
bi usurpas illorum dispensationem: quorum sanctitatem non habes. Cū
femina semper esse ⁊ non cognoscere feminam: nōne plus est quā mor
tuum suscitare? Qđ minus est nō potes: ⁊ quod maius ē uis credā tibi?
Cotidie latus tuum ad latus iuuencule est in mēsa. lectus tuus ad lectū
eius in camera. oculi tui ad illius oculos in colloquio. manus tue ad ma
nus ipsius in opere: ⁊ continēs uis putari? Esto ut sis: sed ego suspiciōe
non careo. Scandalo mihi es. tolle scandali causam: quo te probes ue
rum ut iactitas euangelij emulatorem. Qui scandalizauerit unum de
ecclesia: nonne euangelium condempnat illum? Tu ecclesiam scanda
lizas? Uulpes es. demoliens uineam. Iuuate me socij; ut capiatur.

Vel potius capite nos nobis eam: o angeli sancti. Versuta ē valde. opa est iniquitate ꝛ impietate sua plane tam pusilla atque subtilis: ut facile humanos frustretur obtutus. Nūquid ꝛ uestros? Propterea uox illa ad uos. utpote sodales spōsi: capite nobis uulpes puulas. Ergo facite qđ in hemini. capite nobis hanc tam uersipellem uulpeculam: quam ecce iam diu frustra īsequimur. Docete ꝛ suggerite qualiter fraus deprehendatur hoc enim ē cepisse uulpem: qꝛ lōge plus nocet falsus catholycus. quam si uerus appareret hereticus. Non ē autem hominis scire quid sit in homine: nisi quis forte ad ipsum fuerit uel illū natus spiritu dei: uel angelica informatus industria. Quod signum dabitis ut palam fiat pessima heresis hec. docta mentiri. non lingua tantum sed uita? Et quidem recens uastatio uinee uulpē indicat affuisse: sed nescio qua arte fingēdi ita sua confundit uestigia callidissimum animal: ut qua uel intret uel exeat. haud facile queat ab homine deprehendi. Cūque pateat opus. non apparet auctor: ita per ea que in facie sunt cuncta dissimulat. Denique si fidem interroges: nihil xpanius. Si cōuersationem. nihil reprehensibiliꝰ. Et que loquitur factis probat. Videas hominē i testimoniū sue fidei frequentare ecclesiam. honorate presbiteros. offerte munus suū. cōfessiōez facere: sacramentis cōicare. Quid fidelius? Iam quod ad uitam mores que spectat. neminē cōcutit. neminem circūuenit: neminem supergreditur. Pallent insuper ora ieiunijs. panem nō comedit ociosus: operatur manibus unde uitam sustentat. Vbi iam uulpes? Tenebamus eam: quomodo est lapsa e manibus? Quomodo tā repente disparuit? Instemus. uestigemus: a fructibus eius cognoscemus eam. Et certe uinearum demolitio: testatur uulpem. Mulieres relictis uiris. ꝛ itez uiri dimissis uxoribus: ad istos se conferunt. Clerici ꝛ sacerdotes populis ecclesijsqꝫ relictis. intonsi ꝛ barbati apud eos inter textores ꝛ textrices plerumque inuenti sunt. An non grauis demolitio ista. An non opera uulpium hec. Verum non apud omnes forte ista tam manifesta deprehenduntur: ꝛ si sint: non est unde probentur. Quonam modo capimus illos? Reuertamur ad consortium ꝛ contubernium feminarum: hoc enim inter eos nemo qui careat. Interrogo unumquempiam horum. Heus tu bone uir que nam hec mulier: ꝛ unde huc tibi? Uxor ne tua? Non inquit: nam uoto istud non conuenit meo. filia ergo? Non. Quid? Non soror. ñ neptis: non aliquo saltim propinquitatis uel affinitatis gradu attinēs tibi? Nullo prorsus. Et quomodo tuta tibi cum ista continētia tua? Sane nec licet tibi istud. Cohabitationem si nescis uirorum ꝛ feminarum: i hijs qui uouere continentiam ecclesia uetat. Si non uis scandalizare ecclesiam: eice feminā. Alioqui ex hoc uno cetera que ñ adeo manifesta sūt: ꝓculdubio credibilia fiūt. Sꝫ quo mihi iquit euāgelij loco mōstrās ꝓhibitū istō? Euāgeliū appellasti: ad euāgeliū ibis. Si obedias euāgelio: non facies scandalū. Prohibet enim plane euangelium scandalum fieri. Facis āt

tu. istam non amouendo: iuxta constitutum ecclesie. Suspectus eras: at nunc manifeste censebere & cõtemptor euangelij. & ecclesie aduersator. Quid iudicatis fratres? Si pertinax fuerit ut nec obediat euangelio. nec eccl'ie acquiescat: quid iã tergi v̄sari põt? Nonne apte uobis vr̄ de prehensa fra⁹. ↄprehẽsa uulpes? Si non amouet feminam: non amouet scandalum. Si nõ amouet scandalum cum amouere possit: transgressor tenetur euangelij. Quid factura ecclesia ẽ. nisi ut amoueat illum qui nõ uult amouere scandalum: ne sit similis illi inobediens? Nam hoc mãdatum habet ex euangelio. nõ parcere ne proprio oculo scandalizanti se: ñ manui. nõ pedi: sed eruere illum abscidere ista. & ꝓicere a se. Si inquit ecclesiam nõ audierit: sit tibi sicut ethnicus & publicanus. fecimus ne aliquid? Puto quia fecimus. Cepimus uulpem: q2 fraudem percepimus. Manifesti sunt qui latebant falsi catholici: ueri depredatores catholice. Etenim dum mecũ dulces capiebas cibos. corpus dico & sanguinẽ christi. dum in domo dei ambulauim⁹ cum consensu. fuit suadendi locus. imo oportunitas seducẽdi: iuxta illud sapie. Simulator ore decipit amicũ suũ. Nunc aũt facile secundũ sapiam: pauli post unã & secundã correptionez hereticum hoiem deuitabo. sciens q2 subuersus ẽ qui eiusmodi ẽ. ac perinde cautus ꝓuidere ne iã sit & subuersor. Itaqz nõ nihil ẽ iuxta uerbũ sapiẽtis i ĩsidijs suis captos ẽe iniquos. Illos p̄sertiz iniquos: qui ĩsidijs ꝓ armis uti cauti sunt. Nã conflictus omnino abhijs & defensio perijt. Uile nẽpe hoc genus & rusticanũ ac sine litteris: & prorsus imbelle. Deniqz uulpes sunt: & pusille. Sed neqz illa in quibus male sentire dicuntur defensibilia sunt. nec tam subtilia quam suasibilia idqz duntaxat mulierculis rusticis & idiotis: quales utiqz omnes sunt quotquot adhuc de secta hac esse expertus sum. Nec enim in cunctis assertionibus eorꝝ nam multe sunt nouum quid aut in auditum audisse me recolo: sed qđ tritum est & diu uentilatum inter antiquos hereticos. a nostris autem cõtritum & euentilatum. Dicendum tamen & dicam quenam ille ineptie sint: partim quas sciscitantibus se catholicis minus caute respondentes ipi cõfessi sunt. ꝑtim quas diuisi ab ĩuicẽ litigãtes de ĩuicẽ ꝓdiderũt. ꝑtiz quoqz illas quas ĩnulli corꝝ r̄deũtes ad eccl'iaz d̄texerũt. Nõ qđ ad oẽs respondeã nec enim necesse est: sed tm̃ ut inotescant. At istud alterius erit opus sermonis. in laudem & gloriam nominis sponsi ecclesie ihesu christi domini nostri: qui est super oia deus benedictus in scl'a Amen. Sermo. lxvij.

c Apite nobis uulpes paruulas: que demoliuntur uineas. Ecce ego ad uulpes istas. Ipe sũt que p̄tergrediunť uiã: & uidemiãt uineã. Nõ sũt cõtẽte deserez uiã. nisi & desertare uineã possũt: addẽtes p̄uaricationẽ. Nõ suffic̄ heỉticos ẽe nisi & hypocrite sit: ut sit supra mõz peccãs peccatũ. Hij sũt qui ueniũt i uestimẽtis ouiũ ad nudan.

das oues: ⁊ spoliandos arietes. An nō tibi utraqꝫ res ipleta uidetur: ubi ⁊ fide plebes. ⁊ plebibus sacerdotes depredati inueniuntur? Quinam isti predones? Hij oues sunt habitu. astu uulpes: actu ⁊ crudelitate lupi. Hij sunt qui boni uideri nō esse: mali nō uideri sꝫ esse uolunt. Mali sūt ⁊ bōi uideri nolūt. ne soli sint mali: mali uidri timēt ne paꝝ sint mali. Eteni min⁹ sēp malicia palā nocuit: nec unq̄ꝫ bon⁹. nisi boni simlatōe dcept⁹ ē. Ita ergo i malū bonoꝝ boni appere studēt: mali nolunt. ut plus liceat malignari. Neqꝫ enim est apud eos uirtutes colere. sed colorare uitia. quodam quasi uirtutum minio. Deniqꝫ supstitionis impietateꝫ: nomine religionis intitulant. Innocentiā diffiniunt tm̄ in apto nō ledere: innocentie perinde solum sibi uendicantes colorem. In opimentum turpitudinis: continentie se insigniere uoto. Porro turpitudinem in solis existimant reputandam uxoribus: cum uel sola sit ea que cum uxore est causa. que turpitudineꝫ excusat in coitu. Rusticani homines sunt ⁊ idiote ⁊ prorsus contemptibiles: sed non est dico uobis cum eis negligenter agendū. Multū eni pficiunt ad impietatē: ⁊ sermo eoꝝ ut cācer serpit. Denique nō neglexit sps sāct⁹ qui de hijs quondam tā manifeste uaticinatus est: dicente apostolo. Spirit⁹ autē manifeste dicit. qꝛ i nouissimis temporibus discedent quidem a fide. attendentes spiritibus erroris ⁊ doctrinis demoniorum in ypochrisi loquentium mendacium. ⁊ cauteriatam habentium suam conscientiam. prohibentium nubere: abstinere a cibis quos deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus. Istos prorsus: istos dicebat. Hij nubere prohibent. hij a cibis abstinent quos deus creauit ad percipiendum: de quibus postea uidebim⁹. Nunc autem uidete si non proprie demonum ⁊ non hominum ludificatio hec: secundum quod predixerat spiritus. Quere ab illis sue secte auctorē: neminem hominem dabunt. Que heresis nō ex hominib⁹ habuit proprium heresiarcham? Manichei manem habuere principem ⁊ preceptorem. sabelliani sabellium. arriani arrium: eunomiani eunomium. nestoriāi nestorium. Ita omnes cetere huiusmodi pestes. singule singulos magistros homines habuisse noscuntur: a quibus originem simul duxere ⁊ nomen. Quo nomine istos tituloue censebis? Nullo. quoniam non est ab homine illorum heresis: neque per hominem illam acceperunt. Absit tamen ut per reuelationem ihesu christi: sed magis ⁊ absque dubio uti spiritus sanctus predixit per immissionem ⁊ fraudē demoniorum: in ypochrisi loquentium mendacium. prohibentium nubere. In ypochrisi plane hoc ⁊ uulpina dolositate locuntur. fingentes se amore id dicere castitatis. quod magis causa turpitudinis fouēde ⁊ multiplicande adinuenerunt. Res tamen tam in aperto ē. ut mirer quomō unquā homini christiano persuaderi potuerit. nisi quod hij adeo bestiales sūt. ut non aduertant qualiter omni immūdicie laxat habenas qui nuptias dampnat: aut certe ita pleni nequitia ⁊ diabolica malignitate absorti. ut

aduertentes diſſimulent. ⁊ letentur in perditione hominum. Tolle de
ecclesia honorabile cõnubiũ. ⁊ thorum immaculatum. nõne reples eam
concubinarijs. inceſtuoſis. ſeminifluis. mollib⁹. maſculoꝝ ꝯcubitorib⁹: et
omni deniq; generi immundoꝝ? Elige ergo utrũlib; aut ſaluari uniuer
ſa monſtra hec hominum: aut numerum ſaluandorum ad continentium
redigi paucitatem. Quam parcus in uno: quam largus in altero. Neu
trum horu; competit ſaluatori. Quid? Coronabitur turpitudo? Nihil mi
nus decet honeſtatis auctorem. Dampnabitur uniuerſitas: preter pau
culos continenies? Non eſt hoc eſſe ſaluatorem. Rara nimis in terris
continentia. neq; pro tantillo queſtu ad terras plenitudo illa ſemetipſã
exinaniuit. Et quomodo de illa omnes accepimus: ſi ſolis indulſit conti
nentibus participium ſui? Non eſt qnod ad hoc reſpondeant. Sed ne
q; ad illud credo. Si honeſtati in celis eſt locus. non ſit autem honeſto
⁊ turpi conſortium ſicut non eſt ſocietas luci ad tenebras: profecto nemi
nem immnndorum locus in loco ſalutis manet. Si quis aliter ſapit. ar
guet illũ apoſtolica uox. abſq; omni ambiguo aſſerẽs quoniam qui talia
agit regnum dei non poſſidebunt. Qua iam exiet de cauerna hec inſi
dioſe uulpecula? Puto in fouea deprehenſam. in qua ſibi duo quaſi fo
ramina fecerit: unum quo intret. alterum quo exeat. Nam ſueuit ita. Ui
de ergo quomodo utrobiq; illi intercluſus ſit exitus. Si ſolos in celeſti
bus collocat continentes: perit ex maxima parte ſalus. Si omnem ſpur
ciciam pariter cum continentibus collocat. perit honeſtum. Sed iuſtus
perit ipſa. neq; hac exitura neq; illac: recluſa ⁊ capta perpetuo in fouea
quam fecit. Quidam tameu diſſentientes ab alijs: inter ſolos uirgines
matrimonium contrahi poſſe fatentur. Uerum quid in hac diſtinctione
rationis afferre poſſint non uideo. niſi quod pro libitu quiſq; ſuo ſacra
menta eccleſie tanquam matris uiſcera dente uipereo certatim inter ſe
dilacerare contendunt. Nam quod dicuntur pretendere de primis con
iugibus quia uirgines erant: quid iſtud queſo matrimonij preiudicat li
bertati: quominus ⁊ inter non uirgines contrahi liceat? S; neſcio quid
ſe in euangelio inueniſſe ſuſurrant: quod ſue ineptie fruſtra exiſtimant
ſuffragari. Illud credo quod dñs cum premiſiſſet teſtimoniũ ꝺ geneſi.
⁊ creauit hoie; ꝺus ad ymaginẽ ⁊ ſilitudinẽ ſuã. maſculũ ⁊ feminã cre
auit illos. poſtea intulit. ergo quod deus coniunxit homo non ſeparat.
Hos inquiunt coniunxit deus. quia uirgines ambo erant. ⁊ iã non licuit
ſeperari: non erit autem ex deo copulatio ſecus preſumpta. Quis tibi
dixit propterea a deo coniunctos: quia uirgines erant? Nam ſcriptura
hoc non loquitur. An non uirgines erant inquit? Erant. ſed non eſt id
ipſum copulantes uirgines: ⁊ copulatos quia uirgines. Quanquam ne
hoc quidem nominatim dictum reppies quod uirgines eſſent: quamuis
eſſent. Sexuum ſane expreſſa diuerſitas ẽ nõ uirginitas: cũ dictũ ẽ. ma
ſculũ ⁊ feminã creauit illos. Merito quidem. Non eni; maritalis copla

corporum requirit integritatem: sed sexuum aptitudinem. Bene ꝓinde ipsam instituēs spiritus sanctus. sexum expressit uirginitatē tacuit. nec dedit occasionē uenandi uerbum insidiosis uulpeculis. Qꝺ utiqȝ libēter fecissent: q̄ꝫuis id quodqȝ frustra. Quid eni si dixisset uirgines creauit illos: Non propterea continuo obtinuisses solos uirgines licere coniūgi. Et tñ quomodo exultasses ex sola uerbi occasione: quomodo exsultasses secūdas ⁊ tertias nuptias. quomodo īsultasses catholice. scorta leonesqȝ adiuuicem tanto libētius coniungenti: quanto perinde eos de turpi ad honestum trāsire nō dubitat. fortassis ⁊ reprehenderes deum prophete precipientem: fornicariam ducere. Nunc autem ⁊ occassio deest: ⁊ libet gratis hereticum esse. Nā ⁊ testimoniū qꝺ usurpasti ad astruendū errorem tuum. plus ad destruendum ualere inuentū est. pro te facere nihil: contra te plurimuȝ. Nunc aūt audi qꝺ te aut ex toto confungit aut corrigit: ⁊ heresim tuā prorsus conterit ⁊ cōminuit. Mulier quanto tempore uir eius uiuit: alligata ē uiro. Sin auteȝ dormierit uir eius soluta est: cui uult nubat tñ in domino. Paulus est qui concedit uidue ut cui uult nubat: ⁊ tu econtra ꝑcipis nulla preter uirginem nubat. ⁊ hoc nisi uirgini. ut non tui uult nubat uel ipa: Quid manū dei adbreuias: Quid largam benedictionem nuptiarum restringis: Quid proprium uēdicas uirgini: qꝺ indultuȝ ē sexui: Non ꝯcederet hoc paulus nisi liceret. At paꝝ dico ꝯcedit. Uult quoqȝ. Uolo iquit adolescētiores nubere: nec dubiū quin uiduas dicat. Quid manifestius: Ergo qꝺ cōcedit qꝛ lꝫ: ēt uult qꝛ expedit. Quod licet ⁊ expedit: hereticus prohibet. Nihil ex hac prohibitiōe persuadebit: nisi quod hereticus ē. Superest ut ꝺ residuo aplice prophetie istos aliquātulū exagitemus. Absi nēt nāque hij ut predixit ille a cibis quos deus creauit ad percipiendū cum grāꝝ actione. Hinc quoque hereticos se probantes ñ sane qꝛ abstinent: sed qꝛ heretice abstinēt. Nam ⁊ ego interdū abstineo. sed abstinētia mea satisfactio est pro peccatis: ñ superstitio pro ipietate. Num redarguimus paulū quod castigat corpus suū: ⁊ i seruitutē redigit: Abstinebo a uino qꝛ i uino luxuria ē: aut si infirmus sū. modico utar iuxta consiliū apostoli. Abstinebo a carnibꝰ. ne dū nimis nutriūt carnē: simul ⁊ carnis nutriant uitia. Panem ipsum cū mēsura studebo sumere. ne onerato uentre stare ad orandum redeat ⁊ ne improperet etiam mihi propheta. quod panem meum comederim in saturitate. Sed ne simplici quidem aqua ingurgitare me assuetam. ne distensio sane uentris usque ad titillationem pertingat libidinis. Hereticus aliter. Nempe horret lac. ⁊ quicquid ex eo conficitur: postremo omne quod ex coitu procreatur. Recte ⁊ christiane. si non idcirco qꝛ ex coitu: sed ne ad coitum prouocent. Ceterū quid sibi uult qꝺ ita generaliter omne qꝺ ex coitu generatur uitatur: Suspicionem generat mihi obseruatio ista ciborū. tam signāter expressa. Uerūtñ si de regula medicoruꝫ hoc ꝓfers nobis: non reprehendimꝰ curam carnis quam nemo unquā.

odio habuit. Si de disciplina abstinentium id ē spiritualium medicorū scola: etiā uirtutē approbamus qua carnē domas. frenas libidinē. At si de insania manichei prescribis beneficentie dei. ut quod ille creauit & donauit ad percipiendum. cū gratiarū actione. tu nō modo ingratus. sz & censor temerarius immundū decernas. & tanq̄ a malo abstineas. nō plane abstinētiā collaudabo sz execrabor blasphemiā: te magis imundū dixerim qui immundum quid putas. Omnia munda mundis ait ille rerum optimus estimator. & nihil immundum nisi ei qui immundum quid putat. Immundis autē aut infidelibus nihil ē mundū: sed pollicita ē eorū & mens & conscientia. Ue qui respuitis cibos quos dūs creauit. iudicantes immundos & indignos quos traiciatis in corpora uestra. cū ppterea nos corpus xpi qd ē ecclia tāquā pollutos & imundos expuerit. Nō ignoro qd se solos corpus xpi esse glorientur. sed sibi hoc psuadeant. qui illud quoq3 psuasum habent. potestatem se habere cotidie i mensa sua corpus xpi & sanguinē consecrandi. ad nutriendum se in xpi corpus & membra. Nempe aiunt se successores apostolorum. & aplicos se nominant: nullū tñ appellatus sui signū ualentes ostendere. Quousq3 lucerna sub modio? Uos estis lux mundi dictū est aplis: & ideo apli super candelabrum ut toto luceant mundo. Pudeat successores aplorū lucē non esse mūdi sz modii: mundi autem tenebras. Dicamus eis. uos estis tenebre mundi: & transeamus ad alia. Se dicunt ecclesiam. sed contradicūt ei qui dicit. Non potest ciuitas abscondi super montem posita. Ita ne lapidem de monte abscissū sine manibus. montem factum & implentem mundum: uestris creditis inclusum antris? Et ne hic quidem immorandum. ipsa opinio refugit publicari: suo cōtempta susurrio. Habet & semp habebit integram xps hereditatem suā: & possessionē suam terminos terre. Se potius subtrahunt huic magne hereditati: qui xpo illā conantur detrahere. Uidete detractores: uidete canes. Irrident nos quod baptizamus infantes. qd oramus pro mortuis: qd sanctorū suffragia postulamus. In omni genere hominū atq3 i utroq3 sexu festināt pscribere xpm. in adultis & paruulis. in uiuis & mortuis: hinc quidē infantibus ex impossibilitate nature. inde uero adultis ex difficultate continentie. prescribentes. porro mortuos uiuentium fraudantes auxiliis. uiuentes nihilominus sanctorum qui decesserunt suffragiis spoliantes. Absit. Nō relinquet dn̄s plebem suam que est sicut arena maris: nec contentus erit paucitate here icorum qui omnes redeūt. Neq3 enim parua apud eum redemptio. Quantus uero numerus istorum: ad magnitudinem precii? Se magis precio fraudant. qui ipsum euacuare conantur. Quid enim si infans pro se loqui nō potest: pro quo uox sāguinis fratris sui & talis fratris clamat ad dominum de terra? Astat & clamat nihilominus mater ecclesia. Quid tamē ifās? Nōne & ipe uidetur tibi quodamō de fōtibus saluatoris uociferari ad deum. & suis uagitibus clamitare: dn̄e ui patior responde p

me? Flagitat auxiliũ gratie: quia uim patitur a natura. Clamat innocentia miseri. clamat ignorantia paruuli: clamat addicti infirmitas. Ita ergo clamant hec omnia sanguis fratris. fides matris: destitutio miseri. ⁊ miseria destituti. ⁊ clamatur ad patrem. Porro pater seipsum negare si pōt. Pater ē. Nemo mihi dicat q̄ non habet fidem. cui mater impertit suam: inuoluens illi in sacramento quousq; idoneus fiat suo assensu euolutaꝫ percipere. An breue pallium ē ut non possit duos coopire? Magna est ecclesie fides. Nunquid minor fide chananee mulieris: quam constat ⁊ filie sufficere potuisse ⁊ sibi? Ideo audit. O mulier magna est fides tua: fiat tibi sicut petisti. Nūquid minor fide illoꝝ qui paliticum per regulas demittentes: anime illi simul ⁊ corporis obtinuere salutem. Deniq; hēs. Quorum fidem ut uidit. ait palitico. Confide fili: remittuntur tibi peccata etiam paulo post. Tolle grabratum tuum ⁊ ambula. Qui hec credit: facile hinc persuadebitur. merito ecclesiam presumere non solum paruulis baptizatis in sua fide salutem. sed etiā interfectis pro christo infantibus coronam martyrij. Que cum ita sint. nullum preiudiciū sustinebūt regenerati. de eo qđ dictū ē. sine fide impossibile ē placere deo: cū sine fide nō sint. qui in testimoniū fidei baptismi gratiā perceperunt. Sed neq; de eo qđ item dictum ē: qui uero non crediderit cōdempnabitur. Quid enim credere ē. nisi fidē habere? Itaq; ⁊ mulier saluabit̄ p generationē filiorum. si permanserit in fide cum lenitate: ⁊ infantibus per lauachri regenerationem succurretur. ⁊ adulti qui continere non poterunt. coniugij tricesimo fructu se redimient. uiuentiū quoq; preces ⁊ hostias mortui qui opus habebunt ⁊ digni erunt mediātibus pcipient anglis. et eorum qui iam peruenerunt uenientibus adhuc nequaquam solatia deerunt: in deo qui ubiq; est nusquam spiritu absentium. Nā ⁊ christus propter hoc mortuus est: ut uiuorum dn̄aretur. ⁊ mortuorum. Propter hoc quoq; ⁊ infans natus est. ⁊ per singulos etatum gradus ꝓfecit in uirum: ut nulli deesset etati. Non credunt ignem purgatorium restare post mortem. sed statim animam solutam a corpore uel ad requiem transire uel ad damnationē. Querant ergo qui dixit quoddam peccatum esse. qđ neq; in seculo neq; in futuro remitteretur. cur hoc dixerit si nullum in futuro manet remissio purgatione peccatorum. Iam uero qui eccliam non agnoscunt. non est mirum si ordinibus ecclesie detrahunt: si instituta non recipiunt: si sacramenta contempnunt. si mandatis non obediūt. Peccatores inquiunt sunt apostolici archiepiscopi. epischopi. presbiteri: ac per hoc nec dandis nec accipiendis idonei sacramentis. Nunquā duo ista conuenient: episcopum esse ⁊ peccatorem. falsum est. Episcopus erat cayphas: ⁊ tamen quantus peccator qui dominum mortis dictabat sententiam? Si negas episcopum: arguet te testimonium iohannis: qui enim testimonium sui pontificatus etiam prophetasse refert. Apostolus erat iudas. ⁊ lꝫ auarissimus ⁊ sceleratissimus: electus a domino.

An tu de illius apostolatu dubitas: quem dominus elegit? Nonne ego inquit vos duodecim elegi: et unus ex vobis diabolus est? Audis electum apostolum et eundem extitisse diabolum: et negas posse esse episcopum qui peccator est? Super cathedram moysi sederunt scribe et pharisei. et qui non obedierunt eis tanquam episcopis inobedientie rei fuerunt etiam in ipsum dominum precipientem et dicentem: que dicunt facite. Patet quamvis scribe quamvis pharisei quamvis et maximi peccatores: propter cathedram tandem Moysi ad eos quoque nihilominus pertinere quod item dixit: qui vos audit me audit. qui vos spernit me spernit. Multa quidem et alia huic populo stulto et insipienti a spiritibus erroris in ypochrisi loquentibus mendacium mala persuasa sunt: sed non est respondere ad omnia. Quis enim omnia novit? Deinde labor infinitus esset: et minime necessarius. Nam quantum ad istos nec rationibus convincuntur quia non intelligunt. nec auctoritatibus corriguntur. quia non recipiunt: nec flectuntur suasionibus quia subversi sunt. Probatum est. mori magis eligunt: quam converti. Horum finis interitus. horum novissima incendium manet. iuxta figuram facti sanson. Plerumque fideles iniectis manibus aliquos ex eis ad medium traxerunt. Quesiti fidem. cum de quibus suspecti videbantur. omnia prorsus suo more negarent: examinati iudicio aque. mendaces inventi sunt. Cumque iam negare non possent. quippe deprehensi aqua eos non recipiente. arrepto ut dicitur freno dentibus tam miser quam libere impietatem non confessi. sed professi sunt palam pietatem astruentes. et pro ea mortem subire parati: nec minus pati inferre qui astabant. Itaque irruens in eos populus. novos hereticis sue ipsorum perfidie martyres dedit. Approbamus zelum. sed factum non suademus: quia fides suadenda est. non imponenda. Quanquam melius proculdubio gladio coherentur illius videlicet. qui non sine causa gladium portat: quam in suum errorem multos trahicere permittantur. Dei enim minister ille est: vindex in iram ei qui male agit. Mirantur aliqui quod non modo patienter. sed et leti ut videbantur ducerentur ad mortem. sed qui minus advertunt quanta sit potestas diaboli. non modo in corpora hominum. sed etiam in corda que semel permissus possederit. Nonne plus est sibimet hominem vicere manus: quam id libenter ab alio sustinere? Hoc autem in multis potuisse diabolum frequenter experti sumus: qui seipsos aut submeserunt aut suspenderunt. Denique iudas suspendit seipsum: diabolo sine dubio immittente. Ego tamen magis existimo et magis admiror. quod potuit immisisse in cor eius ut traderet deum: quam ut semetipsum suspenderet. Nihil ergo simile habent constantia martyrum et pertinacia horum: quia mortis contemptum in illis pietas in istis cordis duricia operat. Et ideo propheta martyris forsitan voce dicebat. coagulatum est sicut lac cor eorum ego vero legem tuam meditatus sum: pro eo videlicet quod et si pena eadem videretur longe diversa esset intentio. illo utique durante cor contra dominum: isto in lege domini meditante. Que cum ita sint. non est opus ut

dixi frustra multa aduersus homines stultissimos atque obstinatissimos dicere: sufficit innotuisse illos ut uitentur. Quãobrem ut deprehendã tur cogendi sunt uel abicere feminas. uel exire de ecclesia: utpote scan dalizantes ecclesiam i cõuictu ꝛ ꝯtubernio feminarum. Dolendũ ualde quod non solum laici principes sed ꝛ quidam ut dicitur de clero nec nõ ꝛ de ordine episcoporũ. qui magis persequi eos debuerant: propter que stum sustineãt: accipientes ab eis munera. Et quomodo inquiunt dam pnabimꝰ: nec conuictos nec confessos? Friuola satis non ratio sed occa sio. Hoc solo ẽt si aliud non eẽt facile deprehendis. si ut dixi uiros ꝛ fe minas qui se continentes dicunt ab inuicem separes. ꝛ feminas quidez cum alijs sui ꝛ sexus ꝛ uoti degere cogas: uiros eque cum eiusdem pro positi uiris. Per hoc enim consultum erit utrorũqz uoto simul ꝛ fame: cum continentie sue ꝛ testes habuerint ꝛ custodes. Quod si non sustinẽt iustissime eliminabuntur de ecclesia quam scandalizant non solum nota bili. sed ẽt illicita cohabitatione. Ergo ista sufficiant pro deprehendẽdis harum uulpium dolis. ad dandam scientiam ꝛ cautelam dilecte ꝛ glo riose sponse domini nostri ihesu xp̄i: qui ẽ super omnia deus benedictus in secula.

Sermo .lxviij.

d Ilectus meus mihi. ꝛ ego illi. Hactenus uerba sponsi. Assit ipse ut digne ad gloriam ipsius ꝛ nostram ipsorum salutem: spõ se possimus uestigare sermones. Neqz enim tales sunt qui a nobis ꝯsiderari ꝛ discuti, put dignũ fuerit ualeãt: nisi ipse fuerit dux ṽbi. Sunt eni quã suaues ad grãz. tã fecũdi ad sẽsus: tã ẽt ꝓfũdi ad mysteria. Cui simulabo eos? Uni iteri alicui epulaꝝ. que triplici quadã emineat grã. ðliciosa ad saporẽ. solida ad nutrimẽtũ: efficax ad medicinaz. Sic in quã. sic singulus quisqz spõse s̄mo. ꝛ ex eo qð suauiter sonat. affectũ mul cet. ꝛ ð sẽsuũ ubertate mẽtẽ ipugnat ꝛ nutrit: ꝛ ð altitudie mysterioꝝ. dũ itellectũ quo plus exercet plus terret: miro mõ tumorẽ sanet inflatis scien tie. Eteni si unꝰ quispiã ex hijs forte qui sibi scioli uident̃ curiosius sese dederit scrutio hoꝝ cũ uiderit igenij sui succũbere uires. ꝛ redigi i capti uitatẽ oẽm itellectũ ꝓsẽserit: nõne hũiliatꝰ ad illã uocẽ ꝯpellet̃ ut dicat: mi rabilis facta ẽ sciẽtia tua ex me. ꝯfortata ẽ ꝛ ñ potero ad eã? Et nũc quidẽ pricipiũ ṽborum eiꝰ quãte suauitatis isigne prefert? Nã uide quale prici piũ dederit. Dilectꝰ iquit meꝰ mihi: ꝛ ego illi. Simplex uox uidetur qm̃ suauiter sonat: sed de hoc uidebitur postea. Nunc ṽo a dilectione icipit de dilecto prosequitur: nihil se aliud scire iudicans non dilectum. Pa tet de quo sermo: cũ quo nõ ita. Non enim ut cũ ipso eodẽ fuerit sentire permittitur. cũ ipse iã non affuerit. Neque id dubiũ nẽpe mox cũ reuo care uidetur. ꝛ quasi post tergũ clamare: reuertere inquiens dilecte mi.

Unde adducimur non aliud sane conicere. nisi qꝺ finitis ꝟbis ꝟuis iterꝫ suo more se absentauerit. ⁊ illa remanserit nihilominus de eo loquens: qui nunquam absens ē sibi. Ita ē: in ore retinuit qui nō recedebat a corde: nec quādo recedebat. Quod de ore exit de corde uenit: ⁊ ex abundātia cordis os loquitur. Ergo loquitur de dilecto ut uere dilecta. ⁊ uere diligenda: quoniam diligit multum. Querimus cum quo. naā de quo nouimus. ⁊ non occurrit nisi forte cū adolescentulis: que a matre abesse non possunt ubi discesserit sponsus. Sed melius ut opinor sentimus. secum potius. ⁊ non cum altera sic loquutam: presertim quod trūca ⁊ minus cōtinens inueniatur. insufficiēs plane ad dandā intelligētiam auditori: ob quam uel maxie inuicē loquimur. Dilectus meus mihi inquit: ⁊ ego illi? Non plus? Pendet oratio: immo non pendet. sed deficit. Suspenditur auditor: nec eruditur. sed erigitur. Quid est qꝺ dicit: ille mihi ⁊ ego illi? Nescimus quid loquitur: qꝛ nō sentimus qꝺ sentit. O sancta aīa quid tuus ille tibi: quid illi tu? Quenam queso hec inter uos tam familiariter fauorabiliterqꝫ discurrens exhibitio ⁊ redibitio? Tibi ille: tuiqꝫ uicissim illi. Sed quid? Idipsum ei tu: qꝺ tibi ille: an aliud? Si nobis si ad nostrā loqueris intelligentiam: euidēter quod sētis edicito. Quousque animas nostras tollis? An secūdum prophetam secretum tuū tibi? Ita ē affectus loquutus ē: non intellectus: ⁊ iō non ad intellectum. Ad quid ergo? Ad nihil. nisi quod mirabiliter delectata ⁊ affecta uehementer ad desideratos affatus. finem illo faciente nec tacere omnino quiuit: nec tamē qꝺ sētit exprimere. Neqꝫ enim ut exprimeret sic loquuta est: sed ne taceret. Ex abūdātia cordis os loquutū ē: sed nō pro abūdātia. Habēt suas uoces affectus. per quas se ēt cū nolunt prodūt: timor uerbi causa meticulosas dolor gemebundas: amor iocundas. Nūquid ꝯdolentiū plāctus. merentium ue singultus uel gemitus percussorum. itēqꝫ pauentiū subitas ⁊ efferatas clamationes. seu etiam saturatorum ructus. aut usus creat. aut ratio excitat. aut deliberatio ordinat: aut premeditatio format? Eiusmōi certum est non nutu prodire animi: sed erumpere motu. Sic flagrans ac uehemens amor presertim diuinus. cum se intra se cohibere nō ualet: non attendit quo ordine. qua lege. quaue serie seu paucitate ꝟborꝫ ebulliat: dūmō ex hoc nullū sui sētiat ꝺtrimētū. Interdū nec ꝟba requirit. īterdū nec uoces oīo ullas: solis adhoc contentus suspirijs. Inde ē qꝺ spōsa sācto amore flagrans. idque incredibili mō. sane pro captāda quātulacūqꝫ euaporatōe ardoris quē patiꝛ. nō ꝯsiderat quid. qualiter eloquatur: sed quicquid ī buccā uenerit amore urgēte n̄ enūtiat. sed eructuat. Quid ni eructet sic refecta ⁊ sic repleta? Reuolue textum epythalamij huius ab ipso exordio usque huc. ⁊ uide si tanta uspiam illi quanta hac uice in cūctis uisationibus ⁊ alloquutiōibꝰ spōsi copia eiꝰ īdulta fuerit. ⁊ si unquā ex ore ipsiꝰ n̄ mō tā multos. sꝫ ⁊ tā iocūdos ꝟmōes accepit. Que ergo repleuerat ī bonis ꝺsideriū suū: quid mirꝫ si ructū potiꝰ q̄ꝫ ꝟbū fecit? Et si

uerbum tibi feciſſe uidetur:eructatum puta.⁊ non ſubornatum. aut pre ordinatum. Nec enim ſponſa rapinam arbitratur ſibi aptare prophete dictuꝫ eructauit cor meũ uerbũ bonũ:quippe eodẽ repleta ſpiritu. Dilectus meus mihi ⁊ ego illi. Nil pñtie habet.deeſt orationi. Quid inde? Ructus ẽ. Quid tu in ructu queris.orationum iuncturas:ſollẽpnia dictionum? Quas tu tuo ructui leges imponis uel regulas? Non recipit tuã moderationem.non a te compoſitionem expectat.non commoditatem: non oportunitatem requirit. Per ſe ex intimis nõ mõ cum non uis.ſed ⁊ cum neſcis erumpit:euulſis potius quã emiſſus. Tamen odorem portat ructus quãdoqꝫ bonum.quandoqꝫ malũ:pro uaſorum e quibus aſcẽdit contrarijs qualitatibus. Deniqꝫ bonus homo de bono theſauro ſuo profert bonũ ⁊ malus malum. Bonum uas ſponſa dñi mei:⁊ bonꝰ mihi odor ex illa. Gratias tibi ago dñe iheſu qui me dignatus es admittere ſaltem ad odorandum. Ita domine.nam ⁊ catelli edunt ð micis q̃ cadũt de menſa dñoꝝ ſuorum. Mihi fateor bene redolet ructus dilecte tue: ⁊ de plenitudine eius quanuis modicum quid gratanter accipio. Memoriam ſuauitatis tue eructat mihi:⁊ neſcio quid ineffabile tue dignationis ⁊ amoris odoratus ſum in uoce iſta: dilectus meus mihi.⁊ ego illi. Ipſa ut dignum eſt epulet̃ ⁊ exultet in conſpectu tuo: ⁊ delectetur i leticia. Uerumtñ ſic tibi excedat:ut ſobria ſit nobis. Ipſa ergo repleat̃ i bonis domus tue.⁊ torrente uoluptatis tue potet̃:ſꝫ queſo pueniat ad me peccatorem uel tenuis odor eructante illa:cum ſatiata fuerit. Bene mihi eructauit moyſes:⁊ bonus odor in ructu eius creantis potentie. In principio inquit creauit deus celũ ⁊ terraꝫ. Bene yſaias.nã ſuauiſſimũ redimentis miſericordie odoreꝫ dedit ita eructuãs. Tradidit in mortem animam ſuam:⁊ cum ſceleratis reputatus eſt: ⁊ ipſe peccata multorum tulit.⁊ pro trãſgreſſoribus rogauit ut non pirent. Quid eque miſericordiam redolet? Bonus quoqꝫ ex ore iheremie ructus.bonꝰ ex dauid qui ait:eructauit cor meum uerbum bonum. Repleti ſunt oẽs ſpiritu ſãcto: ⁊ ructantes omnia impleuerunt bonitate. Ructum iheremie requiritis? Non ſum oblitus:iam parabam illum. Bonum eſt preſtolari cum ſilentio: ſalutare domini. Eius eſt. non fallor admouete naribus:balſamũ uincit ſuauitas remunerantis iuſticie quam importat. Patientem pro iuſticia uult me expectare mercedem in poſterum.non recipere in preſenti:quod iuſticie merces ſalutare nõ ſcĩ ſꝫ domini ſit. Si morã fecerit expecta euꝫ inquit:⁊ ne murmuraueris. qm̃ bonum ẽ cuꝫ ſilentio expectare. Ergo faciaꝫ quod hortatur:expectabo dominum ſaluatorem meũ. Sed peccator ſum ⁊ adhuc grandis mihi reſtat uia:qr longe a peccatoribuſ ſalꝰ. Nõ murmurabo tamẽ:i odore interim conſolabor me. Letabit̃ iuſtus in domino guſtu experiens:quod ego ſentio odoratu. Queꝫ ſpectat iuſtus peccator expectat:⁊ expectatio odoratio eſt. Nam expectatio ait creature:reuelationem filiorum dei expectat. Porro ſpectare guſta

re est ⁊ uideṙ:quoniam suauis est dominus. An potius iustus qui expe ctat:⁊ qui iā tenet beatus.' Denique expectatio iustorum letitia. Nam peccator nihil expectat.⁊ unde peccator quod bonis presentibus nō mo do detentus:sed ⁊ contentus.nihil in futurū expectat:surdus ad uocem illam.Expecta me dicit dominus in die resurrectionis mee in futurum. Et ideo iustus erat simeon q: expectabat ⁊ odorabat iam christum in spi ritu quem necdum in carne adorabat Et beatus in expectatione sua:q: per odorem expectationis peruenit ad gustum contemplationis.Deni que ait:⁊ uiderunt oculi mei salutare tuum. Iustus quoque abraam qui ⁊ ipse expectauit ut uideret diem domini:⁊ non est confusus ab expecta tione sua.nam uidit ⁊ gauisus est. Iusti appostoli cum audiebant ;⁊ uos similes hominibus expectantibus dominum suum. Quid ni iust⁹ dauid ⁊ quando aiebat:expectans expectaui dominum. Ipse ē quartus ō nūe ro prenominatorum ructatorum meorū quē pene preterieram. Non ex pedit quidē. Iste os suū aperuit ⁊ atraxit spiritum ⁊ saturatus non mo do eruactuit sed ⁊ cantauit. Ihesu bone quantam meis naribus ⁊ auri bus iste infudit suauitatē i ructu ⁊ cantu suo.ō oleo letitie quo unxit te ō us pre consortibus tuis:ex myrra ⁊ guta.⁊ cassia.a uestimētis tuis a do mib⁹ eburneis:ex quibus delectauerūt te filie regū i honore tuo.Utinā me digneris occursu tanti uatis ⁊ amici tui i die solēnitatis ⁊ letitie. quā do egrediṙ de thalamo tuo;epythalamiū suū canens i psalterio iocūdo cū cythara:affluens delicijs respersus ⁊ respergēs uniuersa istiusmodi pulucre pigmētario. In illa die uel potius i illa hora.nam horc ē.si quā do ē.fortassis ne hora quidē sed hore dimidium:iuxta illud scripture. fa ctū est silentium in celo quasi media hora.ergo i illa hora replebiṙ gau dio os meū ⁊ lingua nostra exultatione:dum singulos non dico psalmos sed uersus.sentiam ruct⁹:⁊ quidē odoriferos super oīa aromata. Quid iohannis ructu fraglantius.qui uerbi dei redolet eternitatē:generatōe᷑. diuinitatē:' Quid de pauli ructib⁹ loquar:quāta obrem suauitate replene runt:' Deniq᷑ christi bonus odor erat in oī loco. Uerba certe ineffabilia ⁊ si non profert ut audiā.offert tū ut cupiam:⁊ libeat odorare.que audiṙ nō l᷑. Nescio.n.quo pacto quo plus latēt plus placēt:⁊ auidius ibiam⁹ negatis.Sed iam aduerte apud sponsam similem rem quomodo instar pauli in presenti capitulo.⁊ secretum non aperit.nec preterit tamen intactum aliquid.quasi olfactui nostro indulgens:qō gustui forte interim non competere indicaret:siue propter indignitatem nostram.siue prop ter incapacitatem.Dilectus meus mihi.⁊ ego illi. Quod non ē dubium duorum quidem hoc loco amor mutuus flagrat:sed in amore summa unius profecto felicitas:alterius mira dignatio. Neq᷑ enim inter pares est consensio:seu complexio hec.Ceterum quid ista ex hac prerogatiua amoris glorietur.impensum sibi.repensumq᷑ uicissim a se.quis se liqui do nosse p̄sumat.nisi qui p̄cipua 'puritate mentis.ac corporis sanctitate

in semetipso meruerit tale aliquid experiri? Res est i affectibꝰ: nec ratio
ne ad eã pertingitur: sed conformitate. Quam uero pauci qui dicant.
Nos autem reuelata facie speculantes gloriaꝫ dei. in eandem ymaginẽ
transformamur de claritate i claritatẽ tanq̃ꝫ a dñi spu. Uerꝫ ut sub aliqua
qualicumqꝫ intelligentie forma. quod legitur redigatur. saluo quidem
sponse suo singulari secreto. ad quod interim non datur accedere pre
sertim talibus quales nos sumus: apponendum sane aliquid nobis eo
accõmodatius ad cõmunẽ sensuꝫ quo usitatius. qđ ⁊ uerbis consequen
tiam. ⁊ intellectum det paruulis. Et mihi quidem uidetur satis ẽe ad no
stram grossam ⁊ quodammodo popularem intelligentiam. si dicendo di
lectus meus mihi. subaudiamus intendit. ut sit sensus dilectus meus mi
hi intendit. ⁊ ego illi. Quanquã tamen nec solus ego id senseriꝫ nec pri
mus: cũ propheta ante me dixerit. Expectans expectaui dñm: ⁊ inten
dit mihi. Habes aperte intentionem domini ad prophetam: habes et
prophete ad dñm: in eo qđ ait. expectans expectaui. Naꝫ qui expectat
intendit: ⁊ expectare intendere est. Idem omnino sensus. eadem pene
uerba apud prophetam. que apud sponsam. sed a propheta transposita.
Prius siquidẽ is qđ illa posterius posuit: ⁊ econuerso. Ceterum spõsa
rectius loquuta est. nõ pretendens meritum. sꝫ premittens beneficium:
⁊ se preuentam dilecti gratia confitens. Recte omnino. Nam quis pri
or dedit illi ⁊ retribuetur ei? Deniqꝫ audi iohannem quid in epistola su
per hoc senserit. In hoc est caritas inquit non quasi nos dilexerimus
deum sed quoniam ipse prior dilexit nos. Propheta tñ gratie preuẽtio
nem ⁊ si tacuit. nõ negauit: subsequutionẽ plane nõ tacuit. Sꝫ accipe: et
alio loco certiorẽ de re ista ipsius cõfessionẽ. Et misericordia tua iquit. lo
quebar. subsequetr me: oibus diebꝰ uite mee. Audi ⁊ đ p̃uentiõe idemti
dem ipsius ñ nimis certã manifestamue sentẽtiã. Deus meus iquit mise
ricordia eiꝰ preueniet me. Itẽ ad deũ. Cito ait ãticipẽt nos misericordie
tue. qr paupes facti sumꝰ nimis. Pulchre spõsa posteriꝰ ni fallor hec ea
dẽ ordie põit: sꝫ sequitr ꝓphete ordinẽ: loquẽs hoc mõ. Ego dilecto meo:
⁊ dilectꝰ meꝰ mihi. Cur ita? Nẽpe ut tũc magis gratia plenã se ꝓbet. cũ
totũ grẽ dederit: ⁊ primas scilicet illi ptes ascribẽs. ⁊ ultimas. Alioquin
quomõ gr̃a plena: si quid habuerit qđ ñ sit ex gr̃a? Nõ ẽ quo gr̃a intret.
ubi iã meritũ occupauit. Ergo plena ꝯfessio grẽ: ipius grẽ plenitudineꝫ
đsignat i aia cõfitẽtis. Nã si quid đ ꝓprio inest: inquãtũ ẽ. gr̃aꝫ cedeṙ illi
necesse ẽ. Deest grẽ: quicquid meritis deputas. Nolo meritũ. qđ gr̃aꝫ
excludat. Horreo quicquid đ meo ẽ ut siꝫ meꝰ: nisi qđ illđ magis forsitã
meũ ẽ: ꝙ me meũ facit. Gr̃a reddit me mihi iustificatũ gratis: ⁊ sic libe
ratũ a seruitute peccati. Deniqꝫ ubi spiritꝰ. ibi libertas. O fatuã sponsã
synagogã. que contempnẽs dei iustitiã id est gratiam sponsi sui. ⁊ suam
uolẽs ꝯstituere: iustitie đi nõ ẽ subiecta. Ob hoc misera repudiata ẽ ⁊ iã
ñ ẽ spõsa: sꝫ eccl̃a cui dr̃. De spõsaui te mihi i fide. despõsaui te mihi i

iudicio ꝛ iusticia: desponsaui te mihi in mia ꝛ miserationibꝰ. Nec tu me elegisti. sed ego elegi te: nec ut eligerez tua inueni merita. sed preueni. Ita ergo in fide desponsaui te mihi. ꝛ non in operibus legis: despōsaui te in iusticia. sed iusticia que est ex fide. nō ex lege. Restat ut iudices iudicium rectum inter me ꝛ te. iudicium in quo te desponsaui: ubi constat interuenisse non tuum meritum: sed meum placitum. Hoc est autē iudicium. ut tua merita non extollas. non preferas opera legis: non iactes pondus diei ꝛ estus: que magis in fide ꝛ in iusticia que est ex fide: nec non in mia ꝛ in miserationibus nosceris desponsata. Que uere sponsa est. agnoscit ista. ꝛ utramqꝫ gratiam confitetur. primo quidem eaꝫ. que prima est: qua ꝛ preuenta est. post ea subsequentem. Ait itaque nunc. dilectus meus mihi. ꝛ ego illi: principium dilecto tribuens. In consequētibus ego inquit dilecto meo ꝛ dilectus meus mihi: consumationem illi eque concedens. Nunc iam uideamꝰ: quid dicat dilectꝰ meus mihi. Si enim hoc recipitur. ut subaudiamus intendit. sicut iam diximus. ꝛ sicut propheta ait. expectans expectaui dominum ꝛ intendit mihi: ego in uerbo isto sentio nescio quid non plane exiguum: nec mediocris prerogatiue. Sed non est ingerenda fatigatis auribus ꝛ mentibus res omni alacritate digna. Si nō grauat differatur. ꝛ non in longum: crastinus inde incipiat sermo. Tantum orate ut ab irruentibus occupationibus interim custodiat nos gratia ꝛ misericordia sponsi ecclesie ihesu xpi domini nři: qui est super omnia deus benedictus in secula.

Sermo. lxix.

Audite iam qđ heri distulimus: audite gaudiuꝫ meum qđ sensi.
a Et uestꝝ est: audite gaudentes. In uno uerbo spōse sensi hoc. ꝛ quasi odoratus abscōdi. eo nobis hodie festinius exhibendū. quo tempestiuus. Sponsa loquuta est: ꝛ dixit sponsum intendere sibi. Que est sponsa: ꝛ quis est sponsus. Hic deus uester est. illa si audeo dicere nos sumus cū reliqua quidē multitudine. captiuoꝝ quos ipe nouit. Gaudeamus. Glia nostra hec ē: nos sumus ī quos ītendit deus. Quāta tñ disparitas? Quid terrigene ꝛ filij hominū corā illo? Secūdū ꝑphetaꝫ sic sūt quasi ñ sint. ꝛ quasi nihilū ꝛ inane reputate sūt ei. Quid sibi ergo uult ista. inter tam dispares compatio? Aut illa in īmensū gloriať. aut is in īmensū amat. Quā admirabile ē qđ illius intētionē ista sibi quasi propriaꝫ uēdicat: dicēs. dilectus meus mihi. Nec eo cōtenta tñ. ꝑgit amplíꝰ gloriari. respondere se illi quasi ex equo: morem gerere. rependere uicem. Sequitur enim: ꝛ ego illi. Insolens uerbū: ꝛ ego illi. Nec minꝰ isolens dilectus meus mihi: nisi qđ utroqꝫ insolētius utrūqꝫ simul. O quid audet cor purum ꝛ cōscientia bona: ꝛ fides nō ficta. Mihi inquit intendit. Ita ne huic intēta ē illa maiestas. cui gubernatio pariter ꝛ āministratio uniuersitatis incumbit. ꝛ cura seculorum ad sola transfertur negotia:

immo ocia amoris ⁊ desiderij huius? Ita plane. Ipsa est enim ecclesia electorꝝ ꝺ quib⁹ apl's: omnia iquit ꝓpter electos. Et cui dubiū qꝺ gratia ⁊ misericordia dei sit in sanctos eius? ⁊ respectus in electos illius? Ergo ꝓuidentiam ceteris creaturis nō negamus: curam sponsa uendicat sibi. Nunquid de bobus cura est deo? Nec dubium quin idem possim⁹ dicere de equis. de camelis. de elephantis: ⁊ de cunctis bestijs terre. similiter ⁊ de piscibus maris ⁊ uolatilibus celi: postremo de omni re que ē super terram: solis sane exceptis quibus dicitur. Omnem sollicitudinem uestram proicientes in eum: quoniam ipsi cura ē de uobis. An non tibi uidetur ueluti hijs uerbis dictū: intēdite illi qꝛ ipse itēdit uobis? Et obserua apostolum petrū eius enim uerba sunt: si nō ipse ⁊ uerborū spōse obseruauerit ordinem. Nempe nō ait oēm sollicitudinem uestraꝫ proiciētes i eum. ut sit ipsi cura de uobis. sed qꝛ ipsi cura ē de uobis: aperte perinde monstrans. ecclesia sanctorum nō modo quoniam dilecta: sed ⁊ quod prius dilecta fuerit. Cōstat ad eam nō pertinere de v̄bo quod ꝺ bobus dixit apostolus: nam curam illius habet qui dilexit illam. ⁊ semet ipsum dedit pro illa. Nōne hec ē ouis errans cuius cura etiam supernorum cure gregum prelata est. Denique illis expositis pastor descendit ad istam. quesiuit diligēter. inuentam non reduxit. sed reportauit: noua cum illa ⁊ de illa intulit celis festa gaudiorum. populis. angeloruꝫ inuitatis ad solempnitatem. Quid ergo? Proprijs humeris dignatus est eaꝫ reportare: ⁊ curam illius non habebit. Ideo non confunditur dicere. dominus sollicitus est mei: nec se existimat errare cum item dicit. domin⁹ retribuet pro me. ⁊ si quid est aliud qꝺ curam dei circa ipsam significarī uideatur. Inde est quod dn̄m sabaoth dilectum suum dicit: ⁊ eum qui cuꝫ tranquillitate iudicat omnia. sibi intendere gloriaꝛ̄. Quid ni gloriet̄? audiuit illum dicētē sibi. Nunquid mater pōt obliuisci ut non misereatur filio uteri sui? Et si illa oblita fuerit: ego tn̄ non obliuiscar tui. Deniqꝫ oculi domini super iustos. Et quid sponsa nisi ꝯgregatio iustorum? Quid ipsa nisi generatio querentium dominum: querentium faciem sponsi? Non enim ille intendit huic: ⁊ n̄ ista illi. Propterea utrumqꝫ ponit dicens: ille mihi ⁊ ego illi. Ille mihi qꝛ begnus ⁊ misericors est: ego illi qꝛ nō sum igrata. Ille mihi gratiaꝫ ex gratia ego illi gr̄aꝫ ꝓ gr̄a. Ille mee liberatiōi: ego illi⁹ honori. Ille saluti mee: ego illi⁹ uolūtati. Ille mihi et n̄ alteri. qꝛ una sū columba ei⁹: ego illi ⁊ n̄ alteri nec eni audio uocē alienorū. nec eni acquiesco dicētibus mihi. ecce hic ē xp̄s. aut ecce illic est. Hoc eccl'ia. Quid singl's quisqꝫ nr̄m? Putamus ne i nobis quempiam eē: cui aptari queat quod dicit̄? Quid dixi i nobis. Ego aūt ⁊ de quouis itra eccl'iā cōstituto si quis hoc querat: nō omnino reprehēdēdū cēsueri. Nec eni una unius ratio ē atqꝫ multorum. Deniqꝫ n̄ propter animam unam sed propter multas i'unam ecclesiam colligēdas i unicam astrigēdas spōsam deus tam multa ⁊ fecit ⁊ pertulit: cum operatus ē salutem i

medio terre. Carissima illa est una uni non adherens alteri sponso: non
cedens alteri sponse. Quid ista non audeat apud tã ambitiosum amato
rem? Quid non ab illo speret: qui q̃siuit e celo: uocauit a finibus terre?
Nec mõ q̃siuit. sꝫ acquisiuit. Adde ⁊ d̃ mõ acquisitõis. Alias uͦ ꝑpea
ut assolet magis ꝑ̃sumit: qm̃ ꝓspiciens in futurum. non ignorat qꝛ dñs se
opus hẽt. Queris ad quid? Ad uidendum in bonitate electoꝝ suoꝝ ad
letandum in leticia gentis sue: ut laudetur cũ hereditate sua. Nec parũ
hoc opus existimes: nullũ dico tibi remanebit opus perfectuꝫ. si hoc nu
tarit. Nonne de statu ⁊ consumatiõe eccl̃ie: finis omnium pendet? Tolle
hãc. ⁊ frustra inferioꝛ ista creatura reuelationẽ filioꝝ dei expectat. Tolle
hanc. ⁊ neqꝫ patriarche neqꝫ ꝓphete aliqui consumabunt̃. cum paulus
asserat deum ita ꝓuidisse pro nobis: ne sine nobis cõsumarentur. Tolle
hanc. ⁊ ipsa sanctorum angelorum pro imperfectione sui numeri gloria
claudicabit: nec dei ciuitas de sui integritate gaudebit. Unde ergo iple
bitur propofituꝫ dei ⁊ mysteriũ uolũtatis eius magnumqꝫ illud pietatis
sacramentum? Unde postremo dabis mihi infantes. ⁊ lactentes: quoruꝫ
ex ore laudem suam perficiat deus? Celum non habet infantes: habet
ecclesia quibus ⁊ dicit. lac uobis potum dedi non escam. Et hij ad laudẽ
quasi complendã a propheta inuitantur dicente: laudate pueri dominũ.
Tu putas deum nostrũ totam habituruꝫ sue gl̃e laudem. donec ueniant
qui ĩ conspectu angelorum psallant sibi. letati sumus pro diebus quibus
nos humiliasti: annis quibus uidimus mala? Hoc genus letitie celi ne
scierunt. nisi ꝑ eccl̃ie filios: hoc nemo unquã letatur. qui nunquã non le
tatur. Oportune post tristitiam gaudium subit: post laborem quies. post
naufragium portus. Placet cũctis securitas. sꝫ ei magis qui timuit. Jo
cunda oĩbus lux: sꝫ euadẽti de potestate tenebraꝝ iocũdioꝛ. Trãsisse de
morte ad uitam uite gratiaꝫ duplicat. Pars mea hec in celesti cõuiuio:
⁊ seorsum ab ipsis beatis spiritibus. Audeo dicere exꝑtem mee beatitu
dinis ipsam beatã uitã: nisi si dignetur fateri qđ per caritatem ea in me
fruit̃. ⁊ ꝑ me. Aliquid sane uidet̃ etiã ꝑfectiõi illi accessisse ex me: neqꝫ
hoc paꝝ. Deniqꝫ gaudẽt angeli ad penitentiã pc̃coris. Qđ si delicie an
geloꝝ lacrie mee: quid d̃licie? Oẽ opꝰ ipsoꝝ laudat deũ: sꝫ deest laudi. si
desũt q̃ dicãt. Trãsiuimꝰ ꝑ ignẽ ⁊ aquã: ⁊ eduxisti nos ĩ refrigeriũ. felix ꝓ
inde ĩ sua uniuersitate eccl̃ia. cuiꝰ oĩs gl̃atio ipaꝛ ẽ cause ñ ꝓ hijs tm̃ q̃ illi
iã fc̃a sũt: sꝫ ꝓ hijs quoqꝫ q̃ d̃ illa adhuc oꝫ fieri. Nã d̃ meritis quid solli
cita sit. cui d̃ ꝓposito d̃i firmioꝛ suppetit securioꝛqꝫ gl̃andi rõ? Nõ põt se
ipsum negare deus. neqꝫ nõ facere que iam fecit. ut scriptum ẽ: qui fecit
que futura sunt. faciet faciet: nec deerit suo ꝓposito deus. Sic. n. ẽ qđ iã
queras quibꝰ meritis speremꝰ bona: ꝑ̃serti cũ audias apud ꝓphetã. Nõ
ꝓpter uos. sed ꝓpter me ego faciã: dicit dominus. Sufficit ad merituꝫ:
scire qđ ñ sufficiãt merita. Sꝫ ut ad meritũ satis ẽ de meritis ñ ꝑ̃sumer̃:
sic carere meritis satis ad iudicium est. Porro infantium renatorum

neminem carere meritis: sed xpi habere merita. Quibus se tamen indi gnos reddūt. si sua iungere non nequiuerint. sed neglexerint: qđ quiđ periculum iam adulte etatis ē. Merita proinde habere cures. habita da ta noueris. fructum speraueris domini misericordiam: ⁊ oīe periculum euasisti. paupertatis. ingratitudinis. presumptionis. Pernitiosa pauper tas. penuria meritorum: presumptio autem spiritus. fallaces diuitie. Et ideo diuitias ⁊ paupertates ne dederis mihi domine. ait sapiens. Felix ecclesia cui nec merita sine presumptione: nec presumptio absque meri tis deest. Habet unde presumat. sed nō merita. Habet merita: nō ad p̄ sumendum. sed ad promerendum. Ipsum nō presumere: nōne prome reri ē. Ergo eo presumit securius. quod non presumit: ⁊ non est quod cō fundatur in uerbo glorie. cui multa materies gloriandi. miser cordie dñi multe: ⁊ ueritas domini manet in eternū. Quid ni glorietur secura. i cu ius testimonium glorie misericordia ⁊ ueritas obuiauerunt sibi: Siue igi tur dicat dilectus meus mihi. siue dicat expectaui dominum ⁊ intendit mihi. siue ēt dominus sollicitus ē mei. uel si que sūt cuiusmōi uoces alie atque alie. que diuinū quendā affectum ac singularem fauorem erga ali quid similiter exprimere uideantur. nihil horū a se alienū putabit. cui ra tio presumendi domini constitutio ē. presertim cū nō alteram uideat spō sam alteram ue ecclesiam. cui possint fieri: que non possunt ñ fieri. Ergo de ecclesia patet quod i nullo illa omnia sibi aptare uerebitur. De una aīa queritur etiam si sit spiritalis ⁊ sancta: liceat ne illi ullo modo audere in talibus. Neque enim prerogatiuas omnes unius illius chatolice mul titudinis. ob quam omnia fiunt una de multitudine arrogabit sibi: quan talibet emineat sanctitate. Et ideo difficilius ut sentio ego inuenietur. si tamen inuenietur: quomodo possit licere. Unde necessarium reor alio istud sermone temptari. nec modo ingredi uias scrupulose disputationis. quarum adhuc exitum ignoramus: nec prius super uerbo abscondito oratum fuerit ad eū qui aperit ⁊ nemo claudit: sponsū ecclesie iesum xp̄m dominum nostrum. qui ē super omnia deus benedictus in secula.

Sermo. lxx.

d Ilectus meus mihi: ⁊ ego illi. Hāc uocē uniuersali ecclesie. ser mo superior assignauit: propter factas sibi a deo promissiōes ui te eius que nūc ē pariter ⁊ future. De anima proposita questio ē. q̄r ñ pōt sibi arrogarī una qđ uniuersitas audeat nec aliquo mō ad se traherī illā. si ñ lʒ. referam⁹ oportet ita ad ecclīaʒ: ut nullaten⁹ ad psonā. Nec mō hāc. sʒ ⁊ reliquas uoces similes huic. loquētes grādia. ubi grā. expectaui dñm: ⁊ itēdit mihi: ⁊ si quas alias s̄mo supior pstrixit. Qđ si quis licerī putat ego ñ ab uno: sʒ īterest cui. ñ. n. cuicūqʒ. prorsus hēt eccle sia đi spūales suos. qui ñ mō fideliī sʒ ⁊ fiducialiī agāt ī eo. cū đo q̄si cū amico loqntes: testiomū illis phibēte pscia glē h⁹. quinā illi sint. id quiđ penes đm: tu uo audi qualē te eē oporteat si talis uis eē. Qđ tñ dixerim

non quasi expertus:sed quasi experiri cupiens. Da mihi animam nihil amantem preter deum. ⁊ quod propter deum amandum est. cui uiuere christus non tantum sit. sed ⁊ diu iam fuerit. cui studij ⁊ ocij sit prouidere dominum in conspectu suo semp. cui sollicite ambulare cū dn̄o deo suo ñ dico magna. sꝫ una uolūtas sit. ⁊ facultas ñ desit: da inquā talem aliquaꝫ animam. ⁊ ego nō nego dignā sponsi cura. maiestatis respectu. dn̄antis fauore: sollicitudine gubernātis. Et si uoluerit gloriari nō erit insipiens: tm̄ ut qui gloriatur: in dn̄o gl'etur. Ita in quo multi audēt. audet ⁊ unus: sed alia ratione. Nēpe sanctā multitudinem cause supradicte fidentem faciunt. sanctā animam duplex quedam ratio. Primo quidē qđ habeat i natura simplicissima. spōsi diuitas. q̄si unū respiceř mltos: ⁊ q̄si multos unū. Nec ad mltitudinē mult⁹ exit. nec ad paucitatē rarus. nec ad diuersitatem diuersus. nec restrictus ad unū: nec anxius ad curas. nec perturbat⁹ seu turbulēt⁹ ad sollicitudies. Sic sane uni itēt⁹ ut ñ ðtētus: sic plurib⁹. ut nō distētus. Deinde qđ ut ꝓbare suauissimū. ita rarissimū ꝓbasse est. tanta est dignatio uerbi. tanta beniuolentia patris uerbi. erga bn̄ affectam ⁊ bene compositā aiaꝫ: quod quidē ipsum patris munus. ⁊ uerbi opus est. ut quā sua tali benedictione preuenerit. ⁊ p̄parauerint sibi. sua quoqꝫ dignenř presentia: ⁊ ita ut non mō ad eam ueniant: sꝫ etiam apud eam mansionem faciant. Non enim sufficit exhiberi: nisi ⁊ copiaꝫ sui prebeāt. Quid est uenire ad animam uerbum? Erudire in sapientia. Quid est patrem uenire? Afficere ad amorē sapientie: ut dicere possit. quia amatrix facta sum forme illius. Patris diligere est. ⁊ ideo patris aduentus ex infusa dilectione probatur. Quid faceret absqꝫ dilectione eruditio? Inflaret. Quid absqꝫ eruditione dilectio? Erraret. Deniqꝫ errabant: de quibus dicebatur. Testimoniuꝫ illis perhibeo quod zeluꝫ dei habent: sed non secundū scientiam. Non decet sponsā ùbi esse stultā: porro elatā pater ñ sustinet. Pater eni diligit filiū. ⁊ oēm altitudinē extollētē se aduersus sciētiā ùbi sep i ꝓmptu hꝫ deicere atqꝫ ðstruere: siue immittendo zelum. siue intendendo. quorum alterum indicij est. Utinaꝫ omnem in me extollentiam comprimat. immo deiciat. ⁊ ad nihilum redigat: non accensus furor sed infusus amor. Utinam discam non superbire: sed unctione potius quaꝫ ultione magistra. Domine ne in furore tuo arguas me sicut angelum extollentem se in celo: neqꝫ in ira tua corripias me sicut hominem in paradyso. Ambo iniquitatem meditati sunt altitudinem affectantes. ille potentie. iste scientie. Deniqꝫ credidit insipiens mulier policenti sed seducenti eritis sicut dij scientes bonum ⁊ malum. Iam sese ante seduxerat: cui persuaserat similez fore altissimo. Nam qui se putat aliquid esse cum nihil sit: ipse se seducit. Uerum utraque altitudo deiecta est. sed in homine mitius indicante ita illo: qui omnia facit in pondere ⁊ ⁊ mensura. Nam angelo in furore punito immo dampnato: homo iram tantum sensit ⁊ non furorem. Nempe cuꝫ

iratus fuit misericordie recordatus est. Propter hoc semen eius filij ire ⁊ nõ furoris: usqꝫ in hodiernũ diẽ. Si nõ nascerer ire filius: nõ opꝰ esset renasci. Si furoris nascerer: aut nõ contigisset aut non ꝓfuisset renasci. Uis uidere furoris filium? Si uidisti sathanam tanquã fulgur cadentem de celo. qđ est in impetu furoris precipitatum: ⁊ cognouisti de furore đi. Deniqꝫ nõ est recordatus misericordie sue: quia cuꝫ iratus fuerit mĩe recordabitur. nõ cuꝫ iam usqꝫ ad furorẽ exarserit. Ue filijs diffidẽtie. Hijs quoqꝫ qui ex adã sunt qui nati ire filij. ipsi sibi iraꝫ in furorẽ. uirgã in baculum: imo in malleum diabolica obstinatione conuertunt. Deniqꝫ thesaurizaut sibi iram ĩ die ire. Ira autem accumulata quid nisi furor. Hec cauerunt peccatum diaboli: ⁊ diaboli sententia percelluntur. Ue etiam quãuis mitius quibusdã filijs ire. qui nati in ira non expectauerũt renasci in gratia: nempe mortui in quo ⁊ nati ire filij permanebunt. Ire dixerim nõ furoris: qꝛ ut pijssime creditur ⁊ humanissime gemitur. mitissime sunt pene totum quo addicti sunt aliunde trahentium. Ergo in furore diabolus iudicatus est: qꝛ inuenta est iniquitas eius ad odiũ: hominis autẽ ad iram. ⁊ ideo in ira corripitur. Ita omnis altitudo cõtrita ẽ. ⁊ que inflat ⁊ que precipitat: patre nimirꝫ zelante pro filio. Utrobiqꝫ siquidem iniuria filij ẽ. ⁊ de usurpata potentia aduersus uirtutem dei que ipse est: ⁊ de presumpta scientia aliunde quam a sapientia dei que nihilominus ipse est. Dñe· quis similis tibi? Quis nisi ymago tua? Quis nisi splendor ⁊ figura substantie tue? Solus in forma tua. solus non rapinã arbitratꝰ ẽ esse se equalem tibi: altissimus altissimi filius. Quomodo non equalis? Etiã unũ estis: ipse ⁊ tu. Sedes illi a dextris tuis: non sub pedibꝰ. Quo pacto audet quis peruadere locum unigeniti tui? Precipitetur. Põit sibi sedem in excelso: subuertatur cathedra pestilentie. Item quis docꝫ hominem scientiaꝫ? Nõne tu o clauis dauid. aperiens cui uis: ⁊ cui uis claudẽs? Et quomõ sine claue ad thesauros sapientie ⁊ scientie introitꝰ. immo irruptio temptabatur? Qui non intrat per ostium. fur est ⁊ latro. Petrus ergo intrabit: qui claues accepit. Non tñ solus. nã ⁊ me si uoluerit introducet. aliumqꝫ excludet quem forte uoluerit: in scientia ⁊ potestate sibi data desuper. Et hee claues. Que? Potestas aperiẽdi ⁊ claudendi: atqꝫ inter excludendos ⁊ admittendos discretio. Et non in serpẽte thesauri sed ĩ xp̃o. Et ideo nõ potuit dare scientiam serpens quaꝫ nõ habuit: sed qui habuit dedit. Nec enĩ ipse potuit hr̃e potentiam quã nõ accepit: sed qui accepit habuit. Dedit xp̃s. accepit petrus. nec ĩflatus đ scientia: nec precipitandus de potentia. Quare? Quia in neutra extollit se aduersus scientiam dei. qui nihil horum preter dei sciẽtiã affectauit: sicut ille qui dolose egit ĩ conspectu eius. ut inueniatur iniquitas eius ad odium. Quomodo denique preter scientiã dei qui se scribit apostolũ ihesu christi secũdũ prescientiã dei patris? Et hec dicta sint ꝓ eo qđ icidit de zelo dei quem itendit in preuaricantes angelum hominemque:

nam in ambobus repperit prauitatem. qualiter uidelicet in ira ⁊ in furore suo destruxerit omnem altitudinem extollentē se aduersum sciētiā dī. Nunc iam recurrendum ad zelum misericordie. id est qui non intendit sed qui imittitur: qm̄ qui intenditur ut iaꝫ diximus iudicij est. ⁊ satis nos terruit ex memoratis exemplis tam grauiter punitoruꝫ. Propterea ibo mihi ego ad locum refugij a facie furoris domini: ad illuꝫ utiqꝫ pietatis zelum suauiter ardentem efficaciter expiantem. Nunquid non expiat caritas? Et potenter. Legi qđ operiat multitudinem peccatorum. Sed dico. Nunquid non ydonea est seu sufficiens ad deiciendam humiliandamqꝫ omnem extollentiam oculorum ⁊ cordis? Et maxime. Nam non extollitur. non inflatur. Si ergo dn̄s ihesus dignetur uenire ad me uel potius in me. n̄ in zelo furoris ⁊ ne in ira quidem. sꝫ in caritate ⁊ spiritu mansuetudinis. emulans me dei emulatione. quid enī ita dei ut caritas. nempe ⁊ deus est: si inquā in ista uenerit: in hoc cognoscam qđ non sit solus: sed uenerit etiam pater suus cum eo. Nam quid eque paternum? Propter hoc nempe non pater uerbi tm̄. sed ⁊ pater misericordiarum est appellatus: qđ innatum hēt misereri semper ⁊ parcere. Si sensero aperiri mihi sensum ut intelligam scripturas. aut sermonem sapientie quasi ebullire ex intimis. aut infuso lumine desuper reuelari misteria aut certe expandi mihi quasi qđdam largissimum celi gremium. ⁊ uberiores de sursum influere animo meditationum imbres: non ambigo sponsum adesse. Verbi siquidem hee copie sunt ⁊ de plenitudine eius ista accipimus. Qđ si se pariter infuderit humilis quedā sed pinguis intime aspersionis deuotio. ut amor agnite ueritatis necessarium quoddā odium uanitatis in me generet ⁊ contemptum. ne forte aut scientia inflet: aut frequentia uisitationum extollat me: tunc prorsus paterne sentio agi mecum. ⁊ patrem adesse non dubito. Si autem perseuerauero huic dignationi. dignis semper qđ in me est affectibus ⁊ actibus respondere. ⁊ gratia dei apud me uacua non fuerit. etiam mansionem apud me faciet tam pater enutriens quam uerbum erudiens. Quanta putas ex hac mansione inter animam ⁊ uerbum familiaritatis gratia oriatur: quāta de familiaritate sequatur fiducia? Non est ut opinor qđ iam talis anima dicere uereatur dilectus meus mihi: que ex eo qđ se diligere et uehementer diligere sentit. etiam diligi nihilominus uehementer non ambigit. ac de sua singulari intentione. sollicitudine. cura. opera. diligentia. studioqꝫ quo incessanter ⁊ ardenter inuigilat quemadmodum placeat deo. eque hec omnia in ipso indubitanter agnoscit: recordans promissionis eius. in qua mēsura mensi fueritis remetietur uobis. Nisi qđ redibitionē gratie prudens sponsa ad suaꝫ magis cauta est trahere ptē: sciens se preuentam potius a dilecto. Inde est qđ illius opam prefert: dilectus inquiens meus mihi ⁊ ego illi. Ergo ex ꝓprijs q̄ sūt penes deū agnoscit: nec dubitat se amari q̄ amat. Ita ē. amor dī amorē aīe parit: ⁊

illius precurrens intentio intentam animam facit. sollicitudoqȝ sollicitã. Nescio enim qua uicinitate nature cũ semel reuelata facie gloriam dei speculari anima poterit: mox illi conformari necesse est. atqȝ in eandem ymaginem transformari. Igitur qualem te paraueris deo: talis oportet appareat tibi deus. Cum sancto sanctus erit: ⁊ cũ uiro inocẽte innocens erit. Quid ni eque ⁊ cũ amante amans ⁊ cum uacante uacans: ⁊ cum itento intentus. ⁊ sollicitus cum sollicito? Deniqȝ ait. Ego diligentes me diligo. ⁊ qui mane uigilauerint ad me inuenient me. Uides quomodo non solum de amore suo certum te reddat siquidẽ tu ames illum. sȝ etiã de sua sollicitudine quã pro te gerit. si te senserit sollicitum sui? Uigilas tu. uigilat ⁊ ipse. Consurge in nocte in principio uigiliarum tuaꝝ accelera quãtum uis etiã ipsas anticipare uigilias: inuenies eũ nõ preuenies. Temere in tali negotio uel prius aliquid tribuis tibi uel plus. Et magis amat. ⁊ ante. Si hec anima scit. imo qꝛ scit. miraris qđ illaȝ maiestatem quasi cetera nõ curantem soli sibi intendere glorieẽ. cui soli ipsa postpositis curis omnibus, tota se deuotione custodit? Sermo finẽ desiderat. sȝ unum dico spiritalibus qui in uobis sunt mirũ quidẽ. sed uerũ: animam deũ uidentẽ. haud secus uidere quã si sola uideaẽ a dõ. Ea ergo fiducia dicit illũ itẽdere sibi seqȝ illi: nihil preter se ⁊ ipsum uidens. Bonus es domine anime querenti te: occurris. amplecteris sponsum exhibes qui dominus es: imo qui es super omnia deus benedictus in secula.

Sermo. lxxi.

d Ilectus meus mihi ⁊ ego illi: qui pasc tur inter l lia. Quis huic iam imputet presumptioni uel insolentie si se dicat inisse societatem cum illo qui pascitur inter lilia? Etiam si inter sydera pasceretur eo solo quo pasceretur nescio quid magnũ uideri possit cũ eius mõi amicicias seu familiaritatẽ habere. Aliquid prorsus ignobile ⁊ hũile sonat pasci. Nũc võ cũ ⁊ pasci iter lilia ꝓhibeẽ dilectõis adiectio lõgiꝰ amouet ⁊ ꝓpulsat temeritatis notã. Quid enim sunt lilia? Iuxta ṽbum domini fenum quod hodie est. ⁊ cras in clybanũ mittitur. Quantus est iste qui feno pascitur: quasi unus agnoruȝ ⁊ uitulorum? Et agnus plane ⁊ uitulus saginatus. Sed tu forte uigilantius aduertisti nõ papuluȝ hoc loco designari sed locum: nec enim dictum liliis eum pasci sed iter lilia. Esto. nõ fenũ comedit ut bos. in feno transuersari ⁊ sup fenũ discũbere instar unius de turba quid eminentie habere potest? Quid uero glorie huic habere dilectum illum qui hoc egerit? Et secundum litteram quidẽ sponse uerecundia ⁊ cautela prudentie eius in loquendo satis apparet. utiqȝ disponentis sermones suos in iudicio: ⁊ rerum gloriam uerborum modestia temperantes. Alias autem non ignorat unum esse ⁊ qui pasci tur ⁊ qui pascit. inter lilia commorantem ⁊ regnantem super sydera. At libentius dilecti humilia memorat. propter humilitateȝ quidẽ ut dixi magis autẽ qđ exinde cepit ẽe dilectus. ex quo ⁊ pasci. Nec mõ exinde

sed inde. Nam qui in altissimis est dominus in imis est dilectus: super sydera regnans ⁊ inter lilia amans. Amabat ⁊ sup sydera quia nusquã ⁊ nunquã potuit non amare qui amor est: sed donec ad lilia descendit: ⁊ pascuntur lilia comptus est. nec amatus est. nec factus dilectus. Quid? Non est amatus a patriarchis ⁊ prophetis? Est. sed non priusquã uisus ẽ ⁊ ab ipsis iter lilia pasci. Neqꝫ eni ñ uiderũt quẽ puiderũt: nisi ita quis absqꝫ spu sit. ut uidẽtẽ i spu putet uidere nihil. Unde ergo uidẽtes nam sic prophete appellati sunt: si nihil uiderunt? Inde est qꝺ uoluerunt uidere que non uiderunt: nec enim poterant uelle uidere in corpore. quez in spiritu non uidissent. Sed dico. Nũquid omnes pphete? Quasi oẽs uidere uoluerint: aut fuerit omnium fides? Sed enim qui uiderunt aut prophete fuerunt: aut prophetis acquiescentes. Et credidisse. eũ uidisse est. Non modo namqꝫ qui prophetie spirituz. sed ⁊ qui per fidez uidet. si quis ipsum quoqꝫ dicat uidere in spiritu: mihi non uidetur errarẽ. Ita ergo qꝺ ad lilia descendere ⁊ inter lilia pasci dignatus est is qui omnes pascit dilectum fecit illum: quia non potuit ante diligi quaz agnosci. Ac per hoc cum de dilecto facta mentio est: pulchre ⁊ illud memoratum est. qꝺ dilectionis ⁊ agnitionis extitit causa. Querenda in spiritu refectio hec inter lilia: nam corporeã cogitare ridiculum est. Quin ipsa lilia spiritualia si quidem potuerimus demonstranda a nobis erunt. Puto ⁊ hoc quoqꝫ dicere nos oportebit. unde inter lilia pascatur dilectus: lilijs ne ipsis an alijs inter lilia reconditis herbis uel floribus. Et in hijs illud mihi difficilius apparet: qꝺ pasci nõ pascere perhibetur. Naz quia pascat dubium non est: nec enim indignum ei. At pasci indigentiam sonat: et ne spiritualiter quidem sine iniuria maiestatis facile illi posse assignari uidetur. Nec ego sane recordor usqꝫ modo aduertisse me in cãtico hoc pastum uspiam perhiberi. cum pascentem puto recordemini ⁊ uos mecum. Deniqꝫ postulauit sibi aliquando demonstrari ubi in meridie pasceret ⁊ cubaret. ⁊ nunc quidem qꝺ nec dum dixerat perhibet pasci. sed non similiter postulat locum indicari sibi. sed ipsa indicat: assignans inter lilia. Nouit hoc. illud non nouit. quia eque presto esse non potest qꝺ sublime ⁊ in sublimi est: ⁊ qꝺ humile ⁊ super terram. Sublime opus. sublimis ⁊ locus: nec accessus ad eum usqꝫ adhuc uel ipsi sponse. Et ideo semetipsum exinaniuit usqꝫ ad hoc ut pasceretur ipse omnium pastor. ⁊ inuentus est inter lilia. ⁊ uisus ab ecclesia: adamatus est ab inope pauper. factus dilectus propter similitudinem. Non solum autez sed ⁊ ppter ueritatẽ ⁊ mansuetudinẽ ⁊ iustitiã. qꝺ per eũ scilicet pmissiones adiplete sũt. qꝺ iniquitates remisse sũt: qꝺ supbi demones una cũ pricipe suo iudicati sunt. Talis ergo apparuit qui merito amaretur: uerax pro se: mitis hominibus. iustus pro hominibus. O uere amanduz ⁊ totis medullis cordis amplectendum sponsum. Quid iam cunctetur ecclesia totam se tota deuotione committere tam fido redditori. tam pio

indultori:tam iusto propugnatori? Porro premiserat propheta dicens. Specie tua ꝛ pulchritudine tua. intéde, psspere. Unde species hec ꝛ pul chritudo? Puto ex lilijs. Quid lilio speciosius? Sic nihil formosius sposo. Que süt ergo illa lilia: e quibus species decoris eius? Procede iquit ꝛ re gna: ppter ueritaté ꝛ másuetudiné ꝛ iusticiá. Lilia sunt lilia inquam or ta de terra. nitentia super terram. eminentia in floribus terre: fraglátia sup odoré aromatũ. Ego inter hec lilia sponsus ꝛ oimõ ex illis speciosus ꝛ pulcher. Alias enim quod quidem ad carnis ifirma spectat: nõ erat ei species neqꝫ decor. Bonũ aũt liliũ ueritas. candore conspicuum: odore precipuũ. Deniqꝫ candor é lucis eterne. splendor ꝛ figura substátie dei. Liliũ pláe quod ad nouá benedictioné terra nostra pduxit: ꝛ parauit áte faciem omnium populorum lumen ad reuelationem gentium. Donec sub maledicto fuit terra: spinas ꝛ tribulos germinauit. At nunc ueritas de terra orta est. domino benedicente: speciosus omnino quidam flos cá pi. ꝛ lilium conuallium. Agnosce lilium ex cádore qui mox i ipso exortu floris de nocte pastoribus emicuit dicente euágelio. qꝛ angelus dñi ste tit iuxta illos: ꝛ claritas dei circumfulsit illos. Bene dei: qꝛ non angeli sꝫ lilij candor. Ille aderat: sed illud micabat ab usque bethleem. Agno sce lilium ꝛ ex odore quo ꝛ longe positis innotuit magis. ꝛ quidem stella apparuit. sed eam minime uiri graues secuti fuissent: nisi intima quadam suaue olentia orti lilij traherentur. ꝛ uere lilium ueritas cuius odor animat fidem: splendor intellectum illuminat. Leua etiam oculos nunc in ipsam personaꝫ dñi qui in euangelio loquitur ego sum ueritas: ꝛ uide quá competenter ueritas lilio comparetur. Si ñ aduertisti. aduer te de medio floris huius quasi uirgulas aureas prodeuntes cinctas can didissimo flore. pulchre ac decenter disposito in coronam. ꝛ agnosce au ream in christo diuinitatem. humane coronatam puritate nature. id est christum in dyademate: quo coronauit eum mater sua. Nam in quo coronauit eum pater suus. lucem habitat inacessibilem. nec possem modo illum uidere in eo. Sed de hoc alias. Nunc uero lilium ueritas est. Est ꝛ masuetudo. Et bene lilium mansuetudo. habens inno centie candorem. ꝛ odorem spei. quoniam sunt reliquie inquit homi ni pacifico. Bone spei uir mansuetus nec minus ét in preséti lucidum quoddam uite é. socialis exemplar. An nõ lilium que lucet officio: redo let spe? Adde qꝫ sicut ũitas de terra orta é: ita ꝛ mansuetudo. Nisi quis dubitet ortum de terra agnum dominatorem terre: illum agnum qui ad occisionem ductus est. ꝛ nõ aperuit os suum. Nec tantum mansuetu do seu ueritas de terra orta est: sed ꝛ iustitia propheta dicente. Rorate celi desuper ꝛ nubes pluant iustum: aperiatur terra ꝛ germinet saluato rem. ꝛ iustitia oriatur simul. Quod autem iustitia lilium sit. recordare de scriptura. qꝛ iustus germinabit sicut lilium: ꝛ florebit i eternum ante do minum. Nequaquam lilium hoc hodie est. ꝛ cras in clybanum mittitur

quod in eternũ florebit. ⁊ florebit añ dñm cuius ĩ memoria eterna erit iu
stus. ⁊ ab auditiõe mala nõ timebit. illa scilȝ auditõe qua, ĩ clybanũ ignis
peccatores ire iubẽtur. Porro huius lilij cãdor cui nõ splẽdet: nisi cui nõ
placet? Deniqȝ sol ẽ sed nõ ille qui oritur super bonos ⁊ malos. Neque
eni qui dicturi sũt sol iustitie nõ ortus ẽ nobis lucem illius quandoqȝ ui
derũt. uiderũt ãt quotquot audierũt: uobis qui timetis deũ orietᵣ sol iusti
tie. Ergo candor huius lilij apud iustos. fraglantia etiam usqȝ ad iniquos
diffunditur: ⁊ si non ĩ bonũ ipsis. Denique audiuimus iustos dicẽtes. qr
xp̄i bonus odor sumus deo ĩ oĩ loco. sed alijs quidẽ odor uite ĩ uitaȝ. alijs
odor mortis ĩ mortẽ. Quid uel sceleratissimus iusti nõ probet opinioneȝ
quãuis nõ amet opus? Et beatus si se nõ iudicat ĩ eo quod probat. Iudi
cat ãt probãs bonũ ⁊ nõ amans: ideoque nõ beatus plane sȝ miser. pro
prio cõdẽnatus iudicio. Quid eo miserius cui odor uite. nõ uite sed mor
tis nuntius ẽ? Immo nec nuntius quidẽ: sed baiulꝰ. Sũt multa apᵭ spõ
suȝ ⁊ alia lilia preter hec que ex propheta ĩciderũt nobis: ṽitatẽ loquor
⁊ mansuetudinem ⁊ iustitiam. nõ erit difficile iam cuilibet uestrũ similia
reperire per semetipsum ĩ orto tam deliciosi sponsi. Abũdat ⁊ superabũ
dat talibus. Quis illa enumeret? Nẽpe qᵭ ṽtutes. tot lilia. Quis finis uir
tutũ apud dominũ uirtutũ? Quod si plenitudo ṽtutũ ĩ xp̄o: ⁊ liliorum. Et
fortassis propterea sese liliũ appellauit. qᵭ totus uersetur ĩ lilijs ⁊ omnia
que ipsius sũt lilia sint. cõceptio. ortus. cõuersatio. eloquia. miracula. sa
cramẽta: passio. mors. resurrectio. ascẽsio. Quid horũ nõ cãdidum: ⁊ non
suauissime redolens. Tanta deniqȝ ĩ cõceptione refulsit superni luminis
claritas de superueniẽtis abũdantia spiritus. ut ne ipsa quidẽ uirgo san
cta sustinuisset: si nõ sibi obũbratũ foret a uirtute altissimi. Porro ortum
candidauit ĩcorrupta uirginitatis matris. conuersationem ĩnocentia uite
eloquia ṽitatis. miracula puritas cordis. sacramenta pietatis archanum.
passionem patiendi uoluntas. mortẽ libertas non moriendi. resurrectio
nẽ martyrum fortitudo: ascensionẽ exhibitio, pmissorũ. Quam bonis fidei
odor in hijs singulis. nostra quidem qui candorẽ nõ uidimus tempora
⁊ uiscera replens. Et beati qui nõ uiderunt ⁊ crediderũt. Pars mea
ĩ hijs: odor uite qui procedit ex ipsis. Is infusus naribus meis apto quo
dã fidei ĩstrumẽto. ⁊ quidẽ copiosius pro multitudine liliorum: sane ⁊
exilium leuat. ⁊ patrie desiderium assidue innouat. in uisceribus me
is. Habent lilia ⁊ aliqui sodalium sponsi: sed non copiam. Omnes
enim ad mensuram spiritum acceperunt: ad mensuram uirtutes ⁊ do
erit. etiam nunc ignorare me fateor. secundum illud. nescis unde ueniat
aut quo uadat. Nec mirum tamen quia ipse est cui dictuȝ est: ⁊ uestigia
tua non cognoscentur. Sane per oculos non intrauit. quia non est colo
ratum. Sed neqȝ per aures: quia non sonuit. Sed neqȝ per nares. quia
nõ aeri miscetur sed menti: nec infecit aerem sed fecit. Neqȝ uero per
fauces qꝛ nõ est mansum uel haustum. Nec tactu compi illud: quia pal
pabile nõ est. Qua igitur introiuit? An forte nec introiuit quidẽ. qꝛ non
de foris uenit. Neqȝ enim est unũ aliquid. ex hiis que foris sunt. Porro
nec de intra me uenit: qm̃ bonũ est. ⁊ scio qð nõ est i me bonũ . Ascẽdi
etiã supius meũ: ⁊ ecce supra hoc uerbum eminens . Ad iferius quoqȝ
meũ curiosus explorator descẽdi: ⁊ nihilominus ifra iuentũ est. Si foras
aspexi extra eẽ exterius meũ cõperi illud eẽ. si itus. ⁊ ipsũ iterius erat.
Et cognoui uerũ quidẽ esse quod legeram: qꝛ in ipso minimꝰ. mouemur
⁊ sumus. Sed ille beatus ẽ. in quo ipsum ẽ: qui illi uiuit. qui eo mouetur.
Queris igitur cũ ita sint oĩo inuestigabiles uie eius: unde adesse noriȝ?
Uiuum ⁊ efficax ẽ. moxque ut intus uenit expergefecit dormitanteȝ ani
mam meam mouit ⁊ emolluit ⁊ uulnerauit cor meũ: quoniã durũ lapide
umque erat. ⁊ male sanũ. Cepit quoque euellere ⁊ destruere edificare ⁊
plãtare rigare arida. tenebrosa illuminare: clausa reserare. frigida inflã
mare. necnõ ⁊ mittere praua idirecta ⁊ aspera in uias planas: ita ut
benediceret anima mea domino. ⁊ omnia que ĩtra me sunt nomini san
cto eius. Ita igitur intrans ad me aliquotiens uerbum sponsus. nul
lis unquam introitũ suũ indiciis innotescere fecit: nõ uoce. non specie. ñ
incessu. Nullis denique suis motibus compertum ẽ mihi. nullis meis sẽ

sibus illapsū penetralibus meis.tantum ex motu cordis sicut prefatus sum itellexi presentiā eius.⁊ ex fuga uitiorꝫ carnaliūque compressione affectuū aduerti potentiam uirtutis eius:⁊ ex discussione siue redargutione occultorꝫ meorꝫ āmiratus sū profunditatem sapientie eiꝰ.⁊ ex quātulacūque emendatione morꝫ meorꝫ expertus suꝫ bonitatem mansuetudinis eius.⁊ ex formatōe ac renouatione spiritus mētis mee.id ē iterioris hominis mei percepi utrūque speciem decoris eius:⁊ ex cōtuitu eorum omniū simul expaui multitudinē magnitudinis eius . Uerū qꝛ hec omnia ubi abscesserit uerbū quodā ilico lāguore torp entia perinde iacere incipiūt. ac si cacabo bullienti subtraxeris ignē.⁊ hoc mihi signū abscessionis eius.tristis sit necesse ē anima mea:donec iterum reuertatur ⁊ solito recalescat cor meum intra me.idque sit reuersionis īdiciū. Tale sane experimentū de uerbo habēs quid mirum si ⁊ ego usurpo mihi uocem sponse ī reuocando illud cū se absentauerit:qui ⁊ si non equali simili tamen desiderio feror? Familiare mihi erit quo aduixero pro uerbi reuocatione reuocationis ῡbū:qđ utique reuertere ē.Et quotiens elabeꝉ. totiens repetetur a me.nec cessabo clamitare quasi post tergum abeuntis ardenti desiderio cordis ut redeat ⁊ reddat mihi letitiā salutaris sui:reddat mihi seipsū.Fateor filij.nil iteri aliud libet dū nō presto ē: qđ solū libet.Et hoc oro ut non uacuum ueniat.sed plenū gr̄e ⁊ ῡitatis.more utiqꝫ suo.sicut heri ⁊ nudiusterti⁹.In quo mihi silr̄tudinē capree ⁊ hynnuli exhibitū iri posse uideꝉ:cū ueritas.capree oculos habeat.gr̄a.hynnuli hilaritatem.Utraqꝫ res necessaria mihi:⁊ ueritas quidē cui abscōdi non possim grā aūt cui noliꝫ. Alioquin sine alterutra uisitatio plena nō erit.cuꝫ ⁊ illius seueritas absqꝫ hac onerosa.⁊ huius hylaritas absqꝫ illa dissoluta possit uideri. Amara est ueritas sine condimento gratie:sicut absqꝫ ueritatis freno leuis ⁊ nesciens modum plerumqꝫ ⁊ insolens ipsa deuotio.Quā multis nō profuit gratiam pcepisse:pro eo qđ temperamentū de ῡitate pariter nō acceperūt.Ex hoc plus quā oportuit ꝯplacuere sibi in ea.dum ueriti nō sunt ueritatis obtutus.dum nō respexerūt ad capree maturitatē:magis aūt se totos hynnuli leuitati hylaritatiqꝫ dederunt. Inde factuꝫ est ut in qua priuatim exultare uoluerant grā priuarentur:quibus uel sero dici potuerit.Euntes ergo discite quid sit seruite domino in timore:⁊ exultare ei cum tremore.Dixerat deniqꝫ sancta aīa quedam in abundantia sua non mouebor in eternum.cum subito sensit auersam a se faciem uerbi.seqꝫ non modo motam.sed etiam cōturbatā. ⁊ sic in tristitia didicit opus fuisse sibi cum munere quidē deuotionis ēt pondere ueritatis.Ergo nō in sola gratia.plenitudo gratie est:sed ne in sola quidē ueritate. Quid prodest scire quid te oporteat facere:si nō deꝉ ⁊ uelle facere? Quid si uelis quidē:sꝫ minie possis. Quantos exptus sū. agnita ῡitate tristiores.⁊ iđ magis qđ iā ꝯfugere ad ignorātie excusationē ñ liceret:scītētes ⁊ ñ faciētes qꝑ ῡitas hortareꝉ. Que cū ita se hēant:neu

trum sine altero sufficit. Paruz dixi: nõ expedit quoqz. Unde id scim⁹? Scienti inquit bonũ ⁊ nõ facienti: peccatũ est illi. Item. Seruus sciens uolũtatez dñi sui ⁊ nõ faciens digna: uapulabit multis. At istud pro parte ueritatis. Pro grẽ quid? Scriptum est. Et post bucellam introiuit in eum sathanas. Iudã loquitur qui accepto munere gratie qꝛ in ueritate nõ ambulabat cũ ueritatis magistro. uel potius cuz magistra ueritate: locum in se diabolo dedit. Audi adhuc. Cibauit illos ex adipe frumenti: ⁊ de petra melle saturauit eos. Quos? Inimici dñi mentiti sunt ei. Quos melle cibauit ⁊ adipe. hij mentiti sunt ei facti inimici: quia ueritatez gratie nõ iunxerunt. De quibus alibi habes. Filij alieni mentiti sunt mihi filij alieni inueterati sunt: ⁊ claudicauerunt a semitis suis. Quid ni claudicarent uno grẽ pede contenti: ⁊ nõ apponẽtes ueritatẽ? Erit igitur tẽpus eoꝝ in secula. sicut ⁊ principis ipsoꝝ qui ⁊ ipse in ueritate nõ stetit: sed fuit mendax ab initio. Ideoqz audiuit. Perdidisti in decore tuo sapientiam. Nolo decorẽ qui mihi sapientiã tollat. Queris quis ille taz noxius. tamqz pnitiosus decor? Tuus. Adhuc forte sine intellectu es? Planius audi. Priuatus. pprius. Non culpamus donum: sed usum. Deniqz si aduertisti. nõ ĩ decore: sed in suo decore dictus est. ille pdidisse sapientiam. Et ni fallor unus angeli animeqz decor ipsa est. Quid eniz uel hec uel ille absqz sapientia: nisi rudis deformisqz materia est? Ea ergo ille nõ modo formatus sed ⁊ formosus fuit. Sed pdidit eam cũ fecit suã: ut nõ sit aliud in ₒcore suo. quã in sua sapientia perdidisse sapientiam. Proprietas in causa est. Qd sibi sapiens fuit. qd non dedit gloriã deo. qd nõ retulit gratiã pro gratia. qd nõ secundũ ueritatẽ ambulauit in ea. sed ad suã eam retorsit uoluntatẽ: istud est cur eam perdidit. immo istud est qd eam pdidit. Etenim sic habere perdere est. Et si abraham inquit ex operibus iustificatus ẽ: hẽt gloriã. sed nõ apud deũ. Et ego. Non ergo in tuto inquã. Perdidi quicquid habeo nõ apud deum. Nam quid tam pditum: quã qd extra deum exulat? Quid mors nisi priuatio uite. Ita nihil perditio: nisi alienatio a deo est. Ue qui sapientes estis ĩ oclis uestris. ⁊ coram uobismetipsis prudentes. De uobis dicitur. Perdam sapientiam sapientium: ⁊ prudentiam prudentium reprobabo. Perdiderunt sapientiã: qꝛ sua sapientia pdidit eos. Qui nõ pdiderũt: qui ipsi pditi sunt? An uero nõ pditi: quos nescit deus? Porro autẽ uirgines fatue. quas quidẽ nõ aliunde fatuas puto. nisi qꝛ dicẽtes se esse sapiẽtes. stulte facte sunt. Hee inquã a deo audire habẽt nescio uos. ⁊ itẽ illi qui grãm miraculoꝝ ad suã usurpauerunt gloriam. nihilomin⁹ audituri sũt. qꝛ nõ noui uos. ut liquido ex his clarescat gratiam non prodesse. ubi ueritas non est in intentione: sed obesse magis. Et quidem penes sponsũ utraqz res. Deniqz gratia ⁊ ueritas per ihesum xpm facta est. ait iohannes baptista. Si ergo cum unaquauis harum sine altera pulsauerit ad ostium meum. dominus ihesus ipse est eniz dei uerbum. anie sponsus.

intrabit sane non tanquã sponsus. sed tanquã iudex. Absit nequaquam fiat hoc. Non intret in iudicium cum seruo suo. Intret pacificus. intret iocundus ⁊ hylaris. maturus tñ ⁊ serius intret. qui seueriori quodam ue ritatis uultu i me dũ isolentiam reprimit. purget letitiam. Intret quasi hynnulus saliens. quasi caprea circũspec us: qui culpam dissimulando transiliat. penam miserando respiciat. Intret quasi descendens de mõ tibus bethel festiuus ⁊ splẽdidus quasi procedẽs a patre. suauis ⁊ mi tis qui nõ dedignetur dici ⁊ fieri spõsus anime querentis se: cum sit sup omnia deus benedictus in secula.

Sermo. lxxvj.

In lectulo meo quesiui per noctes quẽ d. a. mea. Nõ ẽ reuer sus sponsus ad uocem ⁊ uotum reuocantis. Quare? Ut deside rium crescat. ut probetur affectus: ut exerceatur negotiũ amo ris. Sane ergo dissimulatio ẽ nõ dedignatio. Sed superest ut queratur si forte reperiatur quesitus qui uocatus nõ uenit: dicẽte domino. oĩs qui querit inuenit. Porro uerbum reuocatõis tale ẽ. Reuertere assimilar dilecte mi. c. h. q3 ceruorũ. Ad quam uocẽ cũ nõ ẽ reuersus utique ob il las causas que dicta sunt: hinc ista que amat facta cupidior. mox sese ad requirendum tota auiditate dedit. Et pmo quidẽ querit illũ in lectulo: s3 minime inuenit. Surgit inde. circuit ciuitatem. it ⁊ redit per plateas ⁊ uicos: ⁊ non occurrit neque apparet. Interrogãtur quique forte occur rerint: nihilq3 certi reportatur. Neque uicis unius aut unius noctis que stio hec ⁊ hec frustratio: cũ dicat ista q: quesiui per noctes. Quid hoc de siderij ẽ ⁊ ardoris. ut surgens de nocte publicum non erubescat. percur rat ciuitatẽ. percũctetur palam ⁊ passim de dilecto. atque auestigãdis se mitas eius nulla ualeat rõe auerti nulla prepediri difficultate. nõ tempe stiue retineri amore quietis. non sponse uerecundia: non uel timore no cturno? Et tamen in hijs omnibus frustrata est usque adhuc a desiderio cordis su . Quare? Quid sibi uult pertinax hec ⁊ diuturna fraudatio. te diorum nutrix. suspitionũ fomes. impatientie fax. nouerca amoris: mater desperationis. Si adhuc dissimulatio est: nimis est molesta. Esto quod pie utiliterq3 interim fuerit dissimulatum. donec in sola adhuc uocatiõe seu reuocatione res erat. Nunc uero cũ requiritur ⁊ ita requiritur: quid iam conferre poterit dissimulatio? Si de carnalibus sponsis ⁊ ipsorum pudendis amoribus questio est. sicut litteralis superficies prelusisse ui detur. ⁊ si inter illos talia contingere queant. mea non interest ipsi uide runt. Quod si animarum querentium dominum mentibus ⁊ affectibus pro quantulocũque posse meo respondere ⁊ satisfacere me oportet. eru endũ sane ð scriptura sc̃a i qua se uitã hr̃e ꝯfidũt. eo uitale aliquid quo spiritale: ut edãt paupes ⁊ saturẽtur ⁊ iuuãt corda eoꝝ. Et quid tã cordiũ uita q̃3 dñs meꝰ ihesus ð quo aiebat qui eo uiuebat. q: cũ xp̃s apparuerit uita uñra: tũc ⁊ uos appebitis cũ ipo, i gl̃a? Ipse ergo ad mediũ ueiat quo

ꝛ nobis vaciter dici possit: medius aūt uestrum stat quem uos nō scitis.
Quāquā nescio quomō nō sciatᷣ a spiritalibꝰ spōsus spiritꝰ. qui tñ iā ita
in spiritu profecerunt ut possint dicere cum propheta. spiritus ante faci
em nostram xp̄s dominus. ꝛ cum apostolo. ꝛ si cognouimus xp̄m secun
dum carnem: sed nunc iam non nouimus. Nonne is est quem sponsa
querebat? Is uere est sponsus: ꝛ amans ꝛ amabilis. Is inquam uere
sponsus. sicut caro eius uere est cibus. ꝛ sanguis eius uere est potus.
ꝛ totum quod de ipso est uere est. quando ipse est non aliud sane quam
ipsa ueritas. Uerum is sponsus quid est quod non inuenitur quesitus.
cum requiratur tam studiose ꝛ impigre. nunc quidem in lectulo. nūc ue
ro in ciuitate. aut etiam in plateis uel uicis. ipse autem dicat querite ꝛ i
uenietis. ꝛ qui quer t inuenit. propheta quoqꝫ loquatur ad dn̄m bonus
es dn̄e aie quereti te. ꝛ itē sāctus ysaias querite dominū dū inueniri po
test. Quomodo ergo implebuntur scripture. Neqꝫ enim que hic iducitᷣ
querens: una ē ex hijs quibus ipse ait. Queretis me ꝛ non inuenietis. Sꝫ
attende tres esse causas que interim occurrunt. ꝛ querentes frustrari so
lent: cum aut uidelicet in tempore non querunt. aut nō sicut oportet. aut
non ubi oportet. Si enim omne tempus aptum est ad querendum. cur
ergo dicit propheta quod iā memoraui querite dn̄m dum inueniri pōt?
Erit absqꝫ dubio cū inueniri non poterit. ꝛ ideo addit ut inuocetur dū ꝓ
pe ē: quoniā futurū est iam nō ꝓpe futurū. A quo enim tunc non requi
retur. Mihi iquit curuabitᷣ oē genu: ꝛc̄. Nec tñ inuenietᷣ ab ipijs. quos
ultores angl̄i arcebūt: ꝑfecto ꝛ tollēt ne uideāt glaꝫ dī. frustra iclamabūt
ꝛ fatue uirgīes. minie ꝓrsus iā ad eas. exit clausa ianua. Sibi ꝓinde dictū
putent ille: queretis me ꝛ non inuenietis. Ceterum nunc tempus
acceptabile nunc dies salutis sunt. tēpꝰ plane ꝛ querendi, ꝛ inuocandi
quando plerumque ꝛ ante quam inuocetur: adesse sentitur. Audi deni
qꝫ quid polliceatur. Ante quam me inuocetis inquit. ego dicā ecce as
sum. Nec latuit benignitas hec ꝛ falsitas tempoꝛs qd̄ nūc est. illū qui in
psalmo loquitur. Desideriū pauperū exaudiuit dominus: preparationē
cordis eoꝝ audiuit auris tua. Quod ꝛ si ꝓ bona opera queritᷣ d̄s: ergo
dū tēpus habemꝰ aplicis monitis acquiescētes. operemur bonū ad oēs.
preserti qꝛ dominꝰ aperte prenūciat uenire noctē quando nemo potest
operari. Tu ne aliud ad querēdū deū. ad operandū qd̄ bonū ē. repertu
rus es tibi tempus i seculis uēturis preter hoc quod constituit tibi deus
in quo recordetur tui? Et ideo dies salutis. quia in hijs ipse deus rex no
ster ante secula operatus est salutem in medio terre. I ergo tu in medio
gehenne expectato salutē: que iam facta est in medio terre. Quam tibi
sompnias prouēturaꝫ inter ardores sempiternos. facultatem ueniā pro
merendi: cum iam transierit tempus miserendi? Non relinquitur tibi
hostia pro peccatis mortuo in peccatis. Non crucifigitur iterum fili
us dei: mortuus est semel iam non moritur. Non descendit ad inferos

sanguis qui effusus ē super terrā. Biberūt omnes peccatores terre. nō
ē quod sibi ex eo uendicent demones ad restinguendos focos suos: sed
neque homines socij demonioꝝ. Semel illo descendit nō sanguis sꝫ aīa
⁊ hec portio eorum qui in carcere erant una illa uisitatio que tunc facta
est. per presentiam anime: cum corpus penderet exanime super terraꝫ.
Sanguis aridam rigauit. sanguis infudit terram ⁊ iebriauit eam: sāguis
q̄ in terra ⁊ q̄ in celis sunt pacificauit. Non autē ⁊ que apud infernos. ni
si qđ semel illo ut dixi anima eius excurrit ⁊ fecit ex parte redēptionem
ne uel eo momenti uacaret opera pietatis: sed ultra non adiciet. Ergo
nunc tēpus acceptabile ⁊ aptum ad querendum. in quo plane qui que
rit inuenit: si tamen ubi ⁊ uti oportet querit. Et hec una causa que impe
dire potest ne inueniatur sponsus a querentibus se: cum nō querunt in
tempore oportuno. At non ea impedit sponsam: nēpe innocanteꝫ ⁊ que
rentem in tēpore. Sed ne illa quidem cum tepide aut negligenter. seu
perfunctorie queritur. nam corde ardenti ⁊ omnino infatigabiliter que
rit: plane ut decet. Restat ut de tertia uideamus: ne uidelicet ubi non đ
cet querat. In lectulo meo quesiui quem diligit anima mea. An forte nī
in lectulo querendus erat. sed in lecto: quippe cui orbis angustus ē? Sꝫ
non horreo lectulum: qui noui paruulum. Paruulus denique nobis: na
tus ē nobis. Exulta tu ⁊ lauda habitatio syon: qꝛ magnus ī medio tui san
ctus israel. At isdem dominus ī syon magnus. apud nos paruulus. apđ
nos infirmus repertus ē: ex uno iacere. ex altero ⁊ ī lectulo iacere hēns.
An non lectulus tumulus. an non lectulus presepium: an non lectulus
uterus ůgis? Neqꝫ enī magni pr̄is uterus lectulus ē: sed lectꝰ magnꝰ.
De quo ad filium ex utero inquit ante luciferum genui te. Quanquam
ne lectus quidem forsitan digne censendus sit uterus ille qui regentis
potius. quam iacentis ē locus. Manens enim in patre: regit cum patre
uniuersa. Denique non iacere sed sedere ad dexteram patris filiū. fides
indubitata hēt. ⁊ ipse celum sibi sedem eē non lectum perhibet. ut scias
illum in suis idest in superis nequaquam solatia habere infirmitatis: sed
potestatis insignia. Merito proinde sponsā ponens lectulum dicit suuꝫ
quia omne quod infirmum ē dei non de proprio ineē illi manifestum ē:
sed de nostro. Ex nobis assumpsit. que pro nobis sustinuit: nasci. iactari.
mori. sepeliri. mea ē mortalitas nati. mea infirmitas paruuli. mea expira
tio crucifixi: mea sepulti dormitio. Que priora transierūt. ⁊ ecce noua sūt
oīa. In lectulo meo quesiui queꝫ diligit anima mea. Quid? In tuo que
rebas: qui se iam ī sua receperat? Nō uideras filium hominis ascendē
tem ubi erat prius? Iam celum tumulo cōmutauit ⁊ stabulo: ⁊ tu illū in
tuo adhuc lectulo queris. Surrexit. nō ē hic. Quid queris ī lecto fortem
ī lectulo magnum: clarificatum ī stabulo? Introiuit ī potentias domini. đ
coreꝫ induit ⁊ fortitudinem. ⁊ ecce sedet super cherubyn qui sub lapide
iacuit. Ex hoc iam non iacet. sed sedet: ⁊ tu tāquā iacēti subsidia paras?

Siue ut absolutior ueritas sit. aut sedet iudicans: aut stat adiuuans. Si
uos o bone mulieres cui nam queso excubias exhibetis. cui aromata
comparatis: paratis unguenta? Si sciretis quantus is sit. quamque sit
inter mortuos liber mortuus iste quem ungere pergitis. uos forsitan pe
tissetis ab eo potius ungi. Nonne iste ē quē unxit deus suus oleo letitie
pre consortibus suis? Beate eritis uos. si gloriari potueritis reuertentes
⁊ dicere: qꝛ de plenitudine eius ⁊ nos accepimus. Enimuero factū ē ita.
Nā re ūa uncte remeāt: q̄ unctur̄ uenerāt. Quid ni uncte tā leto nuntio
noue odoriferequ resurrectōis? Quā speciosi pedes euāgelizātiū pacē:
euangelizantium bona. Misse ab angelo opus faciunt euangeliste. fa
cteque apostole apostolorū. dum festinant ad ānuntiandum mane mise
ricordiam domini dicunt: ī odore unguentorū tuorum currimus. Ex tunc
ergo ⁊ deinceps frustra in lectulo quesitus ē sponsus: qꝛ ⁊ si cognouerat
eum ecclesia secundum carnem. id ē secundum carnis infirmitatē: sꝫ nūc
iam non nouit. Denique quesitus ē postmodum a petro ⁊ iohanne idē
tidem in sepulchro: sed minime inuētus. Uide tu utrum ne aperte ⁊ cō
petenter quisqꝫ horum tunc dicere quiuerit. in lectulo meo quesiui quē
diligit anima mea: quesiui eum ⁊ non inueni. Nempe itura ad patrem
caro que non erat ex patre prius per gloriam resurrectionis omne infir
mum se exuit. accinxit potētia. īduit lumine sicut uestimēto: ī quali nimi
rum gloria ⁊ ornatu decuit eam paternis aspectibus presētari. Pulchre
uero sponsa non quem diligo ego. sed quē diligit anima mea īquit. qđ
uere ⁊ proprie ad solam pertineat animam illa dilectio qua aliquid spi
ritaliter diligit: uerbi gratia deum. angelum. animam. Sed ⁊ diligere iu
stitiam ueritatem. pietatem. sapientiaꝫ. uirtutesqꝫ alias: eiusmodi ē. Nā
cum secūdū carnem quippiam diligit uel potius appetit anima. ūbi grā
cibū. uestimētū. dominium. ⁊ que istiusmodi sunt corporalia siue terrena:
carnis potius quam aīe amor dicendus ē. Et hoc pro eo quod spōsa mi
nus usitate. sed non minus proprie animam suam spōsum diligere dicit
monstrans perinde spiritum eē spōsum: ⁊ a se non carnali sed spiritali
amore diligi. Et bn̄ p noctes cū se q̄sisse ait. Nā si iuxta paulū qui dormi
unt nocte dormiunt. ⁊ qui ebrij sunt nocte ebrij sūt: ita nō absurde ut opi
nor dici potest. quod qui ignorant nocte ignorant: ac per hoc qui querūt
nocte querunt. Quis enim querit quod palam hēt? Porro dies palam
facit. quod nox abscondit. ut reperias in die quod in nocte quesieras.
Nox ē itaque donec queritur sponsus. quoniam si dies esset de medio
fieret: ⁊ minime quereretur. Et de hoc satis nisi forte numerositas hec
noctium adhuc aliquid querēdum signet: qꝛ noctem. sed noctes posuit.
Et mihi uidetur si tu melius nō habes: talis inde posse ratio reddi. Ha
bet mundus iste noctes suas: ⁊ non paucas. Quid dico qꝛ noctes habet
mundus: cū pene ipse totus sit nox. ⁊ totus semper uersetur ī tenebris?
Nox est iudaica perfidia. nox ignorantia paganorum. nox heretica pra

uitas:nox etiam catholicorum carnalis animalisue conuersatio. An non nox ubi non percipiuntur ea que sunt spiritus dei? Sed ⁊ apud hereticos ⁊ scismaticos quot secte tot noctes. frustra per has noctes iusticie solem ⁊ lumen queritis ueritatis. id est sponsum: quia nulla societas luci ad tenebras. Sed dicit aliquis qđ non sit tam stulta tam ue ceca sponsa ut querat lumen in tenebris. querat dilectum apud ignorantes: ⁊ qui non diligunt eum. Quasi uero se per noctes nunc querere dicat: ⁊ non potius quesisse. Non ait quero. sed quesiui per noctes quem diligit anima mea. Et est sensus. quia cum esset paruula sapiebat ut paruula. cogitabat ut paruula ⁊ querebat ueritatē ubi non erat. errans ⁊ non inueniens: iuxta illud in psalmo. Erraui sicut ouis que periit. Deniqȝ in lectulo se memorat tunc adhuc esse tanquam etate in becillē ac paruulam sensu. si tamen ita construas. in lectulo meo subaudis existens uel iacens. quesiui quem diligit anima mea. Non quesiui i lectulo. sed ens in lectulo quesiui. Hoc est. Cum adhuc infirma ⁊ inualida forem. ⁊ omnino omnis ydonea sequi sponsum quoqȝ iret: sequi ad ardua ⁊ excelsa sublimitatis illius incidi in multos qui cognoscentes desiderium meum dicebant mihi. ecce hic est christus. ecce illic est: ⁊ neqȝ hic neqȝ illic erat. Incidi autem: ⁊ non ad insipientiam mihi. Nam quo propius accessi ⁊ exploraui diligentius: eo citius certi usqȝ cognoui ueritatē apud eos minime esse. Quesiui enim ⁊ non inueni: ⁊ deprehendi noctes qui se dies mentiebantur. Et dixi. Surgā ⁊ circuibo ciuitatem per uicos ⁊ plateas. queram quem diligit anima mea. Intuere uel nunc quia iacet que dicit surgam. Pulchre omnino. Quid ni surgeret: cognito de resurrectōe dilecti? Ceterū o beata si ꝯsurrexisti cum christo que sursum sunt sapias oportet. neqȝ deorsum sed sursum queras christum necesse est ubi sedet in dextera patris. Sed circuibo autem ciuitatē. Ad quid. In circuitu impii ambulant. Iudeis istud relinquito quibus proprius eorū propheta hoc uaticinatus est: quia famem patientur ut canes ⁊ circuibunt ciuitatem. Et si introieris in ciuitatem secundum prophetam aliū. ecce attenuati fame: qđ utiqȝ non esset si in ea fuisset panis uite. Surrexit de corde terre: sed super terram non remansit. Ascendit autem: ubi erat prius. Nam qui descendit. ipse est ⁊ qui ascendit panis uiuus qui de celo descendit. non alius sane quam idem ipse sponsus ecclesie ihesus christus dn̄s noster: qui est super oīa deus bn̄dictus in scl'a. Amen.

Sermo. lxxvii.

p Er uicos ⁊ plateas querā quē diligit aīa mea. Adhuc ut paruula sapit. Puto arbitrata ē. egressū đ tumulo publicū mox petisse. ut solito doceret ppl'os. ac sanaret infirmos. ⁊ ut manifestaret glaȝ suā i isrl'. si forte rcipēt resurgētē đ morte. qui se ꝯcepturos ꝑmittebāt descēdētē de cruce. Uerū ille pfecerat opus qđ sibi đderat pr̄ ut faceret. qđ sane ista intellexisse debuerat. uł ex uoce pendētis illa scilicet qua illi

co expiraturus ait. Consumatum est. Non erat iam qd se denuo crede
ret turbis: que nec sic forsitan erant in euz crediture. Et festinabat ad pa
trem: qui sibi diceret. Sede a dextris meis: donec ponaz inimicos tuos
scabellum pedum tuorum. Fortius nempe atqz diuinius cum exaltatus
fuerit a terra: omnia trahet ad seipsum. Hec autem per uicos ⁊ plateas
querendum putauit. fruendi auida: sed ignara misterij. Iteruz ergo fru
strata repetit dicens. quesiui illum ⁊ non inueni. ut sermo impleretur
quem dixit: quia uado ad patrem ⁊ iam nō uidebitis me. Dicat forsitan
ista. Quomodo ergo credent in eum: quē nō uidebunt? Quasi fides ex
uisu sit: ⁊ nō potius ex auditu. Quid magni est credere quod uideris ⁊
tuis nō negare oculis fidem: quid laudis meret? Sz si qd nō uidemus
speramus. p patiētiā expectam⁹: ⁊ patiētia meritū ē. Beati deniqz qui
nō uiderunt. ⁊ crediderunt. Proinde ut non euacuet meritū fidei. sub
ducat se uisui: dans uirtuti locū. Etiam ⁊ tempus est. ut iam in suuz sese
recipiat. Queris in quem suum? In dexteram patris. Neqz eni rapinā
arbitrabitur esse se equalem deo: cum sit i forma dei. Ergo is sit unige
niti locus in quo eius omnis iniuria propulsata uideatur. Sedeat sane
iuxta nō infra: ut omnes honorificent filium sicut honorificant patrem.
In hoc apparebit maiestatis equalitas: si nec inferiorem patre nec po
steriorem suspiceris. At ista interi nihil hoꝝ aduertit. sz quasi ebria pre
amore. hac illacqz discurrens: querit oclis quē iaz oculus nō contingit. sz
fides. Non enim existimat christū aliter optare itrare in glām suam: nisi
prius resurrectionis glā palam mundo inotescente confutetur ipietas.
exultent fideles. glorientur discipli ppli cōuertant. demūqz ab uniuersis
glificet ipse. cum ex presentia resurgentis: cunctis claruerit ueritas pre
dicentis. Falleris o sponsa. Oportet quidē hec fieri: sz i tēpore. Nūc ue
ro interim uide ne forte id dignū magis. ⁊ superne consentaneū iustitie
sit. si non det sanctum canib⁹ ⁊ margarite porcis si poti⁹ secūdū scriptu
raz tollat ipius ne uideat glāz dei. si nō fraudet fides merito. que tūc la
ne probatior esse dinoscitur. cum creditur quod non uidetur: si penes ip
sam seruet dignis. quod occultatur idignis. ⁊ qui i sordibus sunt sorde
scant adhuc. ⁊ iusti iustificentur magis. si non dormitent pre tedio celi. ⁊
celi celorum tabescāt e confundantur ab expectatōe sua. si n ipse pat oī
potēs diutius iā frustretur a desiderio cordis sui. si nō demū unigenitus
ultra ab introitu glorie sue quod uel solum indignissimum ē: aliquate
nus retardetur. Quanti putas estimanda sit gloria quantacūque mortali
um. ut ab ea que a patre suo ab eterno parata est. debeat eū uel ad mo
dicū retinere? Adde qd nulla ratione i lōgius protrahi decet: ipsius filij
petitōez. Quā dicā petitionē queris? Nēpe illā: qua dicit. Pat clarifica
filiū tuū. Qd tn eū petisse senseri. nō ut supplicē: sz ut prescium. Libere
petitur. quod in potestate petentis accipere est. Ergo dispensatoria fi
lij petitio est. non necessaria: quippe donantis cum patre quicquid a

patre acceperit. Ubi ⁊ hoc dicendum.quia non solum pater clarificat filium.sed ⁊ filius clarificat patrem:ne quis dicat filium minorez patre. quasi qui a patre clarificetur. cum ⁊ ipse clarificet patrem dicente filio. pater clarifica filium tuuz ut filius tuus clarificet te. Sꝫ forte adhuc sub mittendũ putes filiũ qꝺ quasi ingloriꝰ uideat a patre recipe claritaté: quã denuum patri refundat. Audi:qꝛ nõ est ita. Clarifica me iquit pater claritate quã habui prius quã mundus fieret.apud te. Si ergo claritas filij posterior nõ est.utpote que ab eterno ẽ:ex quo se clarificant pater ⁊ filius. Et si ita ẽ ubi patris primatus? Equalitas ꝓfecto est:ubi coeterni tas ẽ:⁊ usqꝫ adeo equalitas.ut una sit claritas amboꝝ:sicut ipsi unũ sũt. Unde mihi uidetur dicendo rursum pater clarifica nomen tuum.non sane aliud petere quam se clarificari.in quo ⁊ per quem nomen patris proculdubio clarificaretur. Et responsum accepit a patre:⁊ clarificaui.et iterum clarificabo. Que quidẽ ipsa responsio:non parua filij glorificatio fuit. Ceterum abundantius ad fluenta iordanis angustiusqꝫ clarificatus dinoscitur. ⁊ iohãnis testimonio ⁊ columbe designatione. ⁊ uoce dicẽtis. Hic est filius meus dilectus. Sed ⁊ in monte coram tribus discipulis ni hilominus magnificentissime glorificatus est.tum uoce eadez denuo ad se celitus delapsa . tum mira illa atqꝫ eximia transfiguratione corporis sui.tum etiam prophetarum attestatione duorum qui ibidem appa rue runt.cum eo loquentes. Superest ergo ut iuxta promissum patris semel adhuc clarificet̃.eaqꝫ erit plenitudo glorie cui nõ queat amplius addi. Sed ubi illa dabitur benedictio? Non enim ut ista suspicata ẽ in plateis uel uicis:nisi forte in illis ꝺ quibus dicitur. Platee tue iherusalem ster nentur auro mundo:⁊ per omnes uicos tuos allelulia cantabitur. In hijs reuera illam recepit a patre filius claritatem cui non poterit similis inueniri:ne in celestibus quidẽ. Cui enim aliquãdo angelorũ dictum ẽ: sede a dextris meis? Non mõ aũt de numero angeloꝝ sꝫ nec de supiori bus quidem reliquis beatoꝝ ordinibus omnino quis repertus ydoneus est:ad capessendam sup excellentem hanc gloriam. Ad neminem pror sus illoꝝ facta est uox illa glorie singularis.nemini uocis in se efficiẽtiaz expiri datuz. Siue throni siue dñationes.siue pricipatus siue potestates ꝓfecto desiderant in eũ ꝓspicere:nõ se illi compare psumũt. Igitur dño meo singlariter a dño ⁊ dictũ ⁊ datũ ẽ.sedere a dextris glie ipsius utpo te in gla coequali.in essẽtia ꝯsubstãtiali.ꝑ generatione cõsimili.maiesta te nõ dispari:eternitate nõ posteriori. Ibi ibi illũ qui queret iueniet.⁊ ui debit glaz eiꝰ.non glaz quasi uniꝰ ceteroꝝ:sꝫ plane glaz quasi unigeniti a patre. Quid facies o spõsa? Putas potes sequi eũ illuc. Aut te igere re audes uel uales huic tam sancto archano . tamque archano sanctua rio:ut filium in patre ⁊ patrem intuearis in filio? Non utiqꝫ. Ubi ille est tu non potes uenire modo:uenies autem postea. Age tamen seque re.qre.nec te illa inacessibilis claritas ul sublimitas a qrendo deterreat:

ab inueniēdo despet. Si potes credere: omnia possibilia sunt credenti. Prope ē inquit uerbum in ore tuo: ⁊ in corde tuo. Crede ⁊ inuenisti: iā credere inuenisse ē. Norunt fideles. habitare xp̄m per fidē in cordibus suis. Quid propius? Quere ergo secura. quere deuota: bonus ē domin⁹ anime querenti se. Quere uotis. sequere actibus: fide inueni. Quid nō inueniat fides? Attigit inaccessa. deprehendit ignota. comprehēdit imēsa. apprehēdit nouissima: ip̄am deniq3 eternitatem suo illo uastissimo sinu quodammodo circumcludit. fidenter dixerim eternā beatamq3 trinitatem quā nō intelligo credo: ⁊ fide teneo. quā nō capio mēte. S3 dicit aliquis. Quomodo credit sine predicante. cu3 fides ex auditu sit: audit⁹ per uerbum predicationis? Deus hoc prouidebit. Et ecce iā presto sūt. qui nouam sponsam celesti nuptura3 sponso. te quibus oportet instruāt. ⁊ informēt. fidem doceant: formam pietatis ac religionis tradant. Audi namque quid adiciat. Inuenerūt me uigiles qui custodiunt ciuitatem. Qui enim uigiles hij? Nempe illi quos saluator in euangelio beatos p̄nuntiat: si cum uenerit inuenerint uigilantes. Quam boni uigiles qui nobis dormientibus ipsi peruigilante: quasi rationem pro animab⁹ nostris reddituri. Quam boni custodes qui uigilantes animo atque in orationibus pernoctantes hostium insidias sagaciter explorant. anticipant consilia malignātium. deprehendunt laqueos. eludunt tēdiculas retiacula dissipant: machinamenta frustrātur. Hij sunt fratrē amatores ⁊ populi xp̄iani qui multū orāt pro populo ⁊ uniuersa sācta ciuitate. Hij sunt qui multum solliciti pro sibi cōmissis dominicis ouibus cor suū tradunt ad uigilandum diluculo ad dominum qui fecit illos: ⁊ i cōspectu altissimi deprecantur. Et uigilant ⁊ deprecant̄. scientes sua3 isufficientiā i custodienda ciuitate: ⁊ q2 nisi dominus custodierit ciuitatem. frustra uigilat qui custodit eam. Porro cum dominus ita precipiat uigilate ⁊ orate ne intretis in temptationem. liquet quod absque duplici hoc exercitio fidelium studioque custodum non potest esse secura ciuitas: non sponsa. non oues. Horum differentiam queris? Unum sunt. Ciuitas propter collectionem spōsa propter dilectionē: oues propter māsuetudinē. Uis scire. hoc sponsam quod ciuitatem esse? Uidi inquit ciuitatē sancta3 ierusalē nouam descēdētem ō celo a deo paratam tanquam spōsā ornatā uiro suo. Idē tidem tibi hoc ⁊ de ouibus liquido apparebit. si recorderis primus ille custos petrum loquor. cum sibi primo oues committerentur: quam attente simul de amore commonitus sit. Quod utiq3 tanta cura sapiens creditor non fecisset. nisi se sentiret sponsum: id sibi utiq3 ex intio respōdēte conscientia. Audite hec amici sponsi: si] tū amici. At parum dixi amici: amicissimi sint oportet: qui priuilegio tante familiaritatis donant̄. Non ociose totiens repetitum est petre amas me. in commissione ouium. Et ego quidem id significatū perinde puto: ac si illi dixisset ihesus. nisi testimonium tibi perhibente conscientia qd̄ me ames. ⁊ ualde perfecteq3

ames. hoc est plusquam tua. plus quam tuos. plus quam etiam te. ut hu-
ius repetitionis mee numerus impleatur: nequaquam suscipias curam
hanc nec te intromittas de ouibus meis. pro quibus sãguis utiq; meus
effusus est. Terribilis sermo & qui possit etiam impauida quorumuis
tyrannorum corda concutere. Propterea attendite uobis quicũq; opus
ministerij huius sortiti estis: attendite inquam uobis & pretioso deposi-
to qd nobis creditum est. Ciuitas est: uigilate ad custodiã concordiãq;.
Sponsa est: studete ornatu. Oues sunt: intendite pastui. Et hec tria ad
illam domini trinam sciscitationem forte non incongrue pertinere dicen-
tur. Porro custodia ciuitatis ut sit sufficiens trifaria erit. a ui tyrannorũ
fraude hereticorum: a temptationibus demonum. Sponse uero ornatus
in bonis operibus: & moribus & ordinibus. At pastus ouium communi-
ter quidem in pascuis scripturarum tanquam in hereditate domini: sed
est distinctio in illis. Nam sunt mundata que duris atq; carnalibus ani-
mis imponuntur: ex lege uite & discipline. & sunt olera dispensationum
que infirmis & pusillis corde de respectu misericordie apponuntur. etiã
sunt consiliorum solida fortiaq; que ex int mis sapientie proponuntur
sanis: & qui exercitatos habent sensus ad discretionem boni & mali.
Paruulis namq; tanquam agniculis adhortationis lac potius datur:
non esca. Ad hec boni sollicitiq; pastores impinguare pecus non ces-
sant: bonis lectisq; exemplis & suis magis quam alienis. Nam si alie-
nis & non suis. ignominia est illis: & pecus ita non proficit. Si enim uer-
bi causa ego qui uideor inter uos pastoris gerere curam uobis apposue-
ro moysi mansuetudinem: patientiam iob. misericordiã samuelis. dauid
sanctitatẽ: & si que eiusmodi exempla bonorum immitis ipse & impatiens
& immisericors & minime sanctus: sermo ut uereor minus sapide ueniet
& uos minus auide capietis. Uerum hoc superne pietati relinquo ut
qd minus uobis & nobis est. ipsa suppleat: & qd perperam ipsa corrigat.
Nunc uero bonus pastor hoc quoq; curabit. ut secundum euangelium
inuenitur habere sal. insemetipso: sciẽs quia sale sermo conditus: quan-
tum placuerit ad gratiam. tantum proderit ad salutem. Hec interim de
custodia ciuitatis atq; ornatu sponse: nec non & pastu ouium dicta sunt.
Uolo tamen adhuc eadem paulo expressius designare propter eos
qui dum auide nimis honoribus inhiant. minus prouide grauibus
se supponunt oneribus. exponunt periculis: ut sciant ad quid uenerint:
sicut scriptum est. Amice ad qd uenisti? Ni fallor ad solam ciuitatis
custodiam. ut quantum satis est procuretur: opus est uiro forti. spirita-
li. fideli. forti. ad propulsandas iniurias. spirituali. ad deprehendendas
insidias: fideli. qui non que sua sunt querat. Porro autem ad mo-
res honestandos uel corrigendos. quod utiq; ad decorem pertinet
sponse. quis non liquido agnoscat per necessariam fore cum multa
quidem diligentia discipline censuram? Ea propter omnis cui hoc opus

incumbit. oportz ferueat zelo illo. quo accensus precipuus ille emulator: sponse dñi aiebat. Emulor nos dei emulatione: despondi enim nos uni uiro uirginem castam exhibere xpo. Iam uero quomodo in paschua diuinorum educet eloquiorꝫ greges dñicos: pastor ydiota? Sed ꝛ si doctꝰ quidem fuerit nõ sit auté bonus: uerendũ ne nõ tã nutriat doctrina ubere: quã noceat uita sterili. Temere itaqz ꝛ in hac parte hoc onus subit: absqz scientia pariter uitaqz laudabili. Sed ecce quod nõ laudamus. Finis indicit ubi nõ erat finis. Euocamur in materiam alteram: ꝛ cui hanc cedere indignum. Angor undiqz ꝛ qđ egrius feram ignoro auelli ab ista. an distendi in illa: nisi quod utrolibet simul utrumqz molestius. O seruitutem: o necessitaté. Non qđ uolo hoc ago: sz qđ odi illđ facio. Notate tñ ubi desinimus ut quã cito in id redire liberꝫ erit. inde morꝫ ordiamur: in nomine sponsi ecclesie ihesu christi domini nostri. qui est super omnia deus benedictus in secula. amen.

Sermo .lxxviij.

e ya expediti sumus. Diximus hesterno sermone quales in uia hac qua ambulamus uellemus habere duces: nõ quales habemus. Longe dissimiles experimur. Non omnes sũt amici spõsi quos hodie sponse hinc inde assistere cernis: ꝛ qui ut uulgo aiunt. eã quasi addextrare uidentur. Pauci admodũ sunt qui nõ que sua sunt q̃rant: ex omnibus caris eius. Diligunt munera nec possunt pariter diligere xpm: quia manus dederunt mammone. Intuere quomodo icedũt nitidi ꝛ ornati circumamicti uarietatibus: tanquaz sponsa procedens de thalamo suo. Nonne si quépiam talium repente eminus ꝑcedenté aspexeris. sponsam potius putabis: quã sponse custodé? Unde uero hãc illis exuberare existimas rerum affluentiã uestitũ splendoré. mensarum luxuriem. congeriem uasoꝝ argenteoꝝ ꝛ aureoꝝ: nisi đ bonis spõse? Inde é qđ illa paup ꝛ inops ꝛ nuda relinquit. facie miseranda: iculta. hispida. ꝛ sanguinolenta. Propter hoc nõ est hoc tépore ornare sponsã. sz spoliare. nõ est custodire. sz ꝑdere. nõ est defédere sz exponere. nõ é instruere sed ꝓstituere. nõ est pascere gregem. sed mactare ꝛ deuorare dicéte de illis dño. qui deuorãt plebé meã ut cibum panis. ꝛ. comederunt iacob ꝛ locum eius desolauerunt. Et in alio propheta. Peccata populi mei comedent. Quasi dicat. Peccatoꝝ precia exigunt: ꝛ peccantibus debitaz sollicitudiné nõ impédũt. Quem dabis mihi de numero prepositoꝝ qui nõ plus inuigilet subditoꝝ uacuãdis marsupijs: quã uitijs extirpandis. Uerbi qui orãdo flectat irã qui predicet annũ placabilé dño. Leuiora loquimur. grauiora grauiꝰ manet iudiciũ. Sine cã tñ ul' hijs ul' illis immo raremur. qꝛ nõ audiũt nos. Sz ꝛ si lrãs illis forsitã mãdẽt ista q̃ dicimꝰ: ĩdignabunt legere: aut si forte legerit. mihi idignabũt. quãuis rectiꝰ sibi hoc facerét. Propterea relinquamꝰ istos ñ ĩuẽtores spõse sz uẽditores: ꝛ iquiramꝰ potiꝰ illos a quibꝰ spõsa se inuentã loquit. Et quidé illorum

isti sortiti sunt ministerij locum:sed non zelū.Successores omnes cupiūt
esse:imitatores pauci . O utinam tam uigiles reperirentur ad curam:
quam alacres currunt ad cathedraꝫ . Uigilarent utiqꝫ sollicite seruantes
ab illis inuentam.sibi creditam.Immo uero euigilarent pro semetipsis
nec sinerent de se dici . Amici mei ⁊ proximi mei:aduersum me appro
pinquauerunt ⁊ steterunt . Iusta omnino querimonia:nec ad ullam in
stius quam ad nostram referenda etatem.Parum est nostris uigilibus
qđ nō seruant nos:nisi ⁊ perdant.Alto quippe demersi obliuionis som
pno ad nullum dñice comminationis tonitruuꝫ expgiscunt̃:ut uel suum
ipsoꝝ periculum expauescant.Inde est ut nō pareant suis qui nō pcuit
sibi:pimentes pariter ⁊ peuntes. Sed enim qui nam illi sunt uigiles:a
quibus se inuentam ꝓhibet spōsa? Nēpe apl̃i atqꝫ apostolici uiri.Uere
hij sunt qui custodiūt ciuitatē.idē eam ipsam quā inuenerūt eccl̃iaꝫ.eoqꝫ
uigilantius.quo nūc tempis grauius piclitantem cōspiciūt. a malo utiqꝫ
domestico ⁊ itestino sicut scriptum ē:⁊ inimici hominis domestici eius.
Neqꝫ enim pro qua usqꝫ ad sanguinē restiterunt suo derelinquunt pa
trocinio destitutam:⁊ protegunt ⁊ custodiunt eam die ac nocte:hoc est
in uita ⁊ in morte sua.Et si preciosa est in conspectu dñi mors sanctoruꝫ
eius.non ambigo ego quin etiam tanto in morte potentius id agant:
quanto in ipsa amplius confortatus est principatus eorum. Sic ista asse
ris ait aliquis:ac si oculis tuis uideris ea. Sunt auteꝫ ab humanis seclu
sa aspectibus. Cui ego. Si tu tuorum oculorum testimonium fidele pu
tas:testimonium dei manus est. Ait uero.super muros tuos iherusaleꝫ
constitui custodes.tota die ⁊ tota nocte in perpetuū nō tacebūt. Sed de
angelis inquis id dictum. Non abnuo:omnes sunt administratorij spiri
tus. At quis me ꝓhibeat itidem ⁊ de istis sentire.qui potentia quidem
minime iam ipsis angelis impares sunt.affectu autem ⁊ mia eo nobis
forsan germaniores existunt.quo natura coniunctiores? Iunge ⁊ tolerā
tiam earundem passionū ac miseriarum.in quib⁹ nos pro tempe adhuc
uersamur.nihil ne amplius miserationis pro nobis uł sollicitudinis opa
bitur in montib⁹ sanctis.qđ ⁊ se trāsisse per ea ꝓculdubio meminerunt?
Nonne illa ipsoꝝ uox est.trāsiuimus per ignem ⁊ aquā:⁊ eduxisti nos ĩ
refrigerium? Quid? Ipsi transierunt.⁊ nos in medijs ignibus uel flucti
bus derelinquent:nec saltez manum porrigere dignabunt̃ piclitantibus
filijs? Non est ita.Bene tecum agitur o mater eccl̃ia.bene tecum agit̃
in loco pegrinationis tue:de celo ⁊ de terra uenit auxilium tibi. Qui cu
stodiunt te non dormitant neqꝫ dormiunt. Custodes tui angeli sancti:ui
giles tui spirit⁹ ⁊ aīe iustoꝝ.Nō errat qui te ab utrisqꝫ inuētam spiritib⁹
senserit ab utrisqꝫ pariter custodiri . Et est huius sollicitudinis ratio qui
buſqꝫ sua.hijs quidem qđ sine te non consumentur:illis uero:qđ nisi de
te ad sui plenitudinem minime restaurent̃.Naꝫ quis nesciat sathana ca
dente de celo ⁊ eius complicibus numerum superne multitudinis par

te non modicā imminutum: De te itaque omnes consumationem ex pectāt: alij numeri alij desiderij sui. Agnosce proinde uocem psalmo tu am: me expectant iusti donec retribuas mihi. Et aduertendum quod nō ista illos. sꝫ illi istam potius inuenisse referuntur. utque ego suspicor ad hoc ipsum studium destinati. Nam quomodo predicabunt nisi mittātur. Deniqꝫ habes loquentem i euangelijs. Ite ecce ego mitto uos. Et ite predicate euangelium omni creature. Ita est illa querebat sponsum. ⁊ sponsum non latebat. nempe qui i hoc ipsū excitauerat. ut se quereret: ⁊ dederat illi cor ad precepta ⁊ legem uite ⁊ discipline: dummodo esset qui instrueret ⁊ doceret uiam prudentie. Et misit in occursum eius plan tatores ⁊ rigatores qui eam enutrirent ⁊ confirmarent in omni certitudi ne ueritatis: hoc est indicarent illi certamqꝫ redderent de dilecto quia ueritas est quā querit: ⁊ quā uere diligit anima eius. Et reuera quis si dus uerusue anime amor: nisi utiqꝫ is quo ueritas adamat: Ratōis sum compos ueritatis sum capax. sed utinā non forem. si amor ueri defuerit. Horum quippe ramorū is fructus est: ⁊ ego radix. Non sum securus a securi: si absqꝫ eo inueniar. In illo nimirum nature munere illud diuine ymaginis enitere insigne haud dubiuꝫ est: ex quo ceteris presto animā tibus. Inde est qȯ audet anima mea ad dulces castosqꝫ assurgere ueri tatis amplexus. ⁊ sic in amore ipsius tota securitate ac suauitate quiesce re: si tū inueniat gratiam in oculis tanti sponsi. ut dignā reputet que ad hanc pertingat gloriam. immo ipse eam exhibeat nō habentē maculaꝫ neqꝫ rugam: aut aliquid eiusmodi. Quanti putas esse discriminis quāue dignum pena tū dei domum: otiosum tenere: Uerum hoc alias. Nunc uero sponsa quā querebat minime repperit: ⁊ quos non querebat ab ip sis reperta est. Audiant hec qui sine duce ⁊ preceptore uias uite ingre di nō formidant. ipsi sibi in arte spiritali existentes ⁊ discipuli pariter et magistri. Non sufficit hoc etiam coaceruant discipulos sibi: ceci duces cecorū. Quā multi ex hoc a recto tramite periculosissime aberrasse cō perti sunt. Nimirum ignorantes astucias sathane. ⁊ cogitationes ipsiꝰ. factum est ut qui spiritu ceperant carne consumarentur: abducti turpi ter. lapsi dampnabiliter. Uideant proinde qui eiusmodi sunt quo modo caute ambulent ⁊ de sponsa exemplum sumant. que non prius ad eum quem desiderabat ullo mō ualuit peruenire. quam sibi occurrerent quo rum magisterio uteretur. ad cognoscendum de dilecto. certe ad discen dum timorem domini. Seductori datꝰ manuꝫ: qui dare dissimulat precep tori. Et qui dimittit oues in paschua absque custode: pastor est. nō ouiū. sꝫ luporū. Nunc iam uideamus de sponsa: quomodo se dicat inuentam. Mihi enī isuete satis uerbū inuentionis posuisse uidetur. Nam ita hoc dicit: ac si uno de loco ecclesia uenerit. Uenit autem ab oriente ⁊ occidē te. iuxta uerbum domini: ⁊ a cunctis finibus terre. Sed neqꝫ aliquando congregata ē in locuꝫ unū. ubi ab apostolis seu ab angelis inueniretur.

deducenda uel dirigenda ad illum quem diligit anima sua. Fuerit ne prius inuenta quam collecta? Non: quia nec erat. Quamobrem si collectam. si congregatam. si certe quod magis ecclesie uocabulo competit ꝯuocatam a predicatoribus se dixisset: transissem simpliciter. minime in aliquo cũctabundus. Coadiutores enĩ dei sunt. quē ⁊ audiere loquentē: qui non colligit mecum dispergit. Sed neq3 hoc ab re mihi uidebitur. si dixerit quis ab eis fundatam siue edificatam. siquidē hoc fecerũt una cũ illo qui ĩ euangelijs loquit. ⁊ super hanc petram edificabo ecclesiam meam: q2 fundata ē supra firmam petram. Nũc ṽo nihil hoꝝ loquens. sed preter solitũ quidē perhibens se inuentam: cũctari aliquantũ nos facit. atque in suspitionē adducit latere loco: quod sit diligētius ĩtuendũ. Uolebam fateor preterire neque subducere huic scrutinio: cui sufficere non sentirem. Ceteꝝ reminiscens ĩ quantis eque duobus ⁊ obscuris. nobis quidem sursum corda leuantibus. etiam supra spem meam adiutum me senserim. pudet diffidentie. ⁊ reprehendens timorem meum. adorior nõ quidem temere: quod timide refugiebam. Aderit ut ꝑsido solitũ adiutorium. quod si minus: apud beniuolos tamen auditores nõ erit ociosũ qđ uolui. Ueꝝ hec habebit sequēs sermo pricipiũ: nam presentē hic claudimus. Ipse aũt det nobis ea que dicũtur nõ solum tenere memoriter. s3 ardenter diligere ⁊ efficaciter adiplere. spõsus ecclesie ihesus xp̃s dominus noster: qui est super omnia deus benedictus in secula. amen.

Sermo. lxxix.

a D uerbũ ĩuentiõis si bene memini illic stetimus ⁊ hesim⁹. scrupulosius uidelicet audiētes: qđ spõsa a predicatoribus suis se inuentam dixerit. Porro cause nostre cunctationis ⁊ dubitatiõis a nobis expresse sũt. ⁊ uisum ē aliquid eē querendũ. sed nõ ĩ calce sermonis quo iam artabamur quod quesitũ ē potuit explicari. Quid restat nisi ut debitũ iã soluam⁹? In explicatiõe sacramenti magni. illud loquor qđ doctor gentiũ ĩterpretat⁹ ē ĩ xp̃o ⁊ ĩ ecclesia sanctũ castũq3 cõnubiũ ipsũ ē opus nostre salutis: ĩ eo ĩquam tres sibi inuicem cooperantur. De⁹ angelus. homo. Et deus quidē quid ni operet̃: ⁊ curam gerat nuptiaꝝ dilecti filij sui? Ipse ṽo ac tota uolũtate. Et utiq3 per se ipse sufficeret. ⁊ absque adminiculo hoꝝ: hij aũt sine ipso possunt facere nihil. Ergo quod ex illis adsciuit ĩ opus ministerij huius. nõ sibi solatiũ: sed profectũ quesiuit illis. Nam hominibus quidē merita locauit ĩ opere secũdum illud: dignus ē operari⁹ mercede sua. Et q2 unusquisq3 secũdum propriũ laborē mercedē accipiet. siue qui ĩ fide plãtat: siue qui rigat quod plantatũ ꝯfuerit. Angeloꝝ aũt cũ ad salutē humani generis ministerio utit̃: nõne facit ut ab hominib⁹ angeli diligant̃? Naз q2 ab angelis homines diligantur ide uel maxie aduerti põt. qđ antiqua sue ciuitatis dãpna ex hominibus resarcitũ iri: angeli nõ ignorãt. Nec alijs profecto regi legib⁹ regnũ caritatis decebat. quam pijs ipsoꝝ qui pariter regnaturi sũt mutuisque

amoribus ⁊ puris affectionibus in inuicem ⁊ in deum. Est autem in
modo operandi differentia multa: pro cuiusq; nimirum operari dignita
te. Deus nempe facit quod uult sola ipsa facilitate uolēdi sine estu. sine
motu. sine preiudicio loci: uel temporis. uel cause. uel persone. Est enim
dominus sabaoth: qui cum tranquillitate iudicat omnia. Est sapia. dispo
nēs oia suauiter. Porro āgelꝰ nō aqsq; motu operatur. tam locali quaz
tēporali: sine estu tamē. Homo autē nec ab estu animi: nec a motu corpis
animiq; liber ē: i opando. Deniq; cū timore ⁊ tremore suā ipsiꝰ iubet̄ o
pari salutē: atq; i sudore uultꝰ sui comedere panē. suū. Hijs ita explicitis
intuere nunc mecum in hoc tam magnifico opere nostre salutis. tria es
se quedam: que sibi uendicat auctor deus. preuenitque in illis omnes
auxiliatores ⁊ cooperatores suos: predestinationem. creationem. inspi
rationem. Quarum predestinatio non dico ab exortu ecclesie. sed ne
a mūdi pricipio quidē ñ deniq; a tpe illo uł illo: añ tēpora ē. Porro crea
tio cū tēpore. inspiratio iā in tempore fit: ubi ⁊ qñ uult deus. Sane secū
dum predestinationē: nūquā eccl'ia electoꝝ penes deū ñ fuit. Sed miraẗ
hoc infidelis. audiat qđ magis miraẗ: nūquaz ñ grata extitit. nūquā ñ di
lecta. Quid ni audacter archanū loquar. qđ mihi đ corde đi promptꝰ ille
supnoꝝ delator ꝯsilioꝝ apꝑuit? Paulū dico qui ut mlta alia. ita hꝰ quoq;
đ diuitijs bonitatis eiꝰ nō ē ueritus diuulgaȓ secretū. bñdixit nos iquiēs
in oi bñdictione spiritali. i celestibꝰ in christo. sicut elegit nos in ipo ante
mūdi constitutionem: ut essemus sancti ⁊ immaculati in conspectu eius
in caritate. Et addit. Qui predestinauit nos in adoptionē filioꝝ p ihesuz
christum in ipso secundum ꝓpositu; uolūtatis sue. in laudē gl'e gr'e sue:
in qua gratificauit nos i dilecto filio suo. Nec dubiū quin uoce omnium
electorum ista dicantur: ⁊ ipsi ecclesia sunt. In illo igitur tam profundo
eternitatis sinu ante quam in lucem opusq; prodiret huius creationis.
quis illā uel beatoꝝ spirituū iuenire aliqꝰ mō ualerit: nisi si cui ipa eter
nitas deus uoluerit reuelare? Sed ⁊ cum iam ad nutum creātis uisa est
emersisse in species formasque facticias has atque uisibiles. non conti
nuo tamen inuenta est a quoquam hominum uel angelorum eo quod
non agnosceretur. ymagine terrestris hominis adūbrata: ⁊ opera mor
tis caligie. Siue quo generalis uelamine confusionis nemo filiorum ho
minū itrauit hanc uitā: uno sane excepto qui igreditur sine macula. Em
manuel is est. qui tñ ⁊ ipse ex nobis ꝓ nobis. nōi se iduit maledicti nōiq;
peccati similitudinē: nō ueritatē. Sic enim hēs qr apparuit i similitudine
carnis peccati: ut de peccato dampnaret peccatum in carne. De cetero
unus omnibus per oia itroitꝰ ē: electis dico ⁊ reprobis. Nō enim ē disti
ctio. Omnes peccauerunt: ⁊ omnes pilleum sue uerecūdie portāt. Pro
pter hoc itaque ⁊ si in rebus cōditis iam creata existēs eccl'ia nec sic tñ
a creatura aliqua inueniri poterat uel agnosci: miro utroque modo inte
rim latens. ⁊ intra gremium beate predestinationis. ⁊ intra massam mi

ſere damnationis. Ceteꝝ quã celauerat ab eterno predeſtinans ſapien
tia. ⁊ itẽ creans potentia. minime prodiderat ab initio. uiſitans profecto
gr̃a ſuo tẽpore reuelauit. ſecundũ operationẽ quã iõ iſpirationẽ ſupra no
minaui. qđ de ſponſi ſpiritu humanis iſuſum quippiam ſpiritibus fuerit
in preparationem euangelij pacis. id ẽ parare domino uiam atque euã
gelio glorie eius. ad corda oĩum quotquot erant predeſtinati ad uitam.
Fruſtra uigiles laboraſſent i predicando: ſi nõ hec gr̃a preſciſſet. Nunc
uero uidentes uelociter currere uerbum ⁊ populos nationum ad domi
nũ i oĩ facilitate cõuerti. cõcurrere i unitatẽ fidei tribus ⁊ linguas atque
i una colligi matrẽ catholicã termios terre. cognouerũt de diuitijſ grane
que a ſeculis abſcondite tenebant̃ i abdito predeſtinationis eterne: ⁊ ga
uiſi ſunt eam ſe inueniſſe. quam ante ſecula dominus elegerat in ſpon
ſam ſibi. Ex quo ut opinor clarũ fit nõ ocioſum eẽ quod ſe inẽtaꝫ ab hijs
ſponſa teſtata ẽ. ſed propterea quod ſe ab ipſis collectam agnoſceret. ñ
electam comptam non conuerſam. Ei nempe aſſcribenda cuiuſque con
uerſio ẽ. cui dicere neceſſe habẽt uniuerſi illõ de pſalmo. cõuerte noſ de
us ſalutaris noſter: ſed ubi nõ ſimiliter illi fortaſſe inẽtio ꝯgruat. Immo
uero ita ẽ. Nõ ẽ inuenire domino. ſed preuenire: ⁊ inuẽtionem preuen
tio excludit. Denique quid iueniat. qui nihil unquã non nouit? Nouit
dominus qui ſunt eius: ait quidam. Ipſe uero quid? Ego ſcio ait: quos
elegerim a pĩcipio. Plane quam ab eterno preſciuit. quã elegit. quam
dilexit. quam cõdidit. rationis nõ erat ab eodem perhiberi iuentam: pre
paratam tñ ab ipſo ut inueniretur. fidenter dixerim. Nam qui uidit. teſti
monium perhibuit: ⁊ ſcimus q2 uerũ ẽ teſtimonium eius. Uidi inquit ci
uitatem ſanctam iheruſalem nouã deſcendentem de celo: a deo paratã
tãquam ſponſam ornatã uiro ſuo. Iſq3 ẽ uigilibus unus: qui cuſtodiunt
ciuitatem. Sed audi ipſum eius preparatorẽ uelut digito eam demõſtrã
tem uigilibus: ſed ſub typo altero. Leuate oculos ueſtros ait ⁊ uidete re
giones q2 albe ſunt iam: id ẽ preparate ad meſſem. Ex hoc paterfamili
as operarios inuitat ad opus. quãdo iã ſẽſerit ſic oĩa preparata. ut abſq3
multo ſuo ipſorum labore gloriari ⁊ dicere queant: quoniam coadiutores
dei ſum9. Quid eni facturi ſũt? Nẽpe ſpõſã queſituri: inẽteq3 idicaturi đ
dilecto. Nõ eni ſuã querent ſed ſponſi gloriam: quoniã ſponſi amici ſunt
Et pro hac nõ multũ apud illã laborabũt. adeſt. iãque illũ tota deuotiõe
requirit: in tantum preparata ẽ. uoluntas eius a domino. Denique nec
dũ illis quicquã loquẽtibus iterrogat de dilecto. ⁊ preuenit predicatores
ſuos. preuẽta ipſa: percũctãs ⁊ dicẽs. Nũ quem diligit aĩa mea uidiſtis?
Bene perinde ſe inuentã perhibuit. ab hijs qui cuſtodiunt cĩuitãtẽ que
a domino ciuitatis precognitam iam ſe nouerat ⁊ preuentam: quatinus
illi talem. eam inuenirent. nõ facerent. Sed a petro cornelius. ⁊ paulus
ab anania inuenti ſunt: nam ambo preuenti a domino erant ⁊ prepara
ti. Quid ſaulo paratius qui uoce ⁊ mente ſupplici iam clamarat: dñe

quid me uis facere? Nec minus cornelius qui elemosinis et orationibus suis dño quidem eas sibi inspirante: pmeruit peruenire ad fidez. Inuenit quoqz philippus nathanaelem: sz prius dñs illum cũ esset sub ficu iaz uiderat. Que dñi uisio: nunquid nõ preparatio fuit? Et andreas symonẽ fratrem suum nihilominus inuenisse refertur. sed preuisum eque a dño atqz prescitum. ut uocaret cephas quasi fortis in fide. Legimus de Maria qd inuenta fuerit in utero habens de spiritu sancto. Existimo autem simile quid habere in hac parte sponsam domini matri ipsius. Nisi enĩ et ipsa inuenta esset habens de spiritu sancto. nequaquã ab inuentoribus suis tam familiariter requisisset. de eo cuius spiritus est ille. Non sustinuit ut illi affarent ad qd uenissent: ipsa loquuta est. et quidem ex abundantia cordis. Num quez diligit anima mea uidistis? Sciebat quia beati oculi qui uidissent: et admirãs eos qui uiderãt aiebat. Num uos estis quibus uidere donatum est. quem tot reges et prophete uoluerunt uidere: et non uiderunt? Num uos estis qui meruistis in carne aspicere sapientiam: in corpore ueritatem. in homine deum? Multi dicunt ecce hic est et ecce illic. sed ego tutius mihi arbitror fidem accõmodare uobis qui manducastis et bibistis cum eo: postquã resurrexit a mortuis. Et hoc dictum sit de eo qd sponsa sciscitata est uigilibus. Si quominus: supplebitur sermone alio. Nunc autem ex hoc uel maxime liquet preuentam fuisse a spiritu sancto ab hijs uero qui custodiunt ciuitatem. inuentam compertamqz qd uere ipsa sit quam presciuit et predestinauit ante secula dus. prepauitqz dilecto filio suo dlicias sempiternas in seclis eternis. ut sit sancta et imaculata in conspectu eius germinans sicut lilium. et florens in eternum ante dominum: patrem domini mei ihesu christi. spõsi ecclesie: qui est super omnia deus benedictus in secula Amen.

Sermo: lxxx.

d Um quem diligit anima mea uidistis? O amor preceps uehemens. flagrans impetuose. qui preter te aliud cogitare non sinis. fastidis certam: contẽpnis omnia preter te. te contentus. Cõfundis ordines. dissimulas usum: modum ignoras. totum quod oportunitatis. quod rationis. quod pudoris. quod consilij iudicij ue eẽ uidetur. triumphas i temetipso: et redigis i captiuitatem. Et omne quod cogitat ista et quod loquitur te sonat te redolet. et aliud nihil: ita tibi ipsius et cor uendicasti et linguam ait. Nũ quẽ diligit aĩa mea uidistis? Quasi uero hij sciant quid cogitet ipsa. Quez diligit aĩa tua de ipso sciscitaris? Et non habet nomen? Que nam uero tu. et ille quis? Et hec ita dixeri propter singularitatem eloquij. et isignem uerborum icuriam: qua presens scriptura ceteris dissimilis satis apparet. Unde i epythalamio hoc nõ uerba pensãda sunt: sz affectus. Cur ita. nisi qd amor sanctus quẽ totius huius uoluminis unã pstat ẽe materiã: nõ ũbo sit estimãdus aut ligua. sz ope et ũitate? Amor ubiqz loquitur: et si quis horum que leguntur cupit noticiam adipisci. amet.

Alioquin frustra ad audiendum legendumue amoris carmen qui non amat accedit: qm̄ omnino non potest capere ignitum eloquium frigidū pectus. Quomodo enim grece loquētem non itelligit. qui grece nō nouit. nec latine loquentē qui latinus non ē. ⁊ ita de ceteris: sic ligua amoris ei qui nō amat barbara erit. erit sicut es sonās aut cimbalum tinniēs. Isti uero uigiles loquor. quoniam de spiritu ⁊ ipsi acceperunt ut ament sciunt quid loquitur spiritus. ⁊ amoris uocibus optie compti sibi. i prōptu habent respondere i simili lingua id est studijs amoris. pietatisque officijs. Deniqȝ ita i breui edoctam emittiunt: de eo qđ querit ut dicat. Paululum enim pertransiens eos: iueni quē diligit aīa mea. Bene paulum. quia uerbum abbreuiatū fecerunt ei: simbolū fidei tradentes. Et quod sequitur tale ē. Oportebat quidem sponsam transire per eos per quos cognosceret ueritatem: si tñ trāsire. Nisi eniȝ trāsisset ⁊ ipsos: non inuenisset quem querebat. Atque hoc ipsum suasam ab illis nō ambigas. Non enim predicabant semetipsos: sed dominum suū ihesū. qui absque dubio ⁊ supra ipsos est ⁊ ultra. Unde ⁊ ait. Transite ad me oēs qui concupiscitis me. Non sufficiebat trāsire. ⁊ pertransire docetur. Si quidem pertransierat is quem uestigabat. Non modo eniȝ de morte ad uitam transierat: sed pertransierat ad gloriam. Quid ni ēt hāc oportuit pariter pertransire? Alioqui nō poterat apprehendere: quē nō per eađ uestigia sequeretur quocūque ierat. Et ut quod dico clarius sit. si dominus meus ihesus resurrexisset quidem a mortuis. sed ad celos minime ascēdisset: nō poterat dici đ eo qđ pertrāsierit. sȝ trāsierit tñ: ac per hoc sponsam illum querentem transire solummodo oporteret. non pertransire. Nūc uero quam iā resurgendo transierat. ⁊ adiecerat pertrāsire. utique ascendendo: merito se ēt ista non transisse. sed pertrāsisse perhibuit: que hūc fide quidem ⁊ deuotione ad celos usqȝ sequuta est. Igit̃ credere resurrectionē transire est: credere ēt ascēsionē ptransire. Et forte ut dixisse me memini die altera cū tractarem. nouerat illā: istā nō nouerat. Ergo quod sibi deerat istructa ab illis. qꝛ scilicet qui resurrexerat etiam ascendisset. ascēdit ⁊ ipsa pariter. hoc ē pertransijt ⁊ inuenit. Quid ni inuenerit pertigēs mēte: ubi ille corpore ē? Paululū cū pertransisseȝ eos. Et bene eos. nam tam ipsos quam cetera mēbra sua que sunt super terram caput nostrū punctis precessit duobus atque transcēdit: resurrectione ut iā diximus ⁊ ascensione. Etenim primitie xp̄s. Quod si ille precessit: ⁊ fides nostra. Ubi eni illa eū nō sequeretur? Si ascenderit in celum ipsa illic est: si descenderit in infernum adest. Et si sumpserit pennas suas diluculo. ⁊ habitauerit i extremis maris. illuc ait manus tua deducet me: ⁊ tenebit me dextera tua. Nonne denique secūdum hāc oipotens ⁊ sūmebonus pater spōsi consuscitauit ⁊ cōsedere nos fecit i dextera sua? Atque hoc ꝓ eo qđ dixit ecclesia qꝛ pertrāsiui eos. qm̄ ⁊ semet ptrāsijt: fide stans. quo nec dum re ipsa peruenit. Arbitror ⁊ illud planum: cur

se ptransisse potius quã transisse dicere maluit. Et nos transeamus ad ea que sequuntur. Tenui eum nec dimittam. donec introducam illum i domum matris mee: ꝛ in cubiculum genitricis mee Ita est. ex tunc ꝛ ď inceps nõ deficit genus xpianuȝ: nec fides ď terra. nec caritas ď ecclia. Uenerunt flumia flauerunt uenti ꝛ ipegerunt i eam ꝛ nõ cecidit: quod fundata esset supra firmaȝ petrã. Petra autem: est xps. Itaqȝ nec uer bositate philosophoꝝ. nec cauillationibus hereticoꝝ. nec gladijs perse quutoꝝ potuit ista aut poterit aliqñ separi a caritate dei q̃ ẽ i xpo ihesu: adeo fortiter tenet qué diligit anima sua. adeo illi adherere deo bonum est. Glutio bonũ ẽ. ait ysaias. Quid hoc tenacius glutino. qđ nec aquis eluit̃. nec uentis dissoluit̃: nec scindit̃ gladijs? Deniqȝ aque multe non poterũt extinguere caritaté. Tenui eũ nec dimittam. Et sanctus patriar cha. Non te inquit dimittam. nisi benedixeris mihi. Ita ista eum non uult dimittere. ꝛ forte magis quã patriarcha id nõ uult: qꝛ nec pro bene dictione quidem. Siquidé ille benedictione accepta dimisit eum. Hec auté nõ sic. Nolo iquit benedictionem tuam. sed te. Quid enĩ mihi est i celo: ꝛ a te quid uolui sup terrã? Non dimittã te: nec si bñdixeris mihi. Tenui nec dimittam. Nec minus forsitan ille teneri uult: cuȝ phibeat di cens. Delicie mee: esse cũ filijs hominũ. Mõqȝ pollicens ait. Ecce ego uobiscũ sum oĩbus diebus. usqȝ ad ꝯsumationé seculi. Quid hac copula fortius: que una duoruȝ tam uehementi uoluntate firmata est? Tenui eum iquit. Sed nihilominus tenet̃ ab eo: cui alibi dicit. Tenuisti manuȝ dexterã meam. Que tenetur ꝛ tenet: quomodo iam cedere potest? Te net fidei firmitate: tenet deuotionis affectu. At nequaquã diu teneret: si nõ teneret̃. Tenet̃ aũt potẽtia ꝛ mĩa dñi. Tenui eũ nec dimittã. dõec itroducã illũ i domũ mr̃is mee. ꝛ i cubicl̓ȝ genitricis mee. Magna eccle caritas: q̃ ne emule quidé synagoge suas ďlicias iuidet. Quid benigni⁹ ut qué dilig t anima sua: ipm cõicare pata sit ꝛ inimice? Nec mirꝝ tñ: qꝛ salus ex iudeis est. Ad locum unde exierat reuertatur saluator: ut reli quie israel salue fiant. Non rami radici. non matri filij ingrati sunt. Nõ rami radici inuideant. qđ ex ea sumpsere: non filij matri qđ de eius sugere uberibus. Teneat itaqȝ ecclesia firmiter. salutem quam iudea perdi dit. ipsa apprehendit. donec plenitudo gentium introeat: ꝛ sic omnis israel saluus fiat. Uelit i cõe communem uenire salutem: que sic ab om nibus capitur. ut nil in singulis minuatur. Utiqȝ hoc facit. ꝛ plus. Quid plus? Quod ꝛ nomen sponse illi optat ꝛ gratiam. Prorsus super salu tem hoc. Incredibilis caritas: si non sermonem quem loquuta est ipsa fecisset fidem. Dixit enim si aduertisti uelle se introducere quem te nebat non modo in domum matris: sed et in cubiculum quoqȝ quod est prerogatiue indicium. Sufficiebat ad salutem si domum intra ret: at secretum cubiculi signat gratiam. Hodie ait huic domini sa lus facta est. Quid ni sit domesticis salus: saluatore ingresso domum?

Sed que in cubiculo meretur recipere: seorsum habet secretum suuz si bi. Salus domini sit: thalamo delicie reconduntur. In domum matris mee introducam cum inquit. In quā domum nisi de qua olim prenunti arat iudeis: ecce relinquetur uobis domus uestra deserta. Fecit quod di xit: sicut habes ꝛ d̄ hoc testimoniuz eius in propheta. Reliqui ait domū meam. dimisi hereditatē meaz: ꝛ nunc ista pollicet̄ reducere illum. ꝛ do mui matris sue ꝑditam salutē restituere. Et si hoc parū uidet̄: audi quid boni adiciat. Et ī cubiculū genitricis mee. Qui ingredit̄ thalamuz spon sus est. Magna amoris potentia. Saluator indignabūdus exierat d̄ do mo ꝛ hereditate sua. ꝛ nunc ad eius gratiā mitigatus inflectit̄ ita ut re deat: nō modo saluator. sed ꝛ sponsus. Benedicta tu a dño filia: que ꝛ ī dignationē cōpescis. ꝛ hereditatē restituis. Benedicta tu matri tue. cu ius bñficio auertit̄ ira. reuertit̄ salus. reuertit̄ qui dicat illi: salus tua ego sum. Non sufficit hoc. addat ꝛ dicat. Desponsabo te mihi ī fide. despon sabo te mihi in iudicio ꝛ iusticia: desponsabo te mihi in mia ꝛ miseratio nibus. Sed memēto q꞉ que has ꝯciliat amicicias: spōsa est. Quomō er go sponsū. ꝛ hunc sponsū alteri cedit: ne dicā cupit? Non est ita. Cupit quidē illū matri filia bona. nō tñ ut cedat illi: sed ut cōmunicet. Sufficit unus duabus: nisi qd̄ iam nō erunt due sed una in ipso. Ipse est enim pax nostra. qui facit utrūqꝫ unam. ut sit una sponsa ꝛ sponsus unꝰ ihesus christus dominus noster: qui est super omnia deus benedictus ī secula.

Sermo. lxxxi.

q Uidam uestrum ut comperi minus equo animo ferunt. quod ec ce iam per aliquot dies dum stupori ꝛ admirationi sacramētoruz inherere delectat sermo quem ministramus aut nullo fuerit aut exiguo admodum moralium sale conditus. Id quidem preter solitum. Sꝫ ñ que dicta sūt reuisere lꝫ? Nō ꝓcedo: nisi priꝰ reuoluā oīa. Eia dici te si ꝛcordamini a quonā scripture loco cepit d̄frandatio hec: ut rursū ide adoriar. Meū ē. resarcire dampna. imo dñi: de quo totuz presumimus. Quo itaqꝫ repetendum principio? An inde. in lectulo meo per noctes quesiui: quem diligit anima mea? Ni fallor. inde. Ab hinc tñ ꝛ d̄inceps cura una fuit mihi harum allegoriarum densa discussa caligine ponere in lucem xp̄i. ꝛ ecclesie secretas delicias. Igitur redeamus ad indagan da moralia. nec enim mihi poterit esse pigrum: quod uobis commoduz fuerit. Atqꝫ hoc ita cōgrue fiet. si que dicta sunt ī xp̄o ꝛ ī ecclesia. uerbo animeqꝫ eadē nihilominus assignemus. Sed dicit mihi aliquis. Quid tu duo ista coniungis? Quid enim anime ꝛ uerbo? Multum per omnez modum. Primo quidem quod naturaruz tanta cognatio ē. ut hoc yma go illa ad ymaginē sit: deide quod cognationē similitudo testet̄. Nempe ñ ad ymaginem tantum: ꝛ ad similitudinem facta est. In quo similis sit queris? Audi de ymagine prius. Uerbum est. ueritas. est sapientia. est. iusticia: ꝛ hec ymago. Cuius? Iusticie sapientie. ueritatis. Est eniꝫ yma

go hec iusticia de iusticia. sapiētia de sapientia. ueritas ꝺ ueritate: quasi ꝺ lumie lumē. ꝺ ꝺo deus. Max rex nihil est aīa: qm̄ nō est ymago. Est tn̄ earūdē capax appetēsq₃: ꝛ inde fortassis ad imaginē. Celsa creaturā capacitate quidē maiestatis: ī appetētia autē rectitudis īsigne preferens. Legimus q₂ deus hominē rectū fecit: qꝺ ꝛ magnū ut dictu₃ ē capacitas ꝓbat. Oportet nāq₃ id qꝺ ad ymaginē ē. cū ymagie cōuenire. ꝛ nō ī ua cuū ꝑticipare nomē ymaginis: queadmodū nec ymago ipsa solo uel ua cuo nomie uocitaꝛ ymago. Habes ꝟo ꝺ eo qui ymago ē. q₂ cum ī forma dei esset: nō rapinā arbitrat⁹ est esse se equalē deo. Ubi tibi utiq₃ eius ꝛ ī forma dei innuiꝛ rectitudo. ꝛ inequalitate maiestas. ut du₃ rectitudini rectitudo. ꝛ magnitudo magnitudini ꝯpatur: ꝯsonanter sibi altrinsec⁹ re spondere appeat. qꝺ ad ymaginē est. ꝛ ymaginē: sicut ymago quoq₃ ni hilominus ī utroq₃ respōdet illi cuius ymago est. Nēpe ipse est de quo scm̄ dauid audisti ī psalmis canētē. nunc quidē magn⁹ dn̄s nr̄ ꝛ magna uirtus eius: nūc ꝟo rectus dn̄s ꝺus noster ꝛ nō ē iniquitas ī eo. Ab isto recto ꝛ magno deo hēt ymago eius. ut ꝛ ipsa recta ꝛ magna sit: h₃ aīa q̄ ad ymaginē ē. S₃ dico. Nihil ne ergo āplius habet ymago ab aīa q̄ ad ymaginē est: q₂ ꝛ huic magnū rectūq₃ assignam⁹? Et plurimu₃. Hec ad mensuram accepit: illa ad equalitatem. An non plus hoc? Aduerte ꝛ aliud. Hinc utrumq₃ aut creatio aut dignatio contulit: illi generatio. Atq₃ id magnificentius esse non dubium est. Sed ne hoc quidem emi nentius esse quis abnuat: qꝺ cum a deo huic illi ꝛ ꝺ deo utrumq₃ sit: id est ꝺ dei substantia. Etenim consubstantialis deo ymago sua. ꝛ omne quod eidem sue ymagini imꝑtiri uidetur: ambobus est substantiale non accidentale. Adhuc unum attende in quo ymago non parum eminet. Magnum ꝛ rectum ista duo natura a sese discrepare quis nesciat? In ymagine unum sunt. Neq₃ hoc solum: unum sunt ꝛ cu₃ ymagine. Ima gini enim non modo id rectum est esse. quod magnum esse. sed etia₃ id magnum rectumq₃ esse. qꝺ esse anime non ita. Et magnitudo ei⁹ ꝛ re ctitudo ipsius diuerse ab ea: diuerse ab inuicem sunt. Si enim ut supra docui eo anima magna est quo capax eternorū: eo recta. quo appetens suꝑnoꝝ. que nō querit nec sapit que sursum sunt. sed que suꝑ terram. nō plane est recta sed curua: cum tn̄ pro huiusmodi magna esse nō ꝺsinat. manens utiq₃ etiā sic eternitatis capax. Neq₃ enim illius aliquando nō capax erit. etiam si nunquā capiens fuerit: ut sit quomō scriptū est. uerū tn̄ ī ymagine ꝑtransit homo. Ex ꝑte tn̄ ut eminētia ꝟbi appeat: ꝺ ipsa in tegritate. Quo enim a magno rectoue uerbū cadat. qꝺ sic ea utiq₃ ha bet: ut sit q̄ habet? Uel ideo ex ꝑte: ne si toto priuaretur. nō suꝑess₃ spes salutis. Nā si ꝺsinat magna esse: ꝛ capax. Quippe ꝺ capacitate ut dixi: estimaꝛ anie magnitudo. Quid ꝟo sꝑare poss₃. cui⁹ capax nō foret? Ita q₃ ꝑ magnitudinē quā retētat etiā ꝑdita rectitudie. ī ymagie ꝑtrāsit hō: uno q̄si claudicās pede. ꝛ factus filius alienus. De talib⁹ eni reor dictū.

Filij alieni mentiti sunt mihi. filij alieni inueterati sunt: ⁊ claudicauerūt a
semitis suis. Pulchre appellati sunt filij alieni: nam filij ꝓpter retentaꝫ
magnitudinem. alieni. propter amissam rectitudinem. Nec dixisset clau
dicauerūt. sed corruerunt aut quippiam simile: si ex toto homines yma
ginem exuissent. Nunc uero secundum magnitudinē quidem in ymagi
ne pertrāsit homo. quantum uero ad rectitudinem ueluti claudicās con
turbatur: ⁊ deturbatur ab ymagine scriptura ita dicente. Uerumtamen
in ymagine pertrāsit homo: sed ⁊ frustra conturbatur. Frustra omnino.
Nam sequitur. Thesaurizat ⁊ ignorat: cui congregabit ea. Cur ignorat:
nisi q꞉ inclinās se ad hec infima ⁊ terrena: thesaurizat sibi terraꝫ? Pror
sus ignorat de hijs que terre committit. cui congregabit ea. tinee ne de
molienti. an furi effodienti: hosti diripienti. an igni deuoranti. Et inde
misero homini incuruanti se. ⁊ incubanti hijs que in terra sunt: flebilis
uox illa de psalmo. Miser factus sum ⁊ curuatus sum usqꝫ in finem: to
ta die contristatus ingrediebar. In semet siquidē exꝑitur ueritatē: illius
sententie sapientis. Deus rectū hominē fecit. ipse aūt se implicuit dolo
ribus multis. ⁊ continuo uox ludibrij ad eum: incuruare ut transeamus.
Sed unde uenimus huc? Nempe inde cum docere uellemꝰ rectum ma
gnumqꝫ. quo gemino bono diffinieramus ymaginem nec in anima ēe
unum. nec cū anima: quemadmodum in uerbo ⁊ cum uerbo ea unuꝫ ēe
fideli eque assertione docuimus. Et de rectitudine quidem ex hijs que
dicta sūt liquet qđ diuersa ⁊ ab anima sit. ⁊ ab aīe magnitudine: quādo
quidem ea etiam non existente ⁊ anima manet ⁊ magna. Uerum ma
gnitudinis animeqꝫ diuersitas unde docebitur. Non enim inde potest
unde rectitudinis animeqꝫ monstrata est: cum nō sicut rectitudine ita ⁊
magnitudine sua priuari anima possit. Non est tamen sua magnitudo
anima. Nam ⁊ si anima non inuenitur absqꝫ magnitudine sua: ipsa tñ
⁊ extra animam reperitur. Queris ubi? In anglis. Inde quippe. angli
unde anime magnitudo ꝓbatur: ex captu uidelicet eternitatis. Quod si
eo constitit animam discrepare a rectitudine sua qđ ea carere possit:
quid ni eque liqueat ēe diuersā ⁊ a sua magnitudie quā sibi ꝓpriā uēdi
care nō possit? Cū itaqꝫ nec illa in oī. nec ista in sola sit aīa: pꝫ utrāqꝫ in
differēter differre ab ea. Itē. Nulla forma ē. id cuiꝰ ē. forma. Est aūt ma
gnitudo forma aīe: nec eni iō ñ forma q꞉ insepabilis ē illi. Hoc siquideꝫ
sūt substātiales drīe oēs. hoc nō mō ꝓprie ꝓpria. sꝫ ⁊ ꝓpria quedā: hoc
ēt aīe innumerabiles forme. Nō igit̄ sua magnitudo aīa nō magis quam
sua nigredo coruus quam suus candor nix. quam sua risibilitas seu ratio
nalitas homo: cum tñ nec coruum sine nigredine. nec sine candore ni
uem. nec hominem qui non risibilis sit rationalis unquam repias. Ita ⁊
anima ⁊ aīe magnitudo. ⁊ si inseperabiles: diuerse tamen ab inuicem
sunt. Quomodo nō diuerse: cum i subiecto hec. illa subiectum ⁊ substan
tia sit? Sola summa ⁊ increata natura que est trinitas deus. hanc sibi

uendicat meram singularemqꝫ sue essentie simplicitatem.ut non aliud ⁊ aliud:non alibi quoqꝫ ⁊ alibi:sed ne mō quidē ⁊ modo inueniatur in ea. Nempe in semet manēs.qđ habet est:⁊ qđ est semper ⁊ uno mō ē. In ea ⁊ multa in unum.⁊ diuersa in idē diriguntur.ut nec de numero sitate rerum sumat pluraritatem:nec alterationem de uarietate sentiat. Loca omnia continet ⁊ queqꝫ suis ordinat locis:nusquam contenta locorum. Tempora sub ea transeunt.non ei. Futura nō expectat.preterita ñ recogitat:presentia nō expitur. Recedāt a nobis charissimi recedāt nouelli.nō dialectici.sed heretici.qui magnitudinem qua magnus est deus. ⁊ item bonitatem qua bonus.sed ⁊ sapientiam qua sapiens.⁊ iustitiam qua iustus:postremo diuinitatē qua deus ē.dūz ñ esse impijssime disputant. Diuinitate inquiunt deus est:sed diuinitas non est.deus. Forsitan non dignatur deus esse:que tanta est.ut faciat deum. Sed si deus non est:quid est? Aut enim deus est.aut aliquid qđ non est deus:ut nihil. Et quidē nō das deū esse. Sꝫ ne nihilum quidē ut opinor dabis. quā usqꝫ adeo necessariam đo eē fateris:ut ñ mō absqꝫ ea đus eē ñ possit. sꝫ ea sit. Qđ si aliquid ē qđ ñ ē đus:aut minor erit đo.aut maior.āt par. At q̄uo minor:qr đus ē? Restat ut maiorē fateare:aut parē. Sꝫ si maior: ipsa ē sūmū bonū.ñ đus. Si par:duo sūt sūma bona:nō unū. Qđ utrumqꝫ catholicus refugit sensus. Jam đ magnitudīe.bonitate iusticia. sapiā qꝫ idem per omnia:quod de diuinitate sentimus. Unum in deo sunt. ⁊ cum deo. Nec enim aliunde bonus.quam unde magnus.nec aliunde iustus aut sapiens.qui unde magnus ⁊ bonus: nec aliunde deniqꝫ simul hec oīa est.quā unde đus:⁊ hoc quoqꝫ nō nisi seipso. Sꝫ dicit hereticꝰ. Quid? Deū diuinitate esse negas? Non.sꝫ eādē diuinitatē qua ē.deum nihilominus assero:ne deo excellentius aliquid esse assentiat. Nā ⁊ magnitudine dico magnū.sed q̄ ipse est.ne maius aliquid deo ponaꝫ.⁊ bonitate fateor bonū.sꝫ nō alia quā ipse est.ne melius ip̄o aliquid mihi uidear inuenisse:⁊ đ ceteris ī hūc modū. Securus ⁊ libēs pgo in offēso ut aiunt pede ī eius sentētiā qui dicebat. Deus nō nisi ea magnitudīe magnus est:q̄ est qđ ipse. Alioquin illa erit maior magnitudo:quam deus. Augustinus hic ē ualidissimus malleus hereticorū. Si quid itaqꝫ đ đo ꝓprie dici possit rectiꝰ ꝯgruentiusqꝫ diceř.đus ē.magnitudo. bōitas. iusticia.sapiētia:qua đus ē magnꝰ.bonꝰ.iustꝰ aut sapiēs. Unde non immerito nup ī ꝯcilio qđ papa eugeniꝰ remis celebrauit.tā ipsi quā ceteris ep̄is puersa uisa ē.⁊ oīno suspecta expositio illa ī libro giliberti ep̄i pictauēsis. quo sup v̄ba boetij đ trinitate sāissima quidē atqꝫ catholica cōmētabať hoc modo. Pater est ueritas.id est uerus. Filius est ueritas.id ē uerꝰ. Spus sc̄s ē v̄itas. id ē v̄us:⁊ hij tres simul nō tres v̄itates.sꝫ una v̄itas. id ē unꝰ uerꝰ. O obscurā puersāqꝫ explanationē. Quā viꝰ saniusqꝫ p ꝯtrariū ita dixissꝫ. Pater est uerꝰ.id est v̄itas.filiꝰ est uerꝰ id est v̄itas.sp̄s sā ctus est uerus.id est ueritas:⁊ hij tres unus uerus.id est una ueritas.

Quod quidem fecisset: si sanctum fulgentiuz dignaretur imitari. qui ait. Una quippe ueritas uni⁹ dei: imo una ueritas un⁹ deus. nõ patit̃ frui tuũ atqꝫ culturã creatoris creatureqꝫ cõiũgi. Bonus corrector qui ueracissime de ueritate loqueret̃. qui pie catholiceqꝫ sentiret de uera ⁊ mera diuine simplicitate substãtie. in qua nihil ẽe possit qꝺ ipa ñ sit. ⁊ ipa deus. Quãquaꝫ manifesti⁹ in ñ nullis alijs locis a rectitudie fidei liber ille prefati epi uisus est discrepare: quorꝫ uerbi causa adhuc unuꝫ pono. Nam dicente auctore. deus dus dus. ptinet ad substantiã. nr̃ ꝯmentator ītulit: nõ que ẽ. sꝫ qua ẽ. qꝺ absit ut assentiat catholica ẽe. uidelicet substãtiam uel aliquã oino rẽ qua deus sit. ⁊ que nõ sit deus. Sꝫ hec minime iaꝫ cõtra ipꝫ loquimur quippe qui i eodẽ ꝯuen. u sentẽtie epoꝝ hũiliter acquiescens. tam hoc quaꝫ cetera digna reprehẽsione inuẽta: ꝓprio ore dãpnauit. sꝫ ꝓpter eos qui adhuc librũ illũ cõtra aplicuꝫ utiqꝫ ꝓmulgatũ ibidẽ interdictũ transcribere ⁊ lectitare ferunt̃. cõtẽtiosius ꝑsistẽtes. sequi epm in quo ipe nõ stetit: ⁊ erroris quã correptionis magistruꝫ hr̃e malentes. Nõ solũ aũt sꝫ ⁊ ꝓpter uos occasione accepta de differẽtia ymaginis ⁊ aie que ad ymaginẽ facta ẽ. ope precium credidi excursum hunc facere. ut si qui forte ex aquis furtiuis que dulciores uident̃ aliquando aliquid biberint: sumpto anthidotho euomãt illud. ⁊ purgato mẽtis stomacho ad id qꝺ ꝑꝫ ꝓmissionẽ nr̃aꝫ dicẽdũ de similitudie supest accedẽtes: puriora iam in gaudio non de nostris hauriant: sed de fontibus saluatoris. sponsi ecclesie domini nostri ihesu christi. qui est. s. o. d. b. in secula.

Sermo .lxxxij.

q Uesitum ante de affinitate anime ad uerbũ: atqꝫ id quidem necessarie. Que eniꝫ cõuentio tante maiestati ⁊ tante pauptati: ut more ⁊ amore spõsoꝝ ueluti ex equo sese cõplecti referant̃ sublimitas illa ⁊ illa hũilitas: Nã si uere id dicim⁹ ualde leta fiducia ẽ: si falso ualde puniẽda audacia. Propterea ergo de ꝯueniẽtia hoꝝ querenduꝫ fuit: que quidẽ iã mlt̃a inuẽta ẽ. sꝫ nõ ois. Quis eni ul̃ nimis ebes nõ uideat. quã se e uicino respiciãt ymago. ⁊ qꝺ ad ymaginẽ ẽ: Quoꝝ utiqꝫ unũ uni. ⁊ alteꝝ alteri ꝑmo si recolitis assignauit hesternus. Nec ꝺ ymagine tm̃: ẽt de similitudine demõstrata ibidẽ. ꝓpiquitas ẽ: nisi qꝺ ipa similitudo i quo ul̃ in quib⁹ potissimũ ꝯstet nec dũ a nobis ẽ declaratũ. Age iã intẽdam⁹ declaratiõi huic. ut quo aĩa plenius suã agnoscet origineꝫ: eo amplius erubescat uitam hr̃e degenerem. Immo uero qꝺ peccato uitiatum deprehenderit in natura. studeat reformare industria. ut digne suo genere dei quidem minuere sese regens ad amplexus uerbi fidẽter accedat. Aduertat igit̃ ex hac diuine igenuitate similitudinis. inẽe sibi illã sue substãtie naturalẽ simplicitatẽ. qua hoc ẽ illic ẽe. qꝺ uiuere. ⁊ si ñ qꝺ bene. qꝺ ue beate uiuer̃: ut sit similitudo. ñ equalitas. Gradus ꝓpinquus: gradus tamen. Neqꝫ enim unius excellentie paris ue fastigij sunt. hoc habere. ẽe. qꝺ uiuere: ⁊ item habere hoc. ẽe. qꝺ beate uiuere.

Ergo si uerbi ē. illō ꝓpter sublimitatē. hoc anime ꝓpter similitudinē. sal ua quidē eminentia uerbi: palam est affinitas naturaꝝ. palā anime prerogatiua. Et ut qđ dicitur planius fiat. soli deo idest esse. qđ beatū esse. atq3 hoc primū ꝛ purissimū simplex. Secūdū autē simile ē huic. hoc ui delicz habere. esse qđ uiuere: atq3 hoc anie ē. Ex hoc ꝛ si īferiori gradu ascendi pōt. nō modo ad bene. sed etiā ad beate uiuendū. nō q2 uel tūc sit hoc esse. qđ beatū esse. illi qui eo puenerit quatin⁹ ita glief pro simili tudine ut tamē pro disparitate habeat semper: unde omnia ossa eius di cant. Domine quis similis tibi? Bonus tamē anie gradus. ex quo ꝛ solo ad beatā ascenditur uitam. Sunt namq3 uiuentia ꝛ horum genera duo: que sentiunt ꝛ que nō sentiūt. Porro in sēsibilib⁹ sēsibilia preferunf: āt q3 utrisq3 uita qua uiuitur ꝛ sentitur. Non stabunt pariter ī gradu uno. uita ꝛ uiuens: multominus uita ꝛ que sunt sine uita. Uita anima ē. uiuēs quidem. sed nō aliunde quā seipsa. ac per hoc nō tam uiuens quā uita. ut proprie de ea loquamur. Inde est qđ infusa corpori uiuificat illud. ut sit corpus de uite presentia non uita. sed uiuens. Unde liquet ne uiuo quidē corpi. id uiuerē esse. qđ esse: cū esse ꝛ minime uiuere possit. Mul tominus que uite exptia sunt: ad hunc gradū assurgent. Sed nec omne qđ uita dicif uel est: continuo ualebit pertingere huc. Est pecoꝝ est ꝛ ar borum uita: sensu altera ingens altera carens. At neutri tñ id est esse. quod uiuere est. cum ut quidem multorum opinio est ante in elementis quā uel illa in membris. uel ista in ramis extuerint. Ac scđm hoc cum desinūt uiuificare. simul uiuere cessant: s3 nō ꝛ esse. Soluunf piter ꝛ dis soluunf. tanquā nō alligate tñ: s3 ꝛ colligate. Neq3 enim unum simplex est. queq3 harum: sed ex pluribus constans. ꝛ ꝓpterea nō redigitur ī ni hili. sed dissilit in partes ut ad suum qđq3 recurrat principiū. vbi cā aer ad aerē. ignis ad ignē: ꝛ reliqua ī hunc modū. Nequaq3 igitur tali uite. idē esse. ꝛ uiuere ē: q̄ ē ꝛ qñ ñ uiuit. Porro nihil hoꝝ quib⁹ nō hoc eē qđ uiuere sit: ad bñ beateq3 uiuēdū qñq3 ꝓficiet uel emerget. Quippe qđ neq3 ī hūc inferiorē gradū potuit puenire. Sola q̄ ī ipso stare cogno scitur anima hominis in eo dignitatis creata est. uita a uita. simplex a simplici. immortalis ab immortali: ut non sit longe a summo gradu. ubi scilicet id esse quod beate uiuere est. in quo solus stat beatus: ꝛ solos po tens rex regum ꝛ dominus dominantium. Accepit itaq3 in sui condi tione anima. ꝛ si non esse. posse tamen esse beata. summo perinde gra dui quantum licet appropians. non pertingens tamen. Neq3 enim uel ipsi ut supra diximus. hoc erit aliquādo esse. quod beatam esse: nec quā do beata erit. Fatemur similitudinem: equalitatem renuimus. Uerbi cā uita deus. uita ꝛ anima est. Similis quidem: sed dispar. Porro similis qđ uita. qđ seipsa uiuens qđ nō tñ uiuens: s3 ꝛ uiuificās: sicut ꝛ ille. hec oia ē. Dispar vo: q̄ztū a creāte creata. Dispar. qđ ut nisi creata ab illo ñ esset: sic nisi ab ipo uiuificata nō uiueret. Nō uiueret dico. s3 spūali uita:

non naturali. Nam naturali quidem etiam'que non spiritualiter uiuit: immortaliter uiuat necesse est. At qualis uita in qua satius foret. non na
sci. qm̄ non ab ea mori? Mors potius ē. ⁊ ideo grauior q̄ꝛ peccati nō na
ture. Deniq̄ȝ mors peccatoꝝ pessima. Ita ergo que secundū carneȝ ui
uit aīa. uiuens mortua ē. quippe cui bonum erat omnino non uiuere. A
qua nimiꝝ uitali quadā morte minīe unquā resurget: nisi ꝑ uerbū uite.
īmo per uerbū uitam: uiuentem utiq̄ȝ ⁊ uiuificantem. Alias antē immor
talis ē aīa. ⁊ in hoc nihilominus uerbo: similis quidē. sȝ nō equalis. Naȝ
ī tātū supexcellit immortalitas deitatis: ut apl's dicat de deo qui solus hȝ
īmortalitatem. Quod ego reor pro eo dictū: qđ solus sit natura incōmu
tabilis deus. qui ait. Ego dn̄s ⁊ nō mittor. Uera nāq̄ȝ ⁊ integra īmortali
tas tam nō recipit mutationē quā nec fineȝ: qđ oīs. mutatio quedā mor
tis mutatio sit. Omne etenim' qđ mutatur. dum denuo ad aliud transit.
esse quodāmodo necesse; est moriatur qđ ē: ut esse incipiat qđ non est.
Quod si tot mortes quot mutationes: ubi immortalitas? Et huic uanitati
subiecta ē ipsa creatura nō uolēs: sed ꝓpter eum qui subiecit in spe. At
tamen immortalis aīa ē. qm̄ enim ipsi sibi uita sit. sicut nō est quo cadat
a se. sic nō ē quo cadat a uita. Uerum cū constet suis affectibꝰ mutari eā
agnoscat ita se deo īmortalitate similē. ut sciat sibi deesse non modicam
īmortalitatis partē. soli cedens absolutam ꝑfectamq̄ȝ īmortalitatē: apud
quem nō est transmutatio nec uicissitudinis obumbratio. Nō mediocris
tn̄ anime dignitas presenti disputatiōe compta ē. que gemina quadā ui
cinitate nature uerbo appropriate uidet: simplicitate essentie. ⁊ ꝑpetui
tate uite. Sȝ eni adhuc unū occurrerit: qđ minīe p̄teribo. nec eniȝ minꝰ
insignē. similēue minus uerbo aīaȝ facit. ⁊ forte ēt plus. Arbitrij libertas
hec ē plane diuinū quiddā prefulgēs in aīa: tanquā gemina in auro. Ex
hac nēpe iest illi inter bonū quidē ⁊ malum. nec nō inter uitaȝ ⁊ mortē.
sȝ nihilominus inter lucē ⁊ tenebras: ⁊ cognitio iudicij. ⁊ optio eligendi.
Et si qua sūt alia que similiter circa animi habitū sese e regione respice
re uideant. nihilominus inter ipa censorꝰ quidaȝ arbiter is aīe ocl's diiu
dicat ⁊ discernit: sicut arbiter ī discernēdo. ita ī eligēdo liber. Un̄ ⁊ libeꝝ
nominat arbitriū: qđ liceat uersari in hijs ꝓ arbitrio uolūtatis. Inde ho
mo ad ꝓmerenduȝ potis. Omne eteni qđ feceris bonū malū ue. qđ qui
dē nō facere liberū fuit: merito ad meritū reputat. Et ut merito laudat n̄
is tantum qui potuit facere mala ⁊ non fecit: sed ⁊ qui potuit non facere
bona ⁊ fecit: ita malo non caret merito tam is qui potuit non facere ma
la ⁊ fecit. quam qui potuit facere bona. nec fecit. Ubi autem non est li
bertas: nec meritū. Propterea que sūt carētia rōne aīalia nihil merent:
quia sicut deliberatione. ita ⁊ libertate carent. Sensu aguntur. feruntur
impetu: rapiuntur appetitu. Neq̄ȝ enim iudicium habent quo se diiudi
cent siue regant: sed ne instrumentum quidem iudicij. id est rationem.
Inde ē qđ nō iudicant: q̄ꝛ non iudicant;. Quanam quippe rōne ab his

ratio exigatur:quã nõ acceperũt? Hãc uim a natura solus hõ nõ patiꝛ:
⁊ iõ solus īter aiantia liber. Et tñ īteruenīēte peccato patiꝛ quandã uim
⁊ ipse. sꝫ a uolũtate ñ a natura:ut ne sic quidẽ īgenita libertate priuetur.
Quid eñi uolũtariũ. ⁊ liberũ. Et quidẽ peccato factũ ut corpꝰ. quod cor
rũpitur aggrauet aiam. sed amore nõ mole. Nã qd̃ surgere aia ꝑ se iã ñ
põt. que per se cadere potuit. uolũtas ĩ cã ẽ: que corrupti corporis uitia
to ac uitioso amore lãguescẽs ⁊ iacẽs. Amorẽ pariꝛ iustitie nõ admittit.
Ita nescio quo prauo ⁊ miro mõ ipsa sibi uolũtas peccato quidẽ ĩ dete
riꝰ mutata. necessitatem facit. ut nec necessitas cũ uolũtaria sit excusare
ualeat uoluntatem: nec uoluntas cum sit illecta excludere necessitatem.
Est enim necessitas hec quodammodo uoluntaria. Est fauorabilis uis
quedam premendo blandiens. ⁊ blandiendo premens. unde sese rea
uoluntas ubi semel peccato consenserit. nec excutere iam per se. nec
excusare tamen ullatenus de ratione queat. Inde querula illa uox ue
luti gementis sub onere necessitatis huius. Domine inquit uim pa
tior responde pro me. Sed rursus sciens quod non iuste causaretur
aduersus dominum. cum uoluntas sua ipsius potius in causa foret:
attende quid sequutus intulerit. Quid dicam aut quid respondebit
mihi cum ipse fecerim? Premebatur iugo. non alio tamen quã uolũta
rie cuiusdaꝫ seruitutis. ⁊ erat ꝑ seruitute quidẽ miserabilis: sꝫ ꝑ uolũtate
ĩexcusabilis. Uolũtas ei ẽ. que se cũ eẽt libera seruaꝫ fecit peccati pecca
to assẽtiẽdo: uolũtas nihilominꝰ ẽ q̃ sub peccato tenꝫ uolũtarie seruiẽdo.
Uide quid dicas: ait aliquis mihi. Tu uolũtariã dicis qd̃ iã necessariuꝫ
cõstat eẽ? Uerũ quidẽ ẽ. qd̃ uolũtas se ipsa addixerit. sꝫ ñ ipsa se retinet:
magis retineꝛ ⁊ nolẽs. Bñ hoc saltẽ das: qꝛ retineꝛ. Sꝫ uigilãter retine:
uoluntatem esse. quam retineri fateris. Itaqꝫ uoluntatem nolentem di
cis? Non utiqꝫ uoluntas retinetur non uolens. Uoluntas enim uolentis
est: non nolentis. Quod si nolens retinetur: ipsa se retinet. Quid ergo
dicet aut quis respondebit ei: cum ipsa fecerit? Quid fecit? Seruam se
fecit. Unde dicitur. Qui facit peccatum: seruus est peccati. Propte
rea cum peccauit. peccauit autem. cum peccato obedire decreuit. seruaꝫ
se fecit? Sed sit libera: si non adhuc facit. Facit autem in eadem
seruitute se retinens. Neqꝫ enim non uolens uoluntas tenetur: uolun
tas enim est. Ergo quia uolens seruam se ipsa non modo fecit: sed facit.
Merito proinde quod sepe memorandum est quis respondebit illi cum
ipsa fecerit ipsa ⁊ faciat? Sed non me inquis decredere facies necessita
tem quam patior. quam in me metipso experior: contra quam ⁊ assidue
luctor. Ubi nam queso hanc necessitatem sentis? Nonne in uoluntate?
Non ergo parum firmiter uis: quod necessario ⁊ uis. Multum uis qd̃
nolle nequeas. ⁊ multum obluctãs. Porro ubi uolũtas. ⁊ libertas. Qd̃
tamen dico de naturali non de spirituali: qua libertate ut ait apl's nos li
berauit xp̃s. Nã de illa idem ipse dicit: ubi spiritus. ibi libertas. Ita ani

ma miro quodam ⁊ malo mõ sub hac uoluntaria quadam ac male libera
necessitate ⁊ ancille tenet̃ ⁊ libera: ancilla propter necessitatẽ. libera pro
pter uolũtatẽ. ⁊ qđ magis mirꝝ. magisqꝫ miserũ ẽ. eo rea quo libera. eo
q̃ ancilla quo rea: ac ꝑ hoc eo ancilla quo libera. Miser ego hõ quis me
liberabit a calumpnia huius pudẽde seruitutis? Miser: sꝫ liber. Liber qꝛ
hõ: miser qꝛ seruꝰ. Liber qꝛ similis deo: miser qꝛ ꝯtrariꝰ deo O custos
hoium quare posuisti me ꝯtrariũ tibi? Posuisti eni: cũ non prohibuisti.
Alioquin ipse me posui ⁊ factus sum mihimet ipsi grauis. Iustissime
quidẽ ut hostis tuus hostis sit meus: ⁊ qui tibi repugnat ⁊ mihi. Ego ue
ro qui tibi. ego qui mihimet ꝯtrariꝰ factus sum. atqꝫ ĩ mẽbris meis inue
nio quod ꝯtradicat mẽti mee: ⁊ legi tue. Quis me liberabit de manibus
meis? Nõ enim quod uolo hoc ago: sed me nõ alio prohibẽte. Et quod
odi illud facio: sed me nõ alio ꝯpellẽte. Atque utinã prohibitio hec. Et
hec ꝯpulsio ita eẽt uiolẽta. ut nõ eẽt uoluntaria. forsitã eni sic possẽ excu
sari: aut certe ita eẽt uoluntaria ut nõ uiolenta: profecto eni sic possem
corrigi. Nunc uero nusquã exitus misero patet quẽ ⁊ uolũtas ut dixi in
excusabilẽ: ⁊ ĩcorrigiblẽ necessitas fac̃. Quis me eripiet đ manu peccato
ris: đ mãu ꝯ̃ legẽ agẽtis ⁊ iniqui? Querit quis đ quo q̃rat? De me. Ego
ille peccator. ille exlex. ille iniquꝰ. Peccator: qꝛ peccaui. Exlex: qꝛ uolũ
tate persisto agere ꝯtra legẽ. Nam mea uoluntas ipsa ẽ. lex ĩ membris
meis: legi diuine recalcitrãs. Et qm̃ lex domini lex mentis mee sicut scri
ptum est. lex dei eiꝰ ĩ corde ipsius. per hoc ⁊ mihi ipsi mea ipsius uolun
tas ꝯtraria inenit̃. que est iniquitas maxima. Cui enim nõ iniquꝰ: qui mi
hi sũ. Qui sibi nequam ait. cui bonus? Fateor nõ sum bonꝰ: qꝛ nõ est in
me bonũ. Consolabor me tamen: qꝛ ⁊ sanctorꝝ uox ista est. Scio qꝛ non
est ĩ me bonũ ĩquit. Discernit tamen quod dicit in se. ĩ carne sua ĩterpre
tãs: propt̃ ꝯtradictoriã legẽ q̃ in ea ẽ. Nã hẽt legẽ ⁊ ĩ mẽte eaqꝫ melior.
An nõ lex đi bona? Qđ si malꝰ propt̃ legẽ malã: quomõ nõ propter bo
nã bonꝰ? An mala sua ẽ que ẽ ĩ carne sua. ⁊ iđ đ mala malꝰ: ⁊ minĩe bo
nus đ bona? Nõ ẽ ita. Lex dei eiꝰ ĩ mẽte ipsiꝰ: atqꝫ ita ĩ mẽte ut sit ⁊ mẽ
tis. Testis ẽ ipse: qui ait. Inuenio aliã legẽ ĩ mẽbris meis: repugnãteꝫ le
gi mẽtis mee. Nũquid suũ qđ carnis sue ẽ. ⁊ nõ suũ quod mẽtis sue ẽ?
Ego dico: ⁊ plꝰ. Quid ni dicã. quod idẽ ip̃e magister dicit? Nã mẽte qui
dẽ seruiens legi đi. carne ãt legi peccati. quid magis suũ fateat̃ euiden
ter ostẽdit. qđ malũ qđ ĩ carne ẽ. ita a se alienũ cẽset. ut dicat. Itaqꝫ iã ñ
ego operor illđ: sꝫ qđ habita ĩ me peccatũ. Et iđ fortassis signãter aliaꝫ
dixerit legem inuentam in membris suis: quod alienam hanc ⁊ quasi ad
uentitiam reputaret. Unde adhuc ego aliquid audeo amplius: haud te
mere quidem. Paulũ uidelicet nõ iam malum propter malum quod in
carne hẽt: magis ãt bonum propter bonum quod in mente habet. An
non bonus. qui consentit legi dei. quoniam bona est? Nam ⁊ si se ĩtidẽ
fateat̃ seruire legi peccati: carne hoc fecit nõ mẽte. Cum ãt mẽte quidẽ

seruiat legi dei. carne autē legi peccati: quidnam potissimum horuz pau lo imputādū putes. tu uideris: nā mihi fateor facile psuasuz qd mentis. quā qd carnis ē: pluris ēē. Nō solū mihi. sz ⁊ ipi paulo ut iā dictū ē. qui ait: Si āt qd nolo illud facio iā nō ego operor illud: sz qd habitat in me peccatū. Sz de libertate ista sufficiāt. In libello quē d gratia ⁊ libero ar bitrio scripsi. diūsa fortassis de ymagine ⁊ similitudine disputata legunt: sz ut arbitror nō aduersa. Legistis illa ista audistis: que nā magis pbetis uestro iudicio derelinquo. Uel si quid melius utrisque sapitis: i hoc gau deo ⁊ gaudebo. At quomodo illa se habeāt. tria quedā in psētiarū preci pua commēdata tenetis. simplicitatē. imortalitatē. libertatē. Et hoc uobis liquido apparere iā arbitror animā pro ingenita atqz īgenua similitudie que i hijs tā eximie claret. nō paruā cum uerbo habere affinitatē. spōso ecclesie ihesu xpo dño nostro: qui ē sup oia deus bñdictus i secula. amē.

Sermo. lxxxiij.

q Uid nobis uidetur: Possumus ne iā regredi ad exponendi or dinē unde digressi sumus: qr patet ppinquitas uerbi ⁊ anime, p qua utiqz demōstrāda digressio ipsa facta ē: Possemus ut mi hi uidetur nisi parū quid dubietatis i hijs que dicta sūt adhuc residere sētirez. Nil furari nolo. Nō libēter pretereo: qd uobis utile putē. Et quo modo id audeā. de hijs presertī que uobis accipio. Scio hominē aliquid aliquādo īterloquēdū ex hijs que suggerebat sps ⁊ si nō ifideli unus tñ fidēti animo retentātē ⁊ reseruātem sibi. ut haberet quid diceret denuo tractaturus. ecce uox ad eū ut quidē ei uisū ē: donec istud tenebis aliud nō accipies. Quid si retinuisset nō puidēdo sue iopie: sz fraternis pfectib⁹ iuidēdo: Nō ne merito ⁊ hoc ipz qd uidebatur habere auferretur ab eo: Quod quidē lōge a seruo uño sēper faciat deus: sicut sēper fecit. Sic mi hi iugiter abundare dignetur fons ille indeficiēs sapiētie salutaris. quo modo sine iuidia uobis cōmunicaui ⁊ refudi: quicquid mihi iſūdere ha ctenus dignatus ē ipe. Si ego uos fraudo: a quo iā nō uerear ipse frau dari: Ne adeo quidē. Est itaqz i hijs que dicta sūt aliquid qd ut uereor ego offendiculum dare queat: si non cōplanet. Et ni fallor sūt de hic stā tibus quibus iam scrupulū mouit quod dicet nolo. Trina illa uerbi simi litudo quā aie assignauim⁹. imo qua īsignitā aduertim⁹: recolitis ne qd ēt īsepabilit ieē illi uisa fuerit nobis: Id quid uideat aliquib⁹ scriptura rū testionijs obuiat. ut ubi gra ē illud i psalmis. homo cū i honore eēt nō intellexit. compatus ē iuuentis insipientib⁹ ⁊ similis factus ē illis. ⁊ itez il lud. mutauerūt glam suaz in similitudinē uituli comedētis fenum. sz ⁊ qd apte dictū ē in psona dei. existimasti inique: qd ero tui similis. ⁊ pleraqz alia. que similitudinē dei in homine. post peccatū deletaz. pcorditer asse uerare uident. Quid ergo dicem⁹ ad hec. Tria illa minie in deo ēe. ⁊ sic alia querēda i quib⁹ similitudinē assignem⁹. aut ēe quidē i deo. sz ñ i aia: ⁊ ne sic quidem i hijs similitudinem inueniri: aut esse in anima. sz posse

etiam non inesse .ac per hoc non inseperabilia esse . Absit. ⁊ in deo et
in anima sunt. ⁊ semꝑ insunt. nec est qꝺ nos aliquid hoꝝ dixisse penite
at. ita totū subnixū ē īdubitata ⁊ absolutissima ueritate. Sꝫ qꝺ scriptura
loquitur de dissimilitudīe facta. nō qꝛ similitudo ista deleta sit loquitur:
sed qꝛ alia superducta. Nō plane aīatiuaꝫ se exuit formā: sed superīdu
it peregrinā. Illa addita. nō ista perdita ē: ⁊ que superuenit. obscurare ī
genitam potuit: sed nō exterminare. Deniqꝫ obscuratū ē īsipiēs cor illo
rum: apl's ait. Et propheta. Quomō obscuratū ē auꝝ: mutatus ē color op
timus? Obscuratum auꝝ plāgit. sꝫ auꝝ tn̄: mutatū colorē optiuꝫ. sꝫ nō fū
damētū coloris euulsū. Manet ī fundamēto prorsus. icōcussa simplicitas.
sꝫ minie apparet. duplicitate operta humane dolositatis. simulatiōis hy
pocrisis. Quā icongrue simplicitati duplicitas admiscetur: quā indigne
tali fundamēto. talis structura cōmittitur. Huiusmōi sibi uersutiaꝫ serpēs
induerat: cū se ut deciperet cōsiliariū exhibebat. siml'abat amicū. Huius
modi quoqꝫ seducti ab eo paradysi īcole īduerāt sibi. cū pudēdā iā nudi
tatē tegere conarētur. ⁊ ūbra frōdosi ligni. ⁊ frōdiū succinctorijs: ⁊ v̇bis
excusatorijs. Quā late ex tūc ⁊ deiceps oēm posteritatē hereditariū hy
pocrisis uirus īfecit. Quē dabis de filijs adam. qui qꝺ ē n̄ dico uelit. sed
uel patiatur uideri? Sed perseuerat nihilominus ī oī aīa cū originali cū
duplicitate generalis simplicitas: ut de collatōe ꝯfusio augeatur. Per
seuerat eque īmortalitas sed fusca. ⁊ terre: irruēte tenebrosa corꝑee mor
tis caligine. Nā ⁊ si n̄ priuat̄ uita: uite tn̄ bn̄f ciū suo corpori iā n̄ suff cit
uendicare. Quid qꝺ ne suā quidē spiritalē dūtaxat uitā retinet sibi? Aīa
nēpe que peccauerit ipsa morietur. Nōne morte ista duplici īcursāte. illa
qualiscūque īmortalitas quam retētat: tenebrosa satis reddit̄ ⁊ misella?
Adde qꝺ appetētia terrenoꝝ que quidem oīa ad īteritū sunt densat te
nebras. ita ut ī anima sic uiuente nil a parte aliqua nisi palida facies. ⁊
ymago quedam mortis apparere cernat̄. Cur nō enim que immortalis
est. similia sibi immortalia appetit ⁊ eterna: ut quod ē appareat. ⁊ quod
facta est uiuat? Ceterum contraria sapit ⁊ querit. ⁊ mortalibus sese dege
neri conuersatione conformans: īmortalitatis candorem quodam morti
fere consuetudinis piceo colore denigrat. Quid ni mortalium appetit⁹.
immortalem mortali similem. immortali dissimilem faciat? Qui tangit pi
cem ait sapiens inquinabitur ab ea. Fruendo mortalibus mortalitatem
se induit: ⁊ uestem immortalitatis incidente mortis similitudine. decolo
rauit non exuit. Euam attende quomodo eius anima īmortalis immor
talitatis sue gl'e fucum mortalitatis inuexit: mortalia utiqꝫ affectando.
Ut quid eni cū īmortalis eēt mortalia nō ꝯtēpsit ⁊ trāsitoria: ꝯtēpta sibi
similib⁹ īmortalib⁹ ⁊ eternis? Uidit īquit lignū qꝺ eēt pulchrum oculis
⁊ aspectu delectabile: ac suaue ad uescenduꝫ. Non est tua o mulier ista
suauitas: ista delectatio. istaqꝫ pulchritudo . Et si tua pro parte luti: non
tua solius. sed cōis cunctis animantibus terre. Tua que uere tua este:

